hoc volumen continet:
Hecuba
Iph. Aul.
Iph. Taur.

Eduard Fraenkel
1938

EURIPIDIS

TRAGOEDIAE.

RECENSUIT

GODOFREDUS HERMANNUS.

Voluminis I. Pars I.

HECUBA.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

MDCCCXXXI.

LIPSIAE
EX OFFICINA I. B. HIRSCHFELDI.

EURIPIDIS

HECUBA.

DENUO RECENSUIT

GODOFREDUS HERMANNUS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

MDCCCXXXI.

PRAEFATIO.

Triginta anni sunt, quum Euripidis Hecubam edidi adiectis ad eam et ad R. Porsoni notas animadversionibus: in quibus quum saepius refragatus essem Porsono atque eum aliquando gravius reprehendissem, quantam id mihi quum ab ipso tum ab aliis eius popularium invidiam conflaverit, nemini doctorum ignotum est. Tanta enim illo tempore Porsoni erat apud Britannos auctoritas, tamque religiosa quem tenebat principatus reverentia, ut, qui dissentire ab eo auderet, summae temeritatis reus haberetur, praesertim homo Germanus. Fuisse tamen quae non iniuria vituperassem, tum eo intellexi, quod in nonnullis postea mutavit sententiam, tum ipsa illa eius indignatio ostendit. Non enim iis, quae male et sine iusta caussa notaveram, quod hi mei, non ipsius errores fuerunt, laesum esse arbitror. Etenim tum maxime irasci aliquem, quum se iure reprehensum videat, etiam aliorum exemplis cognovi. Nec

mirum: piget enim errasse: illud vero mirum, si, quos sibimet ipsos irasci aequius erat, iram in eos effundunt a quibus sunt reprehensi, quasi horum, non sua sit culpa, vidisseque errorem gravius peccatum sit quam commisisse. Sed inveni tamen etiam qui veri quam suae gloriae studiosiores non solum aequo animo et dissensionem et reprehensionem ferrent, verum etiam ingenue confiterentur errorem, atque adeo gratias agerent monenti. In Porsono quidem ego non doctrinam reprehenderam, quae quanta quamque accurata esset, quem poterat fugere? sed illud me commoverat, quod iudicio non ubique recto usus esse, nonnullaque, quorum in caussas inquiri oportuerat, solis conficere exemplis videretur. A qua ratione ego quum meapte natura abhorreo, tum ut magis abhorream debeo magistro meo Fr. Volg. Reizio, admirationique qua is me adolescentem implevit R. Bentleii. Nam philologorum quoque similis disiunctio est ut theologorum, quorum alii toti ex auctoritate eorum quae scripta esse vel vident vel se credunt videre pendent, alii contra etiam rationi aliquid tribuendum existimant, quae data sit homini ut ea utatur, non ut abiectam contemnat. Quorum eos, qui audiri rationem postulant, consentaneum est spretam aegre ferre: caussam enim indignandi habent iustissimam: et sic me quoque pectoris tentavit in dulci iuventa fervor, ut aliquid dicerem iracundius: illi creduli autém, quia se argumentis defendere nequeunt, spem suam ponunt in exsecrationibus et contumeliis. De Porsonianorum quidem studiis candide in Parrianis exposuit E. H. Barkerus, vir animi integerrimi. Sed brevi post Porsoni obitum aliquot inter Britannos inclaruerunt docti, qui ea fuerunt aequitate et moderatione, ut, quemadmodum decet homines litteratos, procul habentes cupiditatum ferociam et vani-

tatem superbiae, non quis aliquid dixisset, sed, quicumque, quam vere dixisset expenderent, tamque libenter acciperent aliena, si probanda esse viderent, quam sua, si se errasse deprehendissent, non dubitarent missa facere. Quos viros, praesertim quum quosdam eorum prius adversarios habuerim, amicos mihi factos esse vehementer gaudeo. Intellexerant illi enim, etiam si quem acrius corriperem, non id malo in illum animo, sed expugnandi erroris caussa fieri, cui aeque infestus essem, si meus ipsius, quam si alienus error esset. Ac profecto litterarum studia quemadmodum dissensione incitantur atque acuuntur, ita eadem aluntur atque incrementa capiunt liberali obsequio homines se esse recordantium; quantumque damni afferunt mentis vel auctoritate captae obstinatio vel superbia inflatae pervicacia, tantum adiuvatur indagatio veri ad eamdem metam per diversa tendentium libertate, experte petulantiae nec fastidiente meliora monstrari ab aliis. Et quis tandem, qui sapiat, non malit viri boni nomen habere apud posteros, si qua sui memoria superstes sit, quam inter aequales mortalis deus esse? Sed satis de praeteritis. Venio ad praesentia.

Porsoni praeclara opera eximioque exemplo ad tragicos conversis doctorum hominum studiis, et in Britannia et apud nos mirifice aucta est atque amplificata Graecarum litterarum scientia, prodissentque etiam uberiores et laetiores fructus, si a codicum bonitate tam large his scriptoribus, quam ab interpretum diligentia et acumine criticorum esset provisum. Et Sophoclis quidem librorum aliquanto maior utilitas, quam Aeschyli atque Euripidis est. Quare hunc magis expolitum quam illos habemus: quorum in Aeschylo depravationum copia permultos spe laureae reportandae et invitavit et fefellit, Euripidi au-

tem si nondum repertus est, qui inchoatum a Porsono atque Elmsleio opus pari cura perficeret, eo id evenisse arbitror, quod multi parum lectitarunt huius tragoedias, magis fortasse Aeschyleis aut Sophocleis delectati, nisi etiam deterriti difficultate emendandi. Permagna est enim, ac saepe haud paullo maior quam in Aeschyli fabulis, idque duas potissimum ob caussas, ingenium poetae et rationem metrorum. Nam Aeschylum qui bene cognitum habeat, quoniam huius idem ubique robur et constans quidam gravitatis color est, facile quid ille scripserit sentiet: quod contra Euripides modo assurgit, modo ad vulgaria atque humilia delabitur, remissior saepe ac profusior, ut non hoc unum quod debuerit, sed complura quae potuerit dicere invenias. In metris autem et numerorum compositione Aeschyli tanta simplicitas tantaque severitas est, ut sponte se certa lex auribus insinuet, nec latere possit, si quid dissonum referat scriptura: Euripidis autem numeri, in recentioribus potissimum tragoediis, gravitate veteris musicae per mira modulationis artificia dissoluta, in eam varietatem et licentiam diffluxerunt, ut quaerenti quod amplectere saepe omnia peraeque dubia esse videantur. Quo in genere etsi Hecuba minus quam aliae tragoediae impedita est, tamen ego vix iterum edendae consilium cepissem, nisi, postquam saepius de divenditis prioris editionis exemplaribus admonebar, aequum esse iudicassem, quae interea rectius perspexisse viderer, in locum eorum sufficere, quae iam damnanda censerem. Sed quoniam aliquas tamen illa prior editio continere adnotationes videbatur quae hodie quoque nonnullis utiles esse possent, his servatis recidi ea, quae vel falsa esse intellexissem, vel nunc omnibus nota esse crederem, vel rectius atque uberius in iis quae de metris scripsi

disputassem: alia autem non pauca adieci nova, partem materiae suppeditantibus, quae tum alii, tum A. Matthiae ad emendationem atque explicationem contulerunt. In utrisque si qui reperient quae vel omissa vel brevius dicta velint, eos rogo ut cogitent, aliud esse de integro novam editionem facere, aliud temporibus aptare veterem. Sunt autem quae dico tria maxime. Primo quam in prioris editionis praefatione posueram quattuor codicum Augustanorum diversitatem lectionis, eam, etsi exiguae utilitatis est, nunc quoque, sed insertam adnotationibus, cum lectoribus communicandam duxi. Quod feci propterea, quoniam A. Matthiae eas scripturas, quod facillime in tanto codicum apparatu accidere potuit, non ubique satis accurate memoravit. Eorum codicum, quos liberalitate Septemvirorum, qui illo tempore bibliothecae Augustanae praefecti erant, utendos acceperam, postea autem in Monacensem bibliothecam translatos puto, hic index est:

a. p. 69. n. 45. in catalogo Reiseri. Chartaceus est, valde recens, et vitiose scriptus. In maxima parte fabulae non indicatae personae. Videtur tamen ex bono libro descriptus esse. Continet versus 789. priores Hecubae.

b. p. 83. n. 48. chartaceus, recentissimus, cum paucis glossis inter versus.

c. p. 90. n. 68. bombycinus, antiquior, cum multis glossis inter versus, et aliquot scholiis, quae ferme cum editis conveniunt. In principio voluminis ab alia manu in quattuor foliis scripta leguntur scholia in Hecubam. Verius indicem dixeris vocabulorum in Hecuba usurpatorum, quorum diversi significatus et synonyma explicantur. Versus 1072. (i. e. a verbis *ἀφίησιν ὄσσων αὐγάς*) — 1112. fo-

lio vulgaris chartae recentius inserto continentur, sed cum glossis et scholiis.

d. p. 35. n. 2. bombycinus, cum glossis inter versus et scholiis. Initium interiit. Continet finem Hecubae a v. 1248. tum Orestem et Phoenissas.

Alterum, quod fortasse aliqui non probabunt, hoc est, quod Wakefieldii quarumdam coniecturarum mentionem feci, quae vix refutatione indigeant. At neque inutile existimabam, deterreri istiusmodi exemplis, si qui ad coniectandi temeritatem procliviores essent, neque, etiam si pleraque probari non possent, aequum censebam obscurari memoriam viri tum, quum primum Hecubam edebam, clarissimi, et profecto magnitudine animi atque acri ingenio excellentis, prae nimio autem fervore, quum omne genus scriptorum multa, sed parum accurata lectione complexus esset, memoriaque teneret, praecipiti impetu ruentis, inconsiderateque pro vero et explorato amplectentis, quidquid primo adspectu in mentem venisset. Quae temeritas etsi minime imitanda, tamen, quoniam nec iudicio nec veri pulcrique sensu destituta fuit, multo honestior habenda homini liberali est, quam illa nihil non attrectandi libido, quae de mente atque ingenio scriptorum secura ubique litterarum figuras ab librariis distortas aut permutatas rimatur.

Postremo erunt fortasse, qui modo nihil, modo aliquid, idque modo brevius, quam ipsi velint, modo explicatius disputatum querantur. Fateor. Nam quis omnibus satisfaciat? Sed habeo, quae his respondeam. Memini, quum ridebat Fr. A. Wolfius doctum quemdam virum, qui edi coepto cum amplissimis commentariis scriptore quodam, eius reliquam partem, quod ad eam non multa ab aliis essent allata, tanto breviores habituram adnotationes profite-

retur. Cavillabatur id Wolfius ut pauperis, ubi alii nihil suppeditarent. Salse hic quidem, ut solebat: at non insulse ille alter. Quo plura enim ab aliis scripta invenimus, eo uberior dicendi materia est, propterea quod modo, ad quae ipsi non attenderamus, animadversa, modo prolata, quae non putassemus cuiquam in mentem venire posse, deprehendimus. Horum altera monent, ne utilia aut necessaria praetereamus, altera immorari cogunt refutandis falsis aut vanis. Utrumque scio saepe tribus verbis posse absolvi. Sed qui hac brevitate usi rationes sententiarum suarum lectoribus divinandas relinquunt, eorum mihi videntur alii, quod solis se doctis scribere credi volunt, ipsi doctrinam ostentare suam, alii autem, qui tironibus ubique appellandis modestiae speciem prae se ferunt, male dissimulare omnes sibi praeter se ipsos tironum loco esse. Utrique quum praeceptores potius quam doctores agant, quam vel quaerunt vel consequuntur admirationem eorum, qui eos nolle magis quam non posse rationem reddere credunt, eam admirationem non magnopere iis invidendam puto. Nam erudiri vereque doctiores fieri non video nisi eos, quos quis non iurare in verba sua, sed caussis exponendis ipsos cognoscere singula ac mentis et iudicii acie explorare subigat.

Reliqua est interpretationis pars ea, quae ad inventionem fabulae artemque, qua et tota tragoedia et singulae partes tractatae sunt, spectat. De quibus rebus quoniam rectius sic dici videtur, ut uno omnia conspectu comprehendi possint, hic eas volo paucis attingere. Ac sumus, opinor, hoc aevo ad eam evecti libertatem iudicii, ut iam non, quod haud ita pridem in officiis suis numerabant veterum scriptorum interpretes, quidquid aliquis homo Graecus aut Romanus scripsit, caeca admiratione prosequamur,

quamque docte, pulcre, eximie scriptum sit clamitemus. Sed tamen qui altioris scientiae laudem affectant, plerosque eodem, sed alia via relabi video. Incredibili enim labore summaque contentione non conquirunt solum, sed fingunt etiam, ad quae respexerint mentemque suam intenderint scriptores antiqui: quorum tanto maiorem fuisse artem et sapientiam existimant, quanto plures iis earum rerum obversatae sint, de quibus illi numquam nec cogitarunt nec potuerunt cogitare. Nimirum saepe quasi exarescunt ingenia hominum litteratorum, qui quod ipsi in musei sui umbra nihil nisi argutas quaestiones tractant, sui similes etiam veteres illos fuisse censent. Non opus est quidem, mea sententia, ut ipse sit poeta, qui veteres poetas interpretari aggrediatur, sed illud tamen opus est, ut imaginem aliquam poetae animo suo informare et quomodo quis carmina condat cogitatione sciat comprehendere. Id qui consequuti sunt recte legendis antiquis: recte autem dico animo vacuo ad audiendum quid illi ipsi edant, neque repleto opinionibus aliunde collectis: ii si ingenium scriptoris, si aevum, si caeteras rationes cognitas habent, melius, ut ego quidem arbitror, quae laudanda, quae vituperanda, quae defendenda, quae excusanda sint intelligent, quam illi et hominum et temporum et rerum quaenumquam fuerunt inventores.

Poetae tragici erat, insigne factum, quod metum et miserationem excitare posset, secundum eas leges, quas usus sanxisset, exponere. Ars eius posita erat tum in apta inventione et compositione argumenti, tum in singularum partium explicatione atque exornatione ea, quae sententiarum gravitate concinnitateque orationis moveret et retineret animos audientium.

Et quod ad inventionem et compositionem attinet, si perpaucae tragoediae inveniuntur, in quibus non sit quod vituperari possit, variae eius rei caussae sunt. Una in ipso sita est scriptoris iudicio. Nam etsi certae leges sunt argumenti rite componendi, tamen quoniam ars prior fuit regulis artis, seroque, et a philosophis magis quam a poetis, perspecta est ratio tragoediae: sensu quodam obscuro potius, quam explicata cogitatione atque intelligentia, quid se facere oporteret videbant qui scribebant tragoedias. Accedit quod, quum paucissimae sint leges quae necessario servandae sint, pleraque arti et iudicio poetae relinquuntur. Quare ne hodie quidem, postquam sollertissimi multarum gentium homines de tragoedia praeceperunt, tragoediam quis inveniat, quam omni ex parte liceat perfectam dici. Alius errorum fons in populi opinionibus est. Nam quum placere et laudari velint poetae, et Graeci quidem id multo impensius curabant, quod iis de primatu certatio erat, fere se spectatorum iudiciis, quamvis saepe non rectissimis, accommodant, dumque probentur et plausum ferant, etiam scientes aliquid peccare non detrectant. Addendum his apud Graecos quidem aliud est, quod fecit ut multae tragoediae male componerentur. Quoniam enim tragicorum industria fere certis quibusdam in factis quae celebratissima essent consistebat, saepe eadem argumenta ab aliquot poetis in scenam producebantur, quorum quum alii alios superare atque aliquid novi afferre studerent, plerumque quae a primis rectius, quia simplicius, instituta erant, ab iis qui eos excipiebant vel mirifice distorta vel novis inventis moleste aucta vel etiam aliquot fabularum argumentis in unius tragoediae orbem compingendis ad monstruosam deformitatem adducta videmus. Ex quibus re-

bus etsi poetis, ipsos si spectamus, aliqua parata est excusatio, tamen tragoediae, in quibus haec vitia reperiuntur, non possunt in bene compositarum numerum referri. Itaque etsi par est lenius sentire de poetis, in operibus tamen eorum severum adhiberi oportet iudicium.

Aliud iudicis officium circa tractationem argumenti versatur: idque nec perfacile et valde lubricum est, quia et ad poetarum pertinet ingenia, et ex ingenio pendet iudicantis, quem decet videre, ne, quod sibi placeat, displiceat aliis. Stupent omnes Aeschyli vim et magnitudinem et grandiloquentiam, aliquando illam subtumidam; cuius Martius incessus animis legentium robur, violenti impetus metum et horrorem inspirant. Admiramur decoram gravitatem Sophoclis, suavi aequabilitate temperatam, quae neque exuberat aut effrenata ruit, neque remittit aut desiderari nervos patitur, sed ubique nitida est, elegans, polita. De Euripide in diversa abeunt sententiae, quem Aristoteles, licet non probet compositiones fabularum, tamen, quod fere tristis sit rerum eventus, τραγικώτατον vocat, Aristophanes autem, perspicacissimus iudex ingeniorum, ut humilia consectantem, ut importune verbosum, denique ut corruptorem tragoediae perstringit acerrime. Duravit haec controversia usque ad nostra tempora, durabitque, opinor, quamdiu carmina legentur horum poetarum. Namque, ut fit in huiusmodi caussis, neutri prorsus a vero absunt. Euripidis versatile et diversissimis argumentis aptum ingenium memini ante multos annos Goethium in sermone quodam, quum ego Aeschylum et Sophoclem anteferrem, multa cum laude praedicare. Et quis magis idoneus arbiter sit, quam is vir, quem, si quem umquam, nascentem placido lumine viderunt Musae? Manebit merito haec laus

Euripidi, etiam si non eius sit solius propria. Certe, ut Sophocleae quas habemus fabulae inter se similiores sint, at in totidem Aeschyleis admirabilis est inventionis, morum, animi affectionum tum in diverbiis tum in canticis varietas et dissimilitudo. Euripidi, quamvis eximia praedito indole, tamen a natura neque Sophoclis illa moderata gravitas, neque Aeschyli insita erat divina vis atque elatio. Itaque in molliores sensus quam in vehementes animi motus proclivior, mores hominum, ut Aristotelis verbis utar, magis quales sunt, quam quales esse debent, imitando expressit: isque etiam orationis color est: quumque philosophiae studiis praecipuo quodam amore deditus esset, disputationum subtilitatem, qua delectabatur, etiam in poesin, et saepe non opportunis locis, intulit. A qua philosophicarum quaestionum exilitate quo remotior est fervidus ille spiritus animi, quem lyrica poesis sibi poscit, eo infelicius ei saepe cessit chori canticorum scriptio, in quibus est ubi liceat animadvertere nisum potius aliquid magnum sonandi, quam ut inveniamus, quae in verbis quamvis splendentibus digna insit sententia. Ita ille et ingenio suo et maiori, ut videtur, parti hominum in quotidianis fere adhaerentium indulgens, dum horum laudem et plausum consequeretur, saepe negligentius composuit fabulas, videns fortasse meliora, sed vel ferri vel etiam praeferri deteriora intelligens.

Insigne exemplum praebet Hecuba. Ea fabula apertissime duarum continet tragoediarum argumenta, tempore quidem, sed non re coniuncta. Nam Polyxenae devotio nihil commune habet cum Polymestoris facinore, neque aut alterum horum ex altero, aut utrumque ex una caussa, ut sine altero neutrum fieri potuerit, nexum est atque suspensum. Senserat hoc

Euripidea. Ideo prologi officio umbrae Polydori dato, ne prorsus inexspectata veniret Polyxenae funesta sors, statim hunc quid sorori suae immineret praedicere, mox autem somnio monitam esse Hecubam fecit, sic eam ratus miseriorem visum iri, si simul duobus, filio et filia, privaretur. Et illa quidem, quae ad Polyxenam pertinent, etsi omittenda erant omnia, postquam semel a Polydori nece erat exorsus, tamen egregie composita esse quis negot? Metum ac dolorem tum matris tum ipsius Polyxenae sic descripsit, ut haec pars fabulae non potuerit non vehementer commovere animos spectatorum; dein mores Ulixis, preces Hecubae, generosa mens puellae, mortem, quam inevitabilem esse videt, ultro appetentis, eos sensus spirant, qui maxime proprii sunt tragoediae; tum Talthybii plena humanitatis oratio simul et dolorem excitat magnum crudelis sacrificii descriptione et erigit animos commemoratione constantiae, qua mortem subierit misera virgo; nec denique quae respondet Hecuba, licet remissiora, habent quod multum quis mutari cupiat, modo deinde luctus et lamenta finem facerent fabulae. Unum est, quod non magnopere laudandum videatur: stasimum chori dico, qui Polyxena ad mortem abducta non tristem matris et filiae sortem, sed suam servitutem, et ne hanc quidem ita, ut se valde tangi eo malo ostendat, conqueritur. Sed ferremus hoc aequius, si in Polyxenae obitu constitisset poeta. Nam haec etsi brevior, tamen et recte composita et bene elaborata tragoedia est. Potuerat eam autem ad iustae tragoediae longitudinem aptis inventis producere. Nunc id non fecit, sed, si verum dicendum est, hanc quae est tragoedia, inseruit alii, quae vocaretur tragoedia, sed praeter nomen et versus admodum nihil habet tragoediae.

Nam quod tandem argumentum esse dicamus, quod reliqua fabulae pars tale habeat, quale in tragoedia quaerimus? Versatur totum in vindicando scelere Polymestoris: sed nec metui, nec miserationi, neque omnino ulli generoso sensui locus est. Polymestor, ab nemine laesus, contempta sanctitate mensae hospitalis, sola auri potiundi cupiditate ductus, commissum fidei suae amicum adolescentem crudeliter interficit, interfecti corpus proiicit in mare. Tali homini quis metuat, si ei perniciem videat imminere? Immo cupimus puniri, gaudemusque, si paratur poena. Atque ut magis etiam et impatientius poenam expetamus, ipse incitat, quum addit sceleri scelus, non solum impudentissime mentiens salvum esse Polydorum, sed etiam ludificans miseram matrem ambiguitate dictorum malitiosissima. Quid autem Hecuba? Non illa quidem iniuste agit, quum vindictam meditatur, sed quum oculi eruuntur homini scelerato filiique innocentes trucidantur, et a feminis quidem, foedum id facinus est et quod quaevis fera bellua patret. Talia si in scenam producuntur, non movent misericordiam nisi infimae plebis, tum maxime solitae et horrore et dolore perfundi, quum oculis adspicit atrocia. Augetur foeditas rei iis, quae deinceps sequuntur. Tam enim totus scelerosus est Polymestor, ut ne punitus quidem ad meliorem mentem redeat, sed turpissimis fraudibus etiam Agamemnonem studeat decipere. Quod ei quoniam non succedit, rabiem effundit et in Hecubam et in ipsum Agamemnonem, illam in canem mutatum, filiam autem Cassandram et Agamemnonem a Clytaemnestra occisum iri vaticinans. Ita quae duae principales personae sunt, Polymestor et Hecuba, earum in neutra invenitur, quod probemus, quod admiremur, quod animi quadam assensione metuamus, speremus, optemus,

sed potius adeo omnia turpia, foeda, crudelia, immania sunt, ut pene suspicari debeamus, tragica visa esse Euripidi etiam quae nihil aliud essent quam detestabilia. Praeterea autem quoniam omnia ad ulciscendam caedem Polydori spectant, primas partes Polymestorem agere oportebat, poenas luentem saevissime violati officii, non Hecubam, quae semel orbata filio non poterat fieri miserior. Invertit vero poeta: quum in Polyxenae quem inseruit casu primas partes, quae ipsius esse Polyxenae debebant, in Hecubam contulisset, eidem eas tribuit etiam in rebus Polymestoris, quoniam Polydori occisionem quasi cumulum aliquem mali ad necem Polyxenae accedere voluit. Tertias autem cui dedit, Agamemno, is tantummodo arbitrum agit, neque ipse animo commotus, neque alios movens. Unde si aliquid est in illa parte fabulae quod probari possit, est id in orationibus positum, quibus et Agamemno et Hecuba et Polymestor caussas suas orant: quo genere disceptationum Athenienses, tum usu forensi tum philosophorum disputationibus adsueti, mirum in modum delectabantur. Sic igitur Euripides duobus argumentis in unum confusis, quum alterum optime tractasset, in altero, rudi populo indulgens, ab eo quod propositum esse poetae tragico debet aberravit longissime, copulatione autem illa rerum inter se nullo nisi temporis vinculo cohaerentium fecit ut fabula prodiret plane monstruosa.

At multo aliter sentire video virum doctum atque elegantis iudicii, qui novissime Hecubam edidit, Aug. Iul. Edm. Pflugkium. Is quum sibi defendendum sumpserit Euripidem, idque fecerit ita, ut illa ipsa, quae mihi maxime vituperanda videntur, non solum necessaria esse, sed etiam in virtutibus fabulae numeranda contenderet: ne iniquius iudicasse existi-

sione sane gravissima, nisi ipsum his veluti laqueis captum atque irretitum teneri animadverterem. Sic enim pergit dicere: „quid est enim, cur desideretur „in tragoedia unitas actionis? nisi quod coniunctis, „quae aut singula aptam tragoediae materiam prae- „berent, aut aliquid saltem haberent, quod longius „vagaretur et exuberaret quodammodo, fieri non „potest, quin, absoluta una parte et consumptis me- „tus ac miserationis affectibus, ad reliqua minuatur „attentio et languescat studium spectandi.“ At non propterea unam esse actionem postulamus, quod aliter minuatur attentio animi satiati iam metu et miseratione: nam potest etiam prior pars fabulae aliena esse, aut carere iis rebus, quibus recte ad metuendum et miserandum permoveamur, potestque altera pars magis allicere ad spectandum et retinere mentes, quam prior: sed quia rationi repugnat, coniungi in unum quae non sunt unum, atque ut partes rei afferri quae non sunt partes. Pulcre id perspexerat Aristoteles, qui cap. VIII. 1. sic scripsit: *μῦθος δ' ἐστὶν εἷς, οὐχ, ὥςπερ τινὲς οἴονται ἐὰν περὶ ἕνα ᾖ. πολλὰ γὰρ καὶ ἄπειρα τῷ γ' ἑνὶ συμβαίνει· ὥςπερ ποτὲ καὶ ἄλλοτε φασίν. ἐξ ὧν ἐνίων οὐδὲν ἐστὶν ἕν. οὕτω δὲ καὶ πράξεις ἑνὸς πολλαί εἰσιν, ἐξ ὧν μία οὐδεμία γίγνεται πρᾶξις.* Et §. 4. *χρὴ οὖν, καθάπερ ἐν ταῖς ἄλλαις μιμητικαῖς ἡ μία μίμησις ἑνός ἐστιν, οὕτω καὶ τὸν μῦθον, ἐπεὶ πράξεως μίμησίς ἐστι, μιᾶς τε εἶναι καὶ ταύτης ὅλης, καὶ τὰ μέρη συνεστάναι τῶν πραγμάτων οὕτως, ὥςτε μετατιθεμένου τινὸς μέρους ἢ ἀφαιρουμένου διαφέρεσθαι καὶ κινεῖσθαι τὸ ὅλον. ὃ γὰρ προςὸν ἢ μὴ προςὸν μηδὲν ποιεῖ ἐπίδηλον, οὐδὲ μόριον τοῦ ὅλου ἐστί.* His aperte damnatur compositio Hecubae, patetque quid de ea sentire Aristotelem oportuerit. Nam quod ex Georg. Vallae versione editum est, cap. XVIII. 17.

σημεῖον δέ· ὅσοι πέρσιν Ἰλίου ὅλην ἐποίησαν καὶ μὴ κατὰ μέρος, ὥςπερ Εὐριπίδης Ἑκάβην, ἢ ὥςπερ Αἰσχύλος, ἢ ἐκπίπτουσιν, ἢ κακῶς ἀγωνίζονται, coniecturae deberi videtur: rectius ab Reizio scriptum: ὥςπερ Εὐριπίδης ἢ ὥςπερ Αἰσχύλος. Atque etiam si Hecubae nomen adiecisset Aristoteles, non inventionem fabulae laudasset, sed quod in ea pars tantum rerum Troianarum esset tractata. Quin, si nominata est Hecuba, non inepte quis suspicetur reprehensam potius esse quam laudatam. Neque enim mirum foret, si, quod in codicibus scriptum est, ὥςπερ Εὐριπίδης Νιόβην, καὶ μὴ ὥςπερ Αἰσχύλος, in libro tam misere corrupto librariis imputandum esset, pervertentibus, quod scribere debebant, ὥςπερ Αἰσχύλος, καὶ μὴ ὥςπερ Εὐριπίδης Ἑκάβην. Sed quid opus est Aristotelis auctoritate, ubi res ipsa loquitur?

At enim Pflugkius in Hecuba tantum abesse ait, ut aliquid abundare videatur, ut, detracta alterutra parte, imperfecta sit fabula. Nimirum patet eum ab illo profectum esse, a quo profectus est Euripides, ut Hecubae miserrima fortuna describeretur. Id vero eiusmodi est, ut libenter concedam, quod supra a Pflugkio dictum memoravi, si sine vitio coniungi partes non possint, abstinendum ab toto argumento esse. Verissime enim Aristoteles: πολλὰ γὰρ καὶ ἄπειρα τῷ γ᾽ ἑνὶ συμβαίνει, ἐξ ὧν ἐνίων οὐδέν ἐστιν ἕν. Quod si Hecubam eo miseram ostendere voluit poeta, quod plurima ei mala accidissent, cur solos coniunxit Polydorum et Polyxenam, quibus illa orbaretur, quum eodem iure etiam tot alios filios, et universum urbis excidium adnectere potuerit? Nam si multitudinem malorum argumentum esse fabulae volebat, omnia in conspectum debebat producere, quia ex illis omnibus demum conficitur illa multitudo;

mer, pauca disserere de eius sententia volo. Concedit autem duplicem esse actionem Hecubae, neque actionem solam, sed locum quoque, in quo res agantur, duplicem esse statuit. De loco quidem explicavi ad v. 33. De duabus vero actionibus quod dicit, aut coniungendas fuisse, aut, si coniungi sine vitio non possent, totum argumentum relinquendum, neutram in partem me consentientem habet. De posteriore prius dicam. Abiiciendum esse argumentum, cuius partes sine vitio coniungi nequeant, nemo negaverit: non enim vitiosas componi tragoedias volumus. At ex eo non aliter sequitur totius argumenti repudiandi necessitas, nisi si partes eius separari nequeunt. Id secus est in Euripidis fabula. Cuius argumentum quas duas partes habet, eae ut essent partes poetae iudicio, non rerum quae aguntur natura est factum. Nam et Polymestor interemisset Polydorum, si ne nata quidam esset Polyxena, Polyxenam autem sacrificari sibi poposcisset Achilles, si nullus umquam Polydorus fuisset. Quod si nihil erat quod Euripidem cogeret coniungere quae re ipsa non erant coniuncta, hoc tantum efficitur, non debuisse ea coniungi, non etiam, quia coniungi non debuerint, omnino relinquenda fuisse atque abiicienda. Potuerant enim separata tractari, si apta essent tragoediae. Est autem Polyxenae certe sors aptissima. Nam et metum habet imminentis interitus, et miserationem immeriti mali. Cuius in argumenti explicatione patet principalem personam ipsam esse Polyxenam. Multo difficilius erat de Polymestoris facinore condere tragoediam: sed tamen ne hoc quidem ita reluctatur, ut omnino ab eo abstinere poeta debuerit: sed si tractaretur, tractandum erat aliter, quam placuit Euripidi. Curandum erat enim ut et metueremus Polymestori, et puniri misereret. Et

consequutus id esset Euripides, si eum fecisset perpetrata caede conscientiae stimulis agitatum poenam ab oraculo vel vate aliquo significatam timere; postquam puniretur autem, iure se ac merito perdi confitentem, vel virili animo ferre quae commeruisset, vel succumbere malis desperatione ea, quae horrorem incuteret spectatoribus. Nam malefici quoque hominis fortuna ad metum et misericordiam non sine admiratione commovemur, si vel poenitendo non expertem esse humanitatis, vel animi quadam etiam depravati altitudine antecellere aliis videmus. Neutrum fecit Euripides: quem ego si, quae ad Polymestorem spectant, pessime instituisse contendo, Aristotelem auctorem habeo, qui cap. 13, 4. quum dixit non debere malos homines ex adversis rebus in secundas adduci, haec addit: *οὐδ' αὖ τὸν σφόδρα πονηρὸν ἐξ εὐτυχίας εἰς δυςτυχίαν μεταπίπτειν· τὸ μὲν γὰρ φιλάνθρωπον ἔχοι ἂν ἡ τοιαύτη σύστασις, ἀλλ' οὔτε ἔλεον οὔτε φόβον. ὃ μὲν γὰρ περὶ τὸν ἀνάξιον, ὃ δὲ περὶ τὸν ὅμοιον· ἔλεος μὲν περὶ τὸν ἀνάξιον, φόβος δὲ περὶ τὸν ὅμοιον· ὥστε οὔτε ἐλεεινὸν οὔτε φοβερὸν ἔσται τὸ συμβαῖνον.*

Venio ad alterum, quod posuit Pflugkius: necesse fuisse coniungi duas actiones. Id autem sic ille pronunciavit, ut quum omnino se duplicis actionis consociationem probare ostendat, tum tueatur eam ut necessariam in Hecuba. Praeceptum enim illud, quo una esse iubetur actio, negat eam vim habere, ut nulla sit bona fabula, nisi quae simplicem habeat actionem, sed illam vel optimam censendam esse ait, qua res diversae ita sint comprehensae et quodam mixtae quasi temperamento, ut ad unum tamen eumdemque finem conspirent. Crederem eum huius ratiocinationis ambiguitate tamquam oratorio artificio usum esse, ut liberaret Euripidem reprehen-

non possit nunciari: quod ubi est nunciatum, iure quidem, sed quia promissis standum est, exspectatur, non propter quamdam rei ipsius rationem. Non exspectaretur enim, si non esset nunciatum. Quare hoc artificio si utitur poeta, ipse se confitetur, quae non necessaria sunt, fecisse ut viderentur necessaria esse. Id vero est male inventam fabulam confiteri. Non ergo evicisse videtur Pflugkius, quod demonstrare instituerat, detracta alterutra parte imperfectam esse fabulam. Nam quae duo ei sententiae argumenta dixit, alterum cadit eo, quod in poena Polymestoris nihil solatii est propter necem Polyxenae, alterum se ipsum evertit, quippe rediens eo, ut, quoniam prologus malam praenunciaverit fabulam, necesse poetae fuerit non facere bonam.

Non magis cum eodem viro convenit mihi de virtutibus quibus eam fabulae partem, quae poenam Polymestoris continet, conspicuam esse praedicat. Nam quod ait, huius hominis fallaciam ac detestabilem auri cupiditatem tam egregie adumbratam esse, ut augeri iram et ex ultione quae immineat gaudium necesse sit: id verum quidem, sed alienum a tragoedia est. Nam irasci maleficis, gaudereque si puniuntur, eorum est, qui auditores adstant in iudicio capitali, non qui in theatrum tragoedias spectatum veniunt: qui non maleficos, sed infelices; non crimina et scelera, sed culpam et errorem; non supplicia sontium, sed mala insontium; non cupitas poenas immiserabilium, sed metuta infortunia miserandorum videre volunt, eoque spectaculo animos suos ad virtutem extolli ac roborari. Cuiusmodi quid tandem in illa Hecubae parte esse dicamus? Immo ne supplicium quidem iustum sumitur, sed fraus rependitur fraude, crudelitas punitur crudelitate, atrocitas vindicatur atrocitate, eaque multo et maiore et immaniore.

Postremo illud quoque demiror, quod his verbis scripsit Pflugkius: „hoc fabulae exitu effectum esse „arbitramur, ut, siquis antea tot tantisque Priamida„rum malis et illo crudelissimo totius stirpis excidio „desponderet animum neque optabilem crederet vitae „conditionem, si esset sub tanta sive fortunae teme„ritate sive iniquitate deorum vivendum, idem nunc „confirmato animo ne in extremis quidem miseriis „desperandum esse neque impune a scelestis ho„minibus quamvis imbecillos et miseros violari in„telligeret." Tantum abest enim, ut eo, quod Polymestori non impune abiit facinus illud, confirmari animus cuiusquam atque avocari a desperando possit, ut ne satiatam quidem tot tantisque malis esse illam sive fortunae temeritatem sive iniquitatem deorum admoneamur, quando etiam Cassandrae, quae sola adhuc Hecubae filiarum superstes est, crudelem necem destinatam esse, ipsi autem Hecubae mutationem in turpissimam bestiam imminere, quin Agamemnoni, quem in tota fabula aequum et iustum cognovimus, mortem ab uxoris infesta manu datum iri audimus. Haec quomodo admiranda censeat Pflugkius, quia luctuoso illi ac flebili generi tragoediae, quod adamaverit Euripides, accommodata sint, ego quidem non video. Repugnant enim aperte verbis eius, quae modo sunt allata: neque apparet, quomodo non accusare atque adeo abominari deorum iniquitatem atque iniustitiam debeat femina, quae quondam regina, nunc ex opibus summis statuque vitae omnibus bonis affluentissimo captiva et serva, excisa patria, necato marito, peremptis in bello fortissimis filiis, ex superstitibus autem altero avari hospitis perfidia, altera ut hostium classi reditio esset occisis, quaeque unica superest filiam aeque crudeli morte perituram audiens, postremo sibi ipsi hoc reliquum esse videt, ut in

non autem de plurimis duo temere arrepta afferre, in quibus neque multitudinis malorum ulla imago est, neque ipsa quomodo inter se cohaereant, nisi quod uni mulieri eodem tempore acciderint, perspicitur. Neque vero omnino negaverim, multa illa et magna mala, quibus afflicta est Hecuba, aptum tragoediae potuisse argumentum praebere: sed, si id propositum esset poetae, aliam ei inventionis viam ingrediendam fuisse contendo. Nam non agi ante oculos spectatorum illa, quae locis, temporibus, caussis diversa atque inter se non copulata essent, sed unius in brevis actionis orbem cogenda erant, talique quodam modo implicanda, quo deinceps apto connexu enarrata ingentem efficerent malorum cumulum. Ea arte Aeschylus Persarum clades ad Salaminem et ad Plataeas, quamvis longo et loci et temporis intervallo discretas, ita coniunxit, ut illa tragoedia tantam quanta maxima cogitari potest malorum et copiam et magnitudinem ad horrendum quoddam fastigium extollat.

Sed consideremus ea, quibus defendere Hecubam studet Pflugkius. Polyxenae obitu, inquit, „finiri fabulam non potuisse quivis sentiat: neque „enim mera calamitas, etiamsi quis fortiter eam ac „magno animo ferat, apta tragoediae materia est, „sed tale debet esse argumentum, quod quamvis „aliqui remaneant aculei luctus et doloris, tamen „non frangat animum et exasperet.“ Hoc quidem iudicio quum aliae Euripidis tragoediae damnantur, ut Troades, tum divina illa Aeschyli, cuius modo feci mentionem. Frangi autem atque exasperari censet animos Polyxenae nece, „nisi aliud adiunge„ret poeta, quo mitigarentur animi spectatorum et „ex illo acerbissimo dolore ad spem rursus et „fiduciam convalescerent.“ At tantum abest ut frangi

nece Polyxenae animi spectatorum possint, ut etiam erigantur fortitudine generosae virginis. Nam haec, ut quidem illam fabulae partem tractavit Euripides, persona principalis est. Sed Pflugkius spectabat Hecubam, quae etsi nunc non est persona primaria, tamen esse ex Euripidis sententia debebat. Sit vero: sumamus enim assequutum id esse poetam, ut animi spectatorum unice ad matrem filia orbatam advertantur: num mitigabuntur atque ex illo dolore ad spem et fiduciam convalescent, si punitur Polymestor? Nequaquam. Quid enim? Matri, filium habenti et filiam, si filiam aliquis eripuit, numquid solatii affert punitio alius, qui interfecit filium? Absurdum hoc quidem est. Quodsi saepe in vita similia evenire videmus, at ea non consolatio est doloris, sed oblivio mali prioris per aliud novum allata malum. Id poeta si imitaretur, profecto habendus esset imperitissimus. Nam si afflictos malis rursum erigi volumus, erigi non est oblivisci tantisper infortunii, dum praesens alia urget calamitas, sed recogitantem animo ac persentientem vim omnem malorum non debilitari, neque ad ignaviae turpitudinem abiici. Quid est igitur, quo necessitatem, qua Polymestoris ultio adiecta sit, demonstret Pflugkius? „Ne iusto „citius deficeret exspectatio,“ inquit, „prologo cautum est, ubi quod narraverat Polydorus, apparitu„rum se ancillae, ut persolverentur ipsi suprema, „non potuit non sollicitos habere spectatores, qui „moerorem Hecubae et vix suffecturam novis malis „imbecillitatem aetatis conspexissent.“ Sane quidem cautum est: at id ipsum reprehendimus. Non debebat enim caveri. Nam haec plane rudis atque omnis artis expers machina est, si necessitas eorum quae in fabula fiunt non alia est, quam quod prologus quid visuri sint spectatores nunciavit. Nihil est enim quod

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΕΚΑΒΗΣ.[1])

Μετὰ τὴν Τροίας ἅλωσιν ἄραντες οἱ Ἕλληνες καθωρμίσθησαν ἐν τῇ ἀντιπέραν Χεῤῥονήσῳ τῆς Θρᾴκης, ἧς ἦρχε Πολυμήστωρ· ἔνθα καὶ φανεὶς Ἀχιλλεὺς ἐπέσχε τοὺς Ἀχαιοὺς τῆς ἀναγωγῆς, αἰτῶν τὴν παῖδα Πριάμου Πολυξένην γέρας αὐτῷ δοθῆναι. Ἕλληνες μὲν οὖν ἐψηφίσαντο σφάξαι αὐτὴν ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ ἥρωος. ἔπεμψαν δὲ καὶ Ὀδυσσέα πρὸς Ἑκάβην, ὡς ἂν τὴν παρθένον λάβῃ[2])· ὃς καὶ παραγενόμενος ἔλαβεν αὐτήν. σφαγείσης δὲ αὐτῆς Ἑκάβη θεράπαιναν αὐτῆς ἔπεμψε παρὰ τὰς ἀκτάς, ὥςτε ὕδωρ ἐκεῖθεν κομίσασθαι πρὸς λουτρὸν Πολυξένης. εὗρε δὲ Πολύδωρον ἐκεῖ κείμενον, ὃν ὁ πατὴρ Πρίαμος μετὰ πολλοῦ χρυσοῦ ἔπεμψε πρὸς Πολυμήστορα λάθρᾳ· ὃς ἐπεὶ ἁλοῦσαν τὴν Τροίαν ἔγνω, σφάξας αὐτὸν ἔῤῥιψεν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὡς ἂν αὐτὸς ἔχῃ τὸν χρυσόν. ὡς οὖν τοῦτον εὗρεν ἡ δούλη, ἀνελομένη κομίζει πρὸς Ἑκάβην. καὶ ἣ[3]) τὸν Πολύδωρον γνοῦσα ἀθλίως

---

[1]) De argumentis Hecubae, quae aliis in libris alia leguntur, unum exhibui, idque sic scriptum, ut in codice Havniensi, qui optimus est, legitur. In aliis idem multis additamentis interpolatum exstat.

[2]) Codex Hav. λάβοι. Alii libri λάβῃ.

[3]) Non est ἣ in cod. Havn. Dubium, utrum pronomen solum, an aliquot verba per errorem omissa sint. Alii enim libri sic: καὶ ἣ τὸν τῆς Πολυξένης νεκρόν, πρὶν ἐγκεκαλύφθαι τοῦτον, εἶναι νομίσασα, ἐπειδὴ ἔγνω Πολύδωρον, ἀθλίως τε ἔσχε.

τε ἔσχε καὶ ὅπως· ἀμυνεῖται Πολυμήστορα μηχανᾶται τοιάδε· πέμπει τὴν αὑτῆς δούλην πρὸς τὸν Πολυμήστορα, αὐτόν τε καὶ τὰ τέκνα πρὸς ἑαυτὴν μετακαλουμένη. οὗτος μὲν οὖν μετὰ τῶν παίδων πρὸς αὐτὴν ἀφικνεῖται. Ἑκάβη δὲ πρὸς αὐτὸν τούτου χάριν ἔφη κεκληκέναι, ἵνα χρυσοῦ θησαυροὺς κεκρυμμένους ὑπ' αὐτῆς ἐν Ἰλίῳ δείξῃ. εἰςάγει δὲ καὶ τῆς σκηνῆς ἔνδον, εἰποῦσα ὡς καὶ ἕτερ' ἄττα δώσει χρήματα μεθ' ὧν ἐξῆλθε τῆς Τροίας. ὃν καὶ εἰςελθοῦσα σὺν ταῖς γυναιξίν, ὧν πλῆθος ἔνδον ἐκρύπτετο, τῶν ὀφθαλμῶν τε στερεῖ καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ ἀποσφάττει. δικάσαντος δὲ αὐτοὺς τοῦ Ἀγαμέμνονος ὕστερον, καὶ τοῦ Πολυμήστορος πολλὰ περὶ τῆς σφαγῆς Πολυδώρου διαπλασαμένου, Ἑκάβη περιεγένετο ἐλέγξασα αὐτὸν ὡς τοῦ χρυσοῦ χάριν καὶ οὐχ ὧν προὔτεινε τὸν παῖδα ἀνεῖλε, σύμψηφον ἔχουσα καὶ Ἀγαμέμνονα.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν τῇ ἀντιπέραν τῆς Θρᾴκης Χεῤῥονήσῳ· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐκ γυναικῶν αἰχμαλωτίδων, συμμαχησασῶν τῇ Ἑκάβῃ.

canem mutatae sepulcrum infami apud posteros nomine celebretur.

Sed satis de his. Levis dubitatio est, quam tetigit Pflugkius, de repugnantia quadam, quae esse videatur inter haec prologi verba. v. 47. sqq.

ὁ Πηλέως γὰρ παῖς ὑπὲρ τύμβου φανεὶς
κατέσχ' Ἀχιλλεὺς πᾶν στράτευμ' Ἑλληνικὸν
πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην·
αἰτεῖ δ' ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν Πολυξένην
τύμβῳ φίλον πρόσφαγμα καὶ γέρας λαβεῖν.

et illa quae v. 91. sqq. dicit Hecuba:

ἦλθ' ὑπὲρ ἄκρας τύμβου κορυφᾶς
φάντασμ' Ἀχιλέως· ᾔτει δὲ γέρας
τῶν πολυμόχθων τινὰ Τρωϊάδων.

Ex quibus verbis, atque item ex iis, quae paullo post chorus refert, quum colligi possit, non diserte Polyxenam, sed omnino aliquam ex captivis sibi pro victima offerri voluisse Achillem, repugnare videtur Polyxenam non ambigue nominantis Polydori testimonium. Quocirca Pflugkius, ut oblivionis culpam ab Euripide averteret, sic statuit, interpretari Polydorum verba Achillis in eam sententiam, ut Polyxena sit, cuius expetat sacrificium. Probabilem iudicavit hanc coniecturam Fr. Iacobsius, probabilioremque etiam, si Polydori interpretatio contineretur verbis quae mox sequuntur:

ἡ πεπρωμένη δ' ἄγει
θανεῖν ἀδελφὴν τῷδ' ἐμὴν ἐν ἤματι.

Ac novisse se ait, qui versum, in quo nominatur Polyxena, ab lectore, qui haeserit in λαβεῖν ex κατέσχε pendente, adscriptum esse suspicetur. Ille quidem non recte suspicatur. Nominanda enim omnino erat Polyxena in prologo, etiam si sola sororum superstes esset: id enim et ratio postulat, et constans firmat usus: quanto magis autem, quum

vivat etiam Cassandra: ut, nisi nominaretur victima, nescirent spectatores utram posceret Achilles. Quid verbis opus? Interpretatus est quidem Polydorus, quam diceret Achilles, sed non coniectando, verum quia futuri gnarus est. Talem enim se iis quoque ostendit, quae deinceps praedicit.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΕΚΑΒΗ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΠΟΛΥΔΩΡΟΥ ΕΙΔΩΛΟΝ.
ΕΚΑΒΗ.
ΧΟΡΟΣ ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΔΩΝ ΓΥΝΑΙΚΩΝ.
ΠΟΛΥΞΕΝΗ.
ΟΔΥΣΣΕΥΣ.
ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.
ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.
ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΕΚΑΒΗ.

ΠΟΛΥΔΩΡΟΥ ΕΙΔΩΛΟΝ.

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
λιπὼν, ἵν' Ἅιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν,

V. 1. Principium fabulae sic vertisse putatur Ennius apud Ciceronem I. Tusc. 16.

Adsum atque advenio Acherunte vix via alta atque ardua,
per speluncas saxis structas asperis pendentibus
maxumis, ubi rigida constat crassa caligo inferum,
unde animae excitantur obscura umbra, aperto alti ostio
Acheruntis falso sangui, mortuorum imagines.

Ita scribendi videntur hi versus. *Vix* dicit, quod est *statim*, *modo*. Vide Nonium. Pro *sanguine*, quoniam non verisimile est eo loco dactylum a poeta positum esse, *sangui* scribendum putavi. Memorat eam formam Charisius p. 70. Reizius post *Acherunte* addendum putabat *imo*, ut versus constaret. Aut non meminerat vir doctissimus, in prisco sermone Latinorum primam hujus vocabuli syllabam ancipiti mensura esse, aut non credebat Io. Ger. Vossio aliisque, eam rem uno alterove Plauti exemplo confirmantibus. Nam sane in hoc genere paucitas exemplorum minuit fidem. Plautus vero propemodum semper istam syllabam producit, ut in Amphitruone IV. 2, 9.

verbero, etiam quis ego sim me rogitas, ulmorum Acheruns?

in Captivis II. 8, 12.

certum est, hunc Acheruntem praemittam prius.

III. 5, 31.

facito ergo ut Acherunti clueas gloria.

V. 4, 1.

vidi ego multa saepe picta, quae Acherunti fierent,
cruciamenta: verum enimuero nulla adaeque est Acheruns,
atque ubi ego fui in lapicidinis.

in Casina II. 1. qui locus sic scribendus videtur:

ego illum probe incommodis dictis angam:
faciam ut, proinde ut est dignus, vitam Acheruntis
colat pabulum, flagiti persequentem,
stabulum nequitiae.

Versus sunt Bacchiaci, hac sententia, faciam hunc flagitii per-

Πολύδωρος, Ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς Κισσέως,
Πριάμου τε πατρός· ὅς μ', ἐπεὶ Φρυγῶν πόλιν

---

sequentem hominem, ut vivat Acherouti pabulum. In Mostellaria II. 2, 67.

nam me Acheruntem recipere Orcus noluit.

In Mercatore III. 4, 21.

si neque hic neque Acherunti sum, ubi sum? nusquam gentium.

In Poenulo I. 3, 22.

quantum Acherunte est mortuorum. etiamne abis?

In Trinummo II. 4, 92.

aequo mendicus atque ille opulentissimus
censetur censu ad Acheruntem mortuus.

In eadem scena v. 124.

apage, Acheruntis ostium in nostro est agro.

In Truculento IV. 2, 36.

nam itidem hic, ut Acherunti, ratio accepti scribitur.

In quo versu *nam* non eliditur. Eadem ratio verbi *Acheruntícus.* In Bacchidibus II. 2, 21.

regiones colere mauellem Acherunticas.

In Milite III. 1, 33.

quid ais tu? itane tibi ego videor oppido Acherunticus?

In Mercatore II. 2, 19.

quid tibi ego aetatis videor? Acherunticus.

Contra perpauci in Plauto loci sunt, in quibus ista syllaba brevis sit, ut magis de his locis, quam de iis, in quibus producitur, dubitandum esse videatur. Sic igitur in Amphitruone V. 1, 26.

non secus est; quam si ab Acherunte veniam. sed quid tu es foras
egressa?

Sic ille locus scribendus. In Mostellaria II. 2, 77.

vivom me arcessunt ad Acheruntem mortui.

In Poenulo I. 2, 131.

quo die Orcus ab Acherunte mortuos amiserit.

et IV. 2, 9.

quodvis genus ibi hominum videas, quasi Acheruntem veneris.

Qui locus maxime unus ad probandam correptionem idoneus est, quoniam reliqui tres deleta praepositione facile ad caeterorum similitudinem conformari possunt. Ennius tamen *Acherusia templa* brevi prima syllaba dixit in Andromacha, et *Acheruntem* in Iphigenia hoc versu, si quidem is iambicus est:

Acheruntem obibo, ubi mortis thesauri objacent.

V. 3. Quod Cissei filiam dicit Hecubam, non sine antiquo auctore factum videtur. Homero Cissei filia Theano est Iliad. XI. 223, s. Hecubam autem Dymante, rege Phrygiae, prognatam indicat XVI. 717.

κίνδυνος ἔσχε δορὶ πεσεῖν Ἑλληνικῷ,
δείσας ὑπεξέπεμψε Τρωϊκῆς χθονὸς
Πολυμήστορος πρὸς δῶμα Θρηκίου ξένου,
ὃς τήνδ' ἀρίστην Χερσονησίαν πλάκα
σπείρει, φίλιππον λαὸν εὐθύνων δορί.
πολὺν δὲ σὺν ἐμοὶ χρυσὸν ἐκπέμπει λάθρα
πατήρ, ἵν', εἴ ποτ' Ἰλίου τείχη πέσοι,
τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου.

Ἀσίῳ, ὃς μήτρως ἦν Ἕκτορος ἱπποδάμοιο,
αὐτοκασίγνητος Ἑκάβης, υἱὸς δὲ Δύμαντος,
ὃς Φρυγίην ναίεσκε ῥοῆς ἔπι Σαγγαρίοιο.

Παῖς γεγὼς quum dicit Euripides, nihil id aliud est quam *παῖς ὤν*, quod putavit signatius dicendum esse, quia, ut tragoediae huius argumento aptaret Polydorum, discedendum sibi ab Homero videbat, qui eum ex Laothoe Althae filia natum refert Iliad. XXI. 84. ss. Illud retinuit, ut minimum natu diceret. Homerus XX. 408.

τὸν δ' οὔτι πατὴρ εἴασκε μάχεσθαι,
οὕνεκά οἱ μετὰ πᾶσι νεώτατος ἔσκε γόνοιο,
καί οἱ φίλτατος ἔσκε.

V. 6. Grammaticus a me editus in libello de constructione verborum p. 387. affert *λάθρα μ' ὑπεξέπεμψε Τρωϊκῆς χθονός*, quem Osannus in Analectis crit. p. 128. v. 4. *ὅστ'* in suo libro habuisse suspicabatur. Neque hoc puto hodie scripturum esse Osannum, nec quae de duplici editione Hecubae ibi disputavit. *Ὥστε*, rarum omnino apud tragicos, rarissimum in trimetris, hic ne per sermonis quidem rationem ferri posset. Vide ad Soph. Oed. Reg. 688. Neque, si vera esset grammatici illius lectio, in repetito pronomine *με* ullam offensionem esse satis hodie constat.

V. 8. Legebatur *ὃς τὴν ἀρίστην*, nec quidquam discrepantiae ex codd. adnotatum. Eustathius sic an aliter legerit, non liquet ex his p. 649, 54. (512, 31.) *ὁποία καὶ ἡ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ σπειρομένη ἀρίστη Χεῤῥονησία πλάξ.* At articulus, quo facile careremus, etiam nocet sententiae: facit enim ut de alio quam in quo res agitur loco cogitemus. Atqui poetae scenici, uti decet, in ipso fabularum initio locum indicare solent, in quo agi putanda sit fabula. Quo minus dubitavi *τήνδ'* exhibere. Sic peccatum etiam alibi, ut in Aeschyli Sept. ad Th. 412. Agam. 358.

V. 11. Aug. a. *πέσῃ*.

V. 12. Porsono ad Aristoph. Eccles. 115. *μὴ σπάνις* pro una voce esse videbatur. At saepe Graeci, praesertim poe-

νεώτατος δ' ἦν Πριαμιδῶν· ὃ καί με γῆς
ὑπεξέπεμψεν. οὔτε γὰρ φέρειν ὅπλα
οὔτ' ἔγχος οἷός τ' ἦν νέῳ βραχίονι.
ἕως μὲν οὖν γῆς ὄρθ' ἔκειθ' ὁρίσματα,
πύργοι τ' ἄθραυστοι Τρωϊκῆς ἦσαν χθονός,

---

tae, negationem verbo postponunt. Aeschylus Prom. 752. ὅτῳ θανεῖν μέν ἐστιν οὐ πεπρωμένον. Audacius etiam Pindarus Ol. VII. 86. καὶ τοὶ γὰρ αἰθοίσας ἔχοντες σπέρμ' ἀνέβαν φλογὸς οὔ.

V. 13. Aug. b. ᾧ. Favorinus in Hortis Adon. fol. 73. b. (p. 230, 32. ed. Dind.) ἦν, ἀντὶ τοῦ ἤμην Εὐριπίδης, νεώτατος δ' ἦν Πριαμιδῶν. Vide praef. ad Soph. Oed. Reg. p. 14. 20. Pro ὃ pauci codd. ᾧ. Valckenarius, quaesitorum quam simplicium amantior, ad Phoen. 157. cum uno ex scholiastis ὃ pro nominativo esse voluit. Eum sequutus Porsonus, dissimilia attulit, Suppl. 163. εὐψυχίαν ἔσπευσας ἀντ' εὐβουλίας· ὃ δῆτα πολλοὺς ὤλεσε στρατηλάτας, et Iph. Aul. 469. γάμους ὁ Πριάμου Πάρις, ὅ μ' εἴργασται τάδε, ut ibi cum Marklando legit. Nam illis in locis quod additum est verbum, simpliciter effectionem notat: a quo valde diversum ὑπεκπέμπειν, quod hominis proprium est ad efficiendum caussa aliqua commoti. Accedit, quod aperte iteratur id, quod v. 6. dictum est. Indicavit hoc Reisigius in Enarr. Oed. Col. p. 157. recteque Matthiae cum Musgravio et Brunckio ὃ pro δι' ὃ accepit. Sed explicari debuerat, ne quis de inepta ellipsi cogitaret. Fluxit illa ratio ex Homero, quamquam hic nondum relativo ὃ usus est, sed finitum posuit τό, casu accusativo. Is primo facilem explicatum habebat in talibus, ut Iliad. III. 176. τὸ καὶ κλαίουσα τέτηκα, *id lacrimans tabesco*. Sed multo usu factum, ut, quum simpliciter pro *propterea* diceretur illud ὅ, constructio eius cum caeteris verbis negligeretur. Inde talia, ut Iliad. VII. 239. τό μοι ἐστὶ ταλαύρινον πολεμίζειν. Posteriores, qui relativas sententiarum connexiones invexerunt, etiam ὃ dicere coepere. Neque enim Homericum illud τὸ Ionica aut poetica dialecto pro ὃ dici putandum est.

V. 14. Eustathius p. 48, 7. (36, 17.) τοιοῦτον καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ οὔτε ὅπλα οὔτ' ἔγχος. γένος μὲν γὰρ τὰ ὅπλα, εἶδος δὲ τὸ ἔγχος. Scilicet ὅπλα quum dicit, vires corporis nondum robustas intelligit; quum autem ἔγχος, fortitudinem, qualem necesse est esse, quae viribus diffidat.

V. 16. Scaliger ἐρείσματα. Musgravius columnas, quibus fines determinati fuerint; Haackius castella in finibus posita intelligit. Scholiastae moenia et turres interpretantur: recte. Simile est, quod ex Hippol. 1459. affertur, ὦ κλείν' Ἀθηνῶν Παλλάδος θ' ὁρίσματα.

Ἕκτωρ τ' ἀδελφὸς οὑμὸς εὐτύχει δορί,
καλῶς παρ' ἀνδρὶ Θρῃκὶ, πατρῴῳ ξένῳ,
τροφαῖσιν ὥς τις πτόρθος ηὐξόμην τάλας.
ἐπεὶ δὲ Τροία θ' Ἕκτορός τ' ἀπόλλυται
ψυχὴ, πατρῴα θ' ἑστία κατεσκάφη,
αὐτὸς δὲ βωμῷ πρὸς θεοδμήτῳ πιτνεῖ
σφαγεὶς Ἀχιλλέως παιδὸς ἐκ μιαιφόνου,
κτείνει με χρυσοῦ τὸν ταλαίπωρον χάριν
ξένος πατρῷος, καὶ κτανὼν ἐς οἶδμ' ἁλὸς
μεθῆχ', ἵν' αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ.
κεῖμαι δ' ἐπ' ἀκταῖς, ἄλλοτ' ἐν πόντου σάλῳ,
πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορούμενος,

V. 18. Ex MS. Viteb. multisque aliis libris *εὐτύχει* reposuimus, ut magis Atticum. Sic v. 1175. 1195. Aliis contra videtur. Scite salseque de hac lite iudicavit Lobeckius ad Phryn. p. 140. s.

V. 19. *Θρῃκὶ* abest in Aug. b.

V. 21. Augg. a. b. c. *ἀπώλετο*.

V. 23. Codex Vitebergensis *αὐτός τε*, (sic etiam Aug. a. b.) vehementer probante Zeunio, parum idoneo harum rerum iudice. *Δὲ* refertur ad *πατρῴα ἑστία*, quia horum verborum haec vis est, *ἐπεὶ πατρὸς ἑστία μὲν κατεσκάφη, αὐτὸς δὲ πιτνεῖ σφαγείς*. *Θεόδμητος*, quod emendatori codicis Flor. 21. ita offensui fuit, ut *λιθοδμήτῳ* scriberet, etsi proprie ab diis conditum significat, unde Athenae, Delphi, Delus *θεόδμητοι*, tamen multo usu ita deflexit, ut omnino consecratum diis, sacrum, divinum notaret. Frequens eius usus apud Pindarum.

V. 26. Verba *ἐς οἶδμ' ἁλός* fortasse expressit Ennius apud Nonium in *salum* p. 223.

undantem salum.

Sed potest hoc etiam referri ad *ἐν πόντου σάλῳ* v. 28. Minus probabiliter Columna haec sumpta putabat e v. 687.

V. 27. Miror Brunckium, Dawesianae disciplinae alibi nimis addictum, non scripsisse *ἔχοι*, quod quidem firmare poterat versu 696. ubi vulgo Chorus, *χρυσόν*, inquit, *ὡς ἔχοι κτανών*, quod ad praecedens *ἔκτανε* refertur. Verum recte se habet *ἔχῃ*, in qua lectione etiam cod. Viteb. consentit. Nam etiam post praeterita sequitur coniunctivus, si res etiam praesenti tempore durare significatur. Ita hoc loco coniunctivus non tam consilium Polymestoris indicat, quam possideri nunc ab eo aurum. Eadem ratio obtinet infra v. 1212.

ἄκλαυστος, ἄταφος· νῦν δ' ὑπὲρ μητρὸς φίλης
Ἑκάβης ἀΐσσω, σῶμ' ἐρημώσας ἐμόν,
τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρούμενος,
ὅσονπερ ἐν γῇ τῇδε Χερσονησίᾳ

V. 30. Codd. quidam ἄταφος, ἄκλαυστος. Cum vulgato comparat Boissonadus Odyss. XI. 72. 54. et Iliad. XXII. 386. atque Alcaei Mytil. epigr. 22. Mox ὑπὲρ proprie intelligendum, quia in somnis umbra Polydori adstitit matri, ut Somnium apud Homerum, στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς.

V. 31. Non duobus, ut Porsonus putabat, sed pluribus iisque firmioribus locis trisyllabum ἀΐσσω apud tragicos legitur, de quo perspecte iudicavit Elmsleius ad Bacch. 147. Ferendum fortasse etiam prima producta ἀΐσσω Homeri exemplo in Troad. 157. quamquam ibi si codex aliquis ᾄσσει δὴ praeberet, non id spernendum esset.

V. 33. Immerito Musgravius Euripidem reprehendit, quod scenam fabulae nunc in Thracia, nunc in Troade esse fingat. Nec magis Prevostius verum vidit, qui aut Achillis tumulum ab Euripide, ut a poeta, in Chersonesum translatum, aut cenotaphium intelligendum putat. Cenotaphii quidem mentio facienda poetae erat, id ut posset intelligi. Tumulum autem Achillis, ut rem consensu veterum traditam, non licebat e Sigeo submovere. Scena fabulae in sola Chersoneso est: quod praeter hunc versum docent v. 751. 752. 1109. Quae loca Musgravius affert, ut etiam in Troade rem geri ostendat, v. 138 et 992. ea nihil probant. Prior locus hic est:

μηδέ τιν' εἰπεῖν παρὰ Περσεφόνῃ
 στάντα φθιμένων,
ὡς ἀχάριστοι Δαναοὶ Δαναοῖς
τοῖς οἰχομένοις ὑπὲρ Ἑλλήνων
 Τροίας πεδίων ἀπέβησαν,

alter:

 καὶ γὰρ Ἀργεῖοι νεῶν
λῦσαι ποθοῦσιν οἴκαδ' ἐκ Τροίας πόδα.

In neutro loco quidquam est, quod ipsam Troadem magis, quam omnino Troianam expeditionem intelligi flagitet. Contra quae de tumulo Achillis v. 91. sqq. et 107. sqq. et de immolatione Polyxenae v. 516. sqq. dicuntur, nihil continent, ex quo quis sepulcrum Achillis in Thraciam translatum coniicere queat. Scholiastes ad v. 522. ed. Barn. (517. ed. Matth.) πῶς, τοῦ Ἀχιλλέως ἐν Τροίᾳ ταφέντος, ὁ Ταλθύβιος λέγει πρὸ τύμβου τοῦ Ἀχιλλέως ἵστασθαι τοὺς Ἕλληνας, ὄντας ἐν Χεῤῥονήσῳ; καὶ φαμέν, ὅτι ἢ κενοτάφιον ἐν Χεῤῥονήσῳ ἐποίησαν, ἢ εἰς Τροίαν ἀνῆλθον, (sic scripsit, puto; non ἀπῆλθον) καὶ ἔθυσαν τὴν κόρην. Vltima explicatio vera est. Quamquam enim parum ve-

μήτηρ ἐμὴ δύστηνος ἐκ Τροίας πάρα.
πάντες δ' Ἀχαιοὶ ναῦς ἔχοντες ἥσυχοι
θάσσουσ' ἐπ' ἀκταῖς τῆςδε Θρηκίας χθονός.
ὁ Πηλέως γὰρ παῖς ὑπὲρ τύμβου φανεὶς
κατέσχ' Ἀχιλλεὺς πᾶν στράτευμ' Ἑλληνικόν,
πρὸς οἶκον εὐθύνοντας ἐναλίαν πλάτην·
αἰτεῖ δ' ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν Πολυξένην
τύμβῳ φίλον πρόσφαγμα καὶ γέρας λαβεῖν.

---

risimile est, Graecos Troiam repetere, iure tamen ab Euripide hoc fingi potuit. Nam quum ista res non in scena agatur, facile potest spectatorum animadversionem praeterire. Quare callide Euripides nusquam locum indicavit, in quo tumulus Achillis esset.

V. 35. Aug. c. πάντες τ'. Ναῦς ἔχοντες est retinentes, sive in ancoris, sive in littus subductas.

V. 41. Wakefieldio scribendum videtur πρόςσφαγμα, neque aliter v. 263. ubi nunc legitur:

Ἑλένην νιν αἰτεῖν χρῆν τάφῳ προσφάγματα.

Hoc quoque, ut alia multa, calidius contendit. Nam certe in aliis locis, ubi πρόσφαγμα et προσφάζειν occurrit, non potest ista emendatio adhiberi, ut in Alcestide v. 848. ubi poeta Mortem dicit

πίνοντα τύμβου πλησίον προσφαγμάτων.

In Iphigenia Taur. v. 243.

θεᾷ φίλον πρόσφαγμα καὶ θυτήριον
Ἀρτέμιδι.

Et v. 456.

ἀλλ' οἵδε χέρας δεσμοῖς διδύμοις
συνερεισθέντες χωροῦσι, νέον
πρόσφαγμα θεᾶς.

In Troadibus v. 624.

αἰαῖ τέκνον, σῶν ἀνοσίων προσφαγμάτων.

Apud Aeschylum in Agamemnone v. 1291.

θερμῷ κοπείσης φοινίῳ προσφάγματι.

Euripides in Helena 1271.

προσφάζεται μὲν αἷμα πρῶτα νερτέροις.

Quae quum ita sint, quid est, quare πρόςσφαγμα in duobus locis magis scribendum censeamus, quam πρόσφαγμα, in quo nihil est, quod offensioni sit? Dativus enim τύμβῳ vel τάφῳ is est, quem commodi vocant, ut in Helena v. 1579.

φάσγανόν θ' ἅμα
πρόχειρον ὥσει σφάγια τῷ τεθνηκότι,

ne plura in re vulgari exempla congeram. Nam vel illud ex Iphigenia Taurica satis est ad tuendam vulgatam lectionem,

καὶ τεύξεται τοῦδ᾽, οὐδ᾽ ἀδώρητος φίλων
ἔσται πρὸς ἀνδρῶν· ἡ πεπρωμένη δ᾽ ἄγει
θανεῖν ἀδελφὴν τῷδ᾽ ἐμὴν ἐν ἤματι.
δυοῖν δὲ παίδοιν δύο νεκρὼ κατόψεται
μήτηρ, ἐμοῦ τε τῆς τε δυστήνου κόρης.
φανήσομαι γάρ, ὡς τάφου τλήμων τύχω,

θεᾷ φίλον πρόσφαγμα καὶ θυτήριον
Ἀρτέμιδι.

In eodem versu Porsonus, aliorum comparatione exemplorum adductus, *λαχεῖν* pro *λαβεῖν*, quod in libris omnibus est, scribendum putat. Ac, quod quis miretur, assentientem habet Wakefieldium. Nimia profecto emendandi libido, quum bonae lectiones propter hanc solam rationem mutantur, quia aliter scribere potuisset scriptor, si voluisset. Nam quod Homerus et alii *γέρας λαχεῖν* dicant, ex eo non sequitur Euripidem idem hoc fecisse. Nec fecit in Andromacha v. 585. si exemplo opus est,

ὁ μὸς δέ γ᾽ αὐτὴν ἔλαβε παῖς παιδὸς γέρας.

Nostro loco similis alius in Electra Euripidis v. 323.

Ἀγαμέμνονος δὲ τύμβος ἠτιμασμένος
οὐπώποτε χοάς, οὐδὲ κλῶνα μυρσίνης
ἔλαβε.

Sic Heathius et Piersonus pro vulgato *οὐπώποτ᾽ οὐ χοάς*. Seidlerus cum Thierschio *οὔπω χοάς ποτ᾽*. Iniuria dubitat Matthiae, Thierschius id ipsene invenerit, an acceperit a Porsono Adv. p. 272. Vix enim, quum eam coniecturam cum Seidlero communicavit Thierschius, aut edita erant Porsoni Adversaria, aut allata in Germaniam. Sed in corrupto versu quaeri poterat, an dedisset Euripides potius, *οὔπω χοάς, οὐ κλῶνα μυρσίνης ποτέ*. De Hecubae loco a Porsono dissentit etiam Schaeferus, qui quum *λαβεῖν γέρας* esse dicit *accipere munus quocumque modo accipias*, *λαχεῖν* autem *sortito accipere*, potestatem quidem verborum declaravit, sed non ut refutasse Porsonum videatur. Nam quid est, cur, si hic *λαβεῖν* praeferendum, in simillimo loco, Sophoclis Ai. 825. praestet *λαχεῖν*: *αἰτήσομαι δέ σ᾽ οὐ μακρὸν γέρας λαχεῖν*. Scilicet Achilles postulat accipere, quod eum impetrare aequum et consentaneum est, ut in voluntate et arbitrio Graecorum positum; Aiax autem ab Iove precatur rem fortuitam, quum contingere sibi optet, ut mortem suam Teucer prius quam quisquam alius comperiat.

V. 44. Aug. a. *ἀδελφὴ καὶ τὴν ἐμὴν τῇδ᾽ ἡμέρᾳ*. Augg. b. c. *ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν τῇδ᾽ ἡμέρᾳ*, sed in b. postrema duo verba in litura scripta sunt.

V. 45. Scholiastes cod. Vit. *δυοῖν καὶ δυεῖν γράφεται. δυοῖν ἐπὶ γενικῆς καὶ δοτικῆς, δυεῖν δὲ ἐπὶ γενικῆς.* Non videtur *δυεῖν* tragicis concedendum. Vide Elmsleium ad Med. 1256.

δούλης ποδῶν πάροιθεν ἐν κλυδωνίῳ.
τοὺς γὰρ κάτω σθένοντας ἐξῃτησάμην
τύμβου κυρῆσαι κεἰς χέρας μητρὸς πεσεῖν.
τοὐμὸν μὲν οὖν, ὅσονπερ ἤθελον τυχεῖν,
ἔσται· γεραιᾷ δ' ἐκποδὼν χωρήσομαι
Ἑκάβῃ· περᾷ γὰρ ἥδ' ὑπὸ σκηνῆς πόδα

V. 53. Libri *περᾷ γὰρ ἥδ' ὑπὸ σκηνῆς πόδα.* **Brunckius et Porsonus, qui videndus etiam ad Aristoph. Plut. 98., e Kingii sententia** *ἀπὸ* **reposuere, quod tantum abest ut firmetur versu 655. quem Brunckius attulit,** *καὶ μὴν περῶσα τυγχάνει δόμων ἄπο,* **ut ibi quoque recte Matthiae** *ὑπὸ* **restituisse videatur. Wakefieldii coniecturam** *ὑπὲρ* **prorsus probat eruditus censor Britannus. Praeterea vero Wakefieldius, locutionem** *περᾷ πόδα* **monstrum esse ratus,** *ποδὶ* **scribendum censet, ut in Phoenissis v. 100. est,**

κέδρου παλαιὰν κλίμακ' ἐκπερᾷ ποδί,

probante censore Ienensi. Neutra emendatione opus est. *Ὑπὸ* **enim recte coniungitur cum verbis motum significantibus, si quid ex ea re exire vel emitti significatur, sub qua fuit. Homerus Iliad. VIII. 543.**

οἱ δ' ἵππους μὲν λῦσαν ὑπὸ ζυγοῦ ἱδρώοντας.

XXIV, 576.

οἵ τόθ' ὑπὸ ζυγόφιν λύον ἵππους ἡμιόνους τε.

XXI, 55.

ἦ μάλα δὴ Τρῶες μεγαλήτορες, οὕςπερ ἔπεφνον,
αὖτις ἀναστήσονται ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος.

Pindarus Olymp. VI, 73.

ἦλθεν δ' ὑπὸ σπλάγχνων, ὑπ' ὠδῖ-
νός τ' ἐρατᾶς Ἴαμος.

Nem. I, 53.

ὡς ὁ μὲν σπλάγχνων ὕπο ματέρος αὐτίκα θαη-
τὰν ἐς αἴγλαν παῖς Διὸς
ὠδῖνα φεύγων διδύμῳ
σὺν κασιγνήτῳ μόλεν.

Ita hic locus scribendus videtur. Euripides Androm. 441.

ἦ καὶ νεοσσὸν τόνδ', ὑπὸ πτερῶν σπάσας;

Illud autem, *περᾷ πόδα,* **in qua lectione libri omnes ac scholiastes cod. Vitebergensis, quem nunc in manibus habeo, consentiunt, hoc magis retinendum erit, quo dictum est exquisitius. Geminus huic loco versus est Sophoclis in Aiace 40.**

καὶ πρὸς τί δυςλόγιστον ὧδ' ἦξεν χέρα.

Recte ibi Brunckius obsistit, quo minus scribatur *χερί,* **docetque aliis exemplis, activam vim saepius poetas tribuere iis verbis, quorum plerumque neutralis significatio est. Alia a Porsono ad Orestem v. 1427. allata esse Britannus censor monuit.**

Ἀγαμέμνονος, φάντασμα δειμαίνουσ᾽ ἐμόν.
φεῦ.
ὦ μῆτερ, ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων
δούλειον ἦμαρ εἶδες, ὡς πράσσεις κακῶς,
ὅσονπερ εὖ πότ᾽· ἀντισηκώσας δέ σε
φθείρει θεῶν τις τῆς πάροιθ᾽ εὐπραξίας.

ΕΚΑΒΗ.

Ἄγετ᾽, ὦ παῖδες, τὴν γραῦν πρὸ δόμων,
ἄγετ᾽ ὀρθοῦσαι τὴν ὁμόδουλον,
Τρῳάδες, ὑμῖν, πρόσθε δ᾽ ἄνασσαν·
λάβετε, φέρετε, πέμπετ᾽, ἀείρετέ μου
γεραιᾶς χειρὸς προςλαζύμεναι·

V. 56. Quid intersit, *ἐκ τυραννικῶν δόμων* an *ἐκ δόμων τυραννικῶν* dicatur, ostendi ad Elmsleii Med. 1118.

V. 58. In Aug. b. abest *περ*.

V. 61. Aug. c. *τὴν ὁμόδουλον νῦν*, sed *νῦν*, quod a. b. omittunt, minoribus litteris adscriptum. Quum Aldus et plerique MSS. *τὴν ὁμόδουλον νῦν* haberent, et *νῦν* a quibusdam editoribus eiectum esset, Porsonus scribendum putavit *νῦν ὁμόδουλον*, articulo deleto, quem inutilem existimat. Qui sermonis tragicorum, maximeque Euripidei meminerint, facilius *νῦν*, quam articulum, dixerint inutilem. Matthiae etiam soloecam vocat omissionem articuli: qui aliter sensisset, si cogitasset posse *ὁμόδουλον* significare *ὁμόδουλον οὖσαν*. Accedit, quod translocatio particulae minime probabilem reddit istam emendationem. *Νῦν* additum fuit primitus inter lineas explicationis caussa: postea male versibus adiectum. Id omisimus, auctore etiam libro Vitebergensi.

V. 63. Aug. a. c. *ἀείρατέ μου δέμας*. b. *ἀείρατέ μου*, omisso *δέμας*. Brunckius, qui hanc *ῥῆσιν* numeris suis se restituisse gloriatur, edidit,

λάβετε, φέρετε, πέμπετ᾽,
ἀείρατέ μου δέμας.

Idque retinuit Porsonus. Sed quum cod. Viteb. aliique multi libri *δέμας* omittant, non dubitandum, quin id a grammaticis adiectum sit, aliorum comparatione locorum adductis, ut Hippol. 199. ubi legitur *ἀείρατέ μου δέμας*. Versus est dimeter anapaesticus, sine caesura, solutisque longis syllabis, ut in anapaestis spondiacis. Praeluditur enim hoc genere numeri lamentis, quae paullo post lugubri illa numerorum forma canentur.

V. 64. *Numerosius*, inquit Porsonus, *esset γραίας*. Id

κἀγὼ σκολιῷ σκίπωνι χερὸς
διερειδομένη, σπεύσω βραδύπουν
ἤλυσιν ἄρθρων προτιθεῖσα.
ὦ στεροπὰ Διός, ὦ σκοτία νύξ,

---

placuerat Valckenario ad Phoen. 1688. At numerosius est, quod magis poeticum colorem habet, γεραιᾶς, tuenturque id non solum libri, sed etiam Eustathius p. 249, 39. (189, 19).

V. 65. Aug. a. σκίμπονι. b. σκίπωνι διερειδομένη. Hesychius ex hoc loco: σκίπωνι χειρός, βακτηρίᾳ χειρός.

V. 68. Augg. a. b. στεροπῇ, et schol. in marg. b. ἀστραπῇ ἀντὶ τοῦ ἡμέρα. Glossa in c. ἀστραπῇ ἀντὶ τοῦ ὦ ἡμέρα. Eodem versu a. ὦ πότνια νὺξ. Verba haec, ὦ στεροπὰ Διός, recte videtur Wakefieldius de die intelligere, quod firmat Hesychii testimonio, στεροπὴ per αὐγὴ explicantis. Aptius commemorasset Sophoclem, a quo in Trachiniis v. 99. Sol dicitur λαμπρᾷ στεροπᾷ φλεγέθων. Στεροπὰ Διὸς igitur idem quod infra v. 692. Διὸς φάος. Hac interpretatione clarum fit, merito improbari a Wakefieldio Porsoni opinionem, sedes hemistichiorum, ὦ σκοτία Νύξ, et ὦ πότνια χθών, permutandas censentis. Caeterum ex hoc loco expressa sunt haec Ennii,

o magna templa caelitum,
commixta stellis splendidis,

quae servavit Varro de L. L. VI. p. 66. fabulae, non auctoris nomine indicato.

V. 69. Aug. b. τί ποτ' αἴρομαι. a. c. multique alii codd. et edd. veteres, τί ποτ' αἴρομ' ἔννυχος οὕτω. Scaliger αἰωροῦμ', ut scriptum in MS. Cottoniano. Brunckius lectionem Kingio et Heathio probatam ἀείρομαι recepit, primam syllabam productam putans. Quod in Attico scriptore fieri posse exemplis erat demonstrandum. Wakefieldius τί ποτ' ἄρ' αἴρομαι corrigebat, quod mihi quoque aliquando in mentem venit, et probavit Seidlerus de verss. dochm. p. 96. Videatur id fortasse aliquid commendationis habere a paraphrasi editione Musgravii utentibus, in qua scriptum: τί ποτε, ἀντὶ τοῦ διατί, ἄρα αἴρομαι. At distinctionem illam posuit Musgravius. Paraphrastes τί ποτε interpretatus est διὰ τί ἄρα. Sed ἄρα, in quo semper ratiocinationis quaedam potestas inest, alienum est ab hoc loco. Itaque Porsonus recte videtur αἴρομαι servasse, quod est in codd. Moscov. A. C. et Vitebergensi, aliisque multis, quorum in quibusdam abiecta diphthongo αἴρωμ' exaratum. Nihil enim obstat, quod versu paroemiaco sententia non finitur, cujusmodi aliquot alia occurrunt exempla Quin si post paroemiacum ita continuatur oratio, ut addatur aliquid, quod etiam omitti potuerat, tantum abest, ut reprehendi distinctionis omissio possit, ut maior quaedam in ea vis atque elegantia esse videatur. Id et hoc in loco cerni-

τί ποτ᾽ αἴρομαι ἔννυχος οὕτω
δείμασι, φάσμασιν; ὦ πότνια χθών,

---

tur, et apud Aeschylum in Agamemnone v. 66. sq. Tuetur illam scripturam etiam Scholiastes Aristophanis ad Ran. 1359. qui ex hoc loco affert, *ὦ στεροπὰ Διός, ὦ σκοτία νύξ, τί ποτ᾽ αἴρομ᾽ ἔννυχος.* Quod ad universam huius carminis compositionem attinet, quum qui in eo sunt versus heroici aperte sibi respondeant, facile adduci quis poterit, ut et quae praecedunt illos versus et quae sequuntur eadem aequalitatis observatione facta esse credat. Quam suspicionem valde probabilem reddere posset, qui et quae similia in utraque parte sunt scite notaret, et quibus in locis, quae deesse ad integritatem viderentur hemistichia, vel ex codicum scripturis vel propter alias caussas restitui possent ostenderet. Sed consultius est non longius in hoc genere procedere, quam quoad certa et minime dubia vestigia permittunt. Quare sic statuendum videtur, systematis anapaestorum non inter se respondentibus admixtos esse, qui haberent responsionem antistrophicam, versus heroicos.

V. 70. Librorum lectionem, qua Terra perhibetur Somniorum mater, tuentur scholiastes Aristophanis atque Eustathius, a Porsono indicati. Quorum alter ad Ranas v. 1359. haec habet: *φασίν, ὡς πάντα ταῦτα τὰ ἔπη ἔκ τινος δράματός ἐστιν Εὐριπίδου. Ἀσκληπιάδης παρὰ τὰ ἐξ Ἑκάβης Εὐριπίδου, ἐν μιμήσει δηλονότι. οὕτω γὰρ παραγέγραπται· ὦ στεροπὰ Διός, ὦ σκοτία νύξ, τί ποτ᾽ αἴρομ᾽ ἔννυχος.* Et mox: *νυκτὸς δὲ παῖδα ἐνταῦθα εἴρηκε, καίτοι ἐν Ἑκάβῃ μελανοπτερύγων ὀνείρων εἰπὼν τὴν γῆν μητέρα.* Eustathius autem ad Iliad. II. p. 173, 15. (131, 22) *σημείωσαι δέ,* inquit, *ὅτι Ὁμήρου εἰπόντος, ὡς ὄνειρος τάδε εἰπὼν ᾤχετο ἀποπτάμενος, πτερωτοὶ ἐντεῦθεν οἱ ὄνειροι ἀνεπλάσθησαν. διὸ καὶ Εὐριπίδης τὴν γῆν μελανοπτερύγων ὀνείρων μητέρα καλεῖ.* Idem ad Od. XIX. p. 1877, 53. (713, 49.) *οἱ μὲν οὖν ἐξ ἐλεφάντων ὄνειροι ἐξ αἰσθήσεώς εἰσιν, ἤ, μᾶλλον εἰπεῖν, ἐκ γῆς μελανοπτερύγων μητρὸς ὀνείρων.* Nihilominus tamen Porsonus *ὦ σκοτία Νύξ, μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων* scribendum coniicit, illis, *ὦ πότνια χθών,* in versum 67. reiectis. Sic enim ei ipse Aristophanes l. l. legisse videtur. Verum vel leviter intuenti in Aristophanis locum non potest dubium esse, quin is non Hecubam, sed aliam quamdam fabulam spectaverit. Scholiastae autem, unde ista petita essent, ignorantes, Hecubam, eamque ipsam satis dubitanter, compararunt. Si quid mutandum sit, quis non amplectatur elegantem Wakefieldii correctionem, versum hunc ex hoc, in quo nunc est, loco post v. 67. translocantis:

ὦ στεροπα Διός, ω σκοτία Νύξ,
μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων.

Nam quum omnino probabilius est, Noctem, quam Terram, so-

μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων,
ἀποπέμπομαι ἔννυχον ὄψιν,

---

mniorum matrem dici, tum ita et Hesiodus in Theog, v. 212. et ipse Euripides apud Aristophanem l. l. perhibet, ubi *ὄνειρον* dicit *μελαίνας Νυκτὸς παῖδα.* Sed nihil mutandum. Sincera enim vulgata lectio est, modo recte intelligatur. Non orbatur Nox filiis suis, Somniis, sed Orcus atra dicitur et funesta somnia gignere. *Χθὼν* enim, ut saepe, loca infera notat. Sufficiant haec Amphitruonis verba in Herc. Fur. v. 45.

ἡνίκα χθονὸς
μέλαιναν ὄρφνην εἰςέβαινε παῖς ἐμός.

Μελανοπτέρυγες autem non simpliciter ornans epitheton est, sed male ominata somnia indicat, ut infra v. 689. *οὔ με παρέβα φάσμα μελανόπτερον.* Atque hoc facilius potuit Euripides somnia Tartaro oriunda dicere, quod circa haec loca *δῆμος ὀνείρων* ab Homero collocatur in Odyss, XXIV. 12. v. Eustath. p. 1951, I. 60. Hinc ibidem Somniis sedem assignavit Virgilius VI. Aen. v. 283. ss. 894. ss.

V. 73. Vulgata lectio haec est: *ἃν περὶ παιδὸς ἐμοῦ τοῦ σωζομένου κατὰ Θρήκην, ἀμφὶ Πολυξένης τε φίλης θυγατρὸς δι' ὀνείρων εἶδον. εἶδον γὰρ φοβερὰν ὄψιν, ἔμαθον, ἐδάην.* Eaque est etiam in Augg. b. c. qui tamen, ut plerique alii codices, *ἣν* habent. Aug. a. *ἣν περὶ παιδὸς ἐμοῦ τοῦ σωζομένου κατὰ Θρήκην ἐςεῖδον ἀμφὶ Πολυξένης τε φίλης θυγατρὸς δι' ὀνείρων. εἶδον γὰρ φοβερὰν* etc. Pauci codd. semel *εἶδον.* In Brunckii membranis Par. desunt *εἶδον γάρ.* Mosc. D. *δι' ὀνείρων εἶδον, ἔμαθον, ἐδάην,* supra scriptis ab alia ut visum est manu *εἶδον γὰρ φοβερὰν ὄψιν.* In Mosc. A prius *εἶδον* collocatum est post *φίλης.* Servavi *ἄν,* etsi codd. fere omnes *ἥν.* Eo in dialectis temperamento usi videntur tragici, ut pro metri cuiusque ratione modo Doricas formas modo communes usurparent, prouti vel communes nimis vulgares, vel Doricae alieniores audientibus acciderent. Brunckius, quum *Πολυξείνης* emendasset, duos hexametros dactylicos eruit, et omissis auctoritate membranarum duobus vocabulis, orationem sic continuavit, *δι' ὀνείρων εἶδον, φοβερὰν ὄψιν, ἔμαθον, ἐδάην.* Sequutus est eam emendationem Porsonus, nisi quod aliam adhibuit metrorum divisionem in iis, quae hexametros dactylicos excipiunt. Brunckius ea, quae in antistropha post versus hexametros leguntur, in talem versum coniunxit:

οἰκτρῶς. καὶ τόδε δεῖμά μοι· ἦλθ' ὑπὲρ ἄκρας·

quem dactylicum scilicet hexametrum leniter ad finem dicit decurrere. At vero stropha atque antistropha binis constat dactylicis hexametris, qui ita inserti sunt systemati anapaestico, ut responsio etiam ad proximum hemistichium anapaesti pertinere videatur. Nam quum vix dubitari possit, quin v. 90. geminandum sit *οἰκτρῶς,* ne hic quidem geminatum *εἶδον* recte repudia-

ἂν περὶ παιδὸς ἐμοῦ τοῦ σωζομένου κατὰ Θρῄκην,
ἀμφὶ Πολυξείνης τε φίλης θυγατρὸς δι' ὀνείρων
εἶδον, εἶδον
φοβερὰν ὄψιν, ἔμαθον, ἐδάην.
ὦ χθόνιοι θεοί, σώσατε παῖδ' ἐμόν,

---

bitur, praesertim quum ex ea repetitione intelligatur, cur librarii vel interpretes, qui statim etiam *ὄψιν* repeti viderent, addiderint *γάρ*. Sed illa verba etsi quis fortasse metri caussa sic potius, *εἶδον, ἐξεῖδον φοβερὰν ὄψιν*, scribenda esse existimet, tamen nescio, an etiam *εἶδον, εἶδον*, ut per intervalla pronunciatum, defendi possit. Nam indulsit sibi talia, nisi fallor, Euripides, ubi pausa in recitando productionem syllabae adiuvaret. Cuiusmodi exempla, in fine quidem dipodiae, sunt v. 81. et 157. Sed paris caussae parem vim etiam in media dipodia esse consentaneum est. Illa verba,

φοβερὰν ὄψιν, ἔμαθον, ἐδάην,

paroemiacum praebent similem ei, qui in Iphig. Taur. 130. est,

πόδα παρθένιον ὅσιον ὁσίας.

V. 77. Non videtur inferos deos, sed *τοὺς ἐγχωρίους* dicere, qui his in Thraciae locis colantur. Ita vox illa dicta in Sophoclis Oed. Col. 948. Vide ibi Musgravium ad v. 1003, et ad Aiac. 202. Et sic iam aliqui scholiastarum.

V. 78. Libri omnes, *ὃς μόνος, οἴκων ἄγκυρά τ' ἐμῶν, τὴν χιονώδη Θρῄκην κατέχει.* Porsonus Reiskii coniecturam recepit, *οἴκων ἄγκυρ' ἅτ' ἐμῶν,* probante censore Britanno, credo quod, ut alio in loco observat, Porsonus ad Toupii emend. in Suidam p. 489. copulam post secundum verbum non suo loco positam dicat. Sed id ut rarius fiat, minime tamen caret exemplis. Aeschylus Septem c. Theb. v. 649.

καὶ πόλιν
ἕξει, πατρῴων δωμάτων τ' ἐπιστροφάς.

In Agamemnone v. 666.

αἱ δὲ κεροτυπούμεναι βίᾳ
χειμῶνι, τυφῶ σὺν ζάλῃ τ' ὀμβροκτύπῳ.

Et in Suppl. v. 297.

Κύπριος χαρακτὴρ τ' ἐν γυναικείοις τύποις.

In Hecubae quidem versu ne est quidem copula post secundum verbum posita. Wakefieldius *μένος, οἴκων ἄγκυρά τ' ἐμῶν* scribendum censet, eleganter sane: sed non erat, quod ob huius inventi palmam Lucretianis versibus debaccharetur. Demonstrandum erat enim, *μένος* tragicis, qui omnino hac voce raro utuntur, idem esse, quod *σθένος*. Quod vereor, ut possit alio exemplo firmari, quam Aeschyli loco in VII. c. Theb. v. 395. qui ipse locus magnae obnoxius est dubitationi. Reisigius in comm.

ὃς μόνος οἴκων ἄγκυρά τ' ἐμῶν
τὴν χιονώδη Θρῄκην κατέχει
  ξείνου πατρῴου φυλακαῖσιν.
ἔσται τι νέον·
ἥξει τι μέλος γοερὸν γοεραῖς.
οὔποτ' ἐμὰ φρὴν ὧδ' ἀλίαστος
φρίσσει, ταρβεῖ.
ποῦ ποτε θείαν Ἑλένου ψυχάν,
ἢ Κασσάνδραν ἐσίδω, Τρῳάδες,

---

crit. ad Oed. Col. 443. probabat *οἴκων ἄγκυρ' ἔτ' ἐμῶν*, Reiskii eam esse coniecturam dicens. At est haec codicis Harleiani scriptura, ad quam prope accedit quod in Flor. 33. est, *ἄγκυρ' ἐστ' ἐμῶν*. Vulgatam habuerunt scholiastae, quos ea sic exercuit, ut etiam ad ineptas interpretationes confugerent. Difficultas in eo est, quod incomparabilia, *μόνος* et *οἴκων ἄγκυρα*, eaque ne recte quidem copulata videntur, quia solum esse etiam in ancoram cadit. Sed minuitur haec si quae est perversitas, si, ut ad Soph. Ai. 341. monui, *οἴκων* etiam ad *μόνος* refertur. Hoc enim dicit: qui gentis meae solus atque ancora est.

V. 80. Porsonus *πατρῴου*, quod libri ad unum omnes habent, in *πατρίου* mutavit. *Quum enim Attici*, inquit in addendis, *πάτριος et πατρῷος promiscue usurpent*, *cur ad licentiam poeticam*, *nulla necessitate cogente*, *provocemus?* Id perinde est, ac si quis in poeta prosaicas locutiones poeticis substituere velit, quia idem brevius et simplicius dicant. Non solum in orationis genere poetae exquisitiora quaerunt, quod ea magis animum percellant, sed in singulis etiam verbis curant, ut gravitate vocis atque insolentiore sono ultra communis sermonis assurgant tenuitatem. Observandum tamen, *πατρῷος* media correpta neque in iambis inveniri, quippe propius ad communem sermonem accedentibus, neque aliis in metris tum adhiberi, quum ultima syllaba non est in ictu. De differentia horum vocabulorum, *πάτριος*, *πατρῷος*, *πατρικός*, quo usus Euripides in Ione v. 1304. dixi ad Elmsleii Medeam v. 420. et ad Bacchas 1365.

V. 81. Producta est ultima in v. *νέον* propter pausam in fine sententiae. Vide Elem. d. metr. p. 373. et supra ad v. 73.

V. 86. Aug. c. *καὶ Κασάνδρας*. Libri et Euripidis et fere aliorum quoque scriptorum Cassandram uno *σ* scriptam exhibent. Idque sequitur hodierna superstitio. Duplicatae litterae testis, ineptus ille quidem, Ttetzes est in prolegomenis ad Lycophronem p. 271. ed. Müll. *Κασάνδρα δὲ λέγεται παρὰ τὸ κάσιν ἀνδρεῖον ἔχειν τὸν Ἕκτορα· Αἰολικῶς δὲ γράφεται διὰ δύο σσ.* Multo gravior est analogia. Nam neque unde *Κασάνδρα* prima pro-

ὥς μοι κρίνωσιν ὀνείρους;
εἶδον γὰρ βαλιὰν ἔλαφον λύκου αἵμονι χαλᾷ
σφαζομέναν ἀπ' ἐμῶν γονάτων σπασθεῖσαν ἀνάγκᾳ

---

ducta dici potuerit apparet, et duplicationem tum *Κασσιέπεια*, tum ipsa origo nominis tuetur. Res ipsa suadet, ut, quemadmodum formam habent simillimam haec nomina Cassandra et Alexandra, sic etiam significatu similia sint: confirmantque id Macedoniae regum nomina Cassandri et Alexandri. Similiter qui aliis *Μεγαρεὺς* dicitur, ab aliis vocatur *Μενοικεύς*, filius Creontis, de quo dixi ad Soph. Antig. 1288. *Κασσάνδρα* est quae superat viros, prudentia scilicet et scientia futuri. Factum nomen ab ea stirpe, ex qua sunt *ἐκέκαστο*, *κεκασμένος*, *κεκαδμένος*, *Κάδμος*: quae est *κάζεσθαι*. Buttmannus, qui in Gramm. Gr. vol. II. p. 160. formas illas ad *καίνυσθαι* refert, si hoc dicit, praesenti imperfectoque tempore *καίνυμαι*, *ἐκαινύμην* usurpari, quod est inusitata esse *κάζομαι*, *ἐκαζόμην*, verum dicit: non autem, si *ἐκέκαστο* et caetera huius generis ex *καίνυμαι*, non ex *κάζομαι* derivata esse censet. In eo verbo, ut in *φράζομαι*, brevem esse vocalem *α* patet: ex quo consentaneum est, si *Κασάνδρα* diceretur, corripi debere primam syllabam, quam usus ut ab *ἐκάσσατο* longam esse voluit. Caeterum Porsonus cum paucis libris *Κασάνδραν* accusativum praetulit genitivo, quem libri plerique habent. Scholiastes: *εἶπε δὲ ψυχὴν Ἑλένου, ἐπειδὴ τεθνηκὼς ἦν, Κασσάνδραν δέ, καὶ οὐ Κασσάνδρας, ἐπειδὴ ζῶσα ἦν.* Et sic etiam, quamvis refutare scholiastam studuerit Barnesius, Porsonus existimabat: qui unde id collegerit nescire se ait Matthiae. Collegerat vero, et recte opinor, ex eo, quod Polydorum Hecuba solum superstitem esse dixit.

V. 87. Aug. a. *κρίνωσ'*.

V. 88. In Aug. a. abest *ἔλαφον*. *Αἵμονι* interpretantur *αἱματηρᾷ*, quo significatu dictum videtur in loco corrupto Aeschyli Suppl. 854. et Agam. 1491. Nisi omnino cupidum potius vel avidum significat. Inepta certe ratio est, qua *αἵμονα θήρης* explicant grammatici Iliad. V. 49. Sanguinem nescio an *αἷμα* ab ea radice dixerint, unde est *ἀΐσσω*, quod saliat.

V. 89. Aug. a. *ἀνάγκος*. Porsonus coniiciebat, duplicem lectionem fuisse, *ἀνάγκᾳ* et *ἀνοίκτως*, optime omnia processura existimans, si sic legerentur:

σφαζομέναν ἀπ' ἐμῶν γονάτων σπασθεῖσαν ἀνοίκτως.
καὶ τόδε δεῖμά μοι· ἦλθ' ὑπὲρ ἄκρας
τύμβου κορυφᾶς φάντασμ' Ἀχιλέως.

Vera haec quidem sunt, ac videri possunt aliquid praesidii habere a glossa duorum codd. Flor. *ἀνηλεῶς*: sed tamen libri non declinant a vulgata, ut deesse potius aliquid, quam redundare aliquid credibile sit. Atque quum illud, *καὶ τόδε δεῖμά μοι*,

*οἰκτρῶς, * * καὶ τόδε δεῖμά μοι·*
ἦλθ' ὑπὲρ ἄκρας τύμβου κορυφᾶς
φάντασμ' Ἀχιλέως· ᾔτει δὲ γέρας
τῶν πολυμόχθων τινὰ Τρωϊάδων.
ἀπ' ἐμᾶς οὖν, ἀπ' ἐμᾶς τόδε παιδὸς
πέμψατε, δαίμονες, ἱκετεύω.

ΧΟΡΟΣ.

Ἑκάβη, σπουδῇ πρός σ' ἐλιάσθην,
τὰς δεσποσύνους σκηνὰς προλιποῦσ',

---

quod aperte ad sequentia spectat, potuerit quidem sic abrupta oratione dici, si Hecubae, quum paullum conticuisset, cogitabundae novum quid in mentem venit, potuerit vero etiam, ut plerumque fit, per particulam aliquam connecti cum praegressis: non ineptum est, quod in Kingii codice K. legitur, integrum praebens dimetrum:

οἰκτρῶς. καὶ μὴν καὶ τόδε δεῖμά μοι.

Sed tamen et recens ille codex est, Porsono teste, et recte Seidlerus eum in libro de verss. dochm. p. 297. a metrico quopiam interpolatum esse iudicavit. Accedit quod istae particulae etiam alibi a metricis insertae inveniuntur: v. Matthiae ad Andromachae v. 770. In Hecuba quidem metricus iste recte animadversum vitium non recte emendasse videtur. Nam veri similius est, geminatum fuisse ab Euripide *οἰκτρῶς*, qua geminatione quum apte indicetur cogitabundam haec dicere Hecubam, recte potuit et sine offensione, quam alioquin habitura esset, sententia inferri non connexa verbis praecedentibus.

V. 90. Augg. a. b. c. *δεῖμά μοι, ἦλυθ'.*

V. 91. Augg. a. b. *κορυφῆς.*

V. 96. Satis imperiose Wakefieldius *πρός σ' ἐβιάσθην* corrigit, probante censore Ienensi. Monuit eruditus censor Britannus, ut *βιάσασθαι* media forma hanc vim habeat, non posse eam passivo tribui *βιασθῆναι*. *Λιάζεσθαι* est *secedere*. Quod si forte isti *λιάζεσθαι πρός τινα* non putabant recte dici, recordari debebant Homeri, similiter loquentis in Iliad. XXII. 12.

σὺ δὲ δεῦρο λιάσθης,

et Odyss. IV. 838.

ὡς εἰπὸν σταθμοῖο παρὰ κληῖδα λιάσθη
ἐς πνοιὰς ἀνέμων.

Censor Britannus duos memoravit Eustathii locos pag. 1215. l. 13. 1254. l. 35. quibus adde p. 1341. l. 9.

V. 97. Augg. a. b. c. *δεσποσύνους.*

ἵν' ἐκληρώθην καὶ προσετάχθην
δούλη, πόλεως ἀπελαυνομένη
τῆς Ἰλιάδος, λόγχης αἰχμῇ
δοριθήρατος πρὸς Ἀχαιῶν,
οὐδὲν παθέων ἀποκουφίζουσ',
ἀλλ' ἀγγελίας βάρος ἀραμένη
μέγα, σοί τε, γύναι, κῆρυξ ἀχέων.
ἐν γὰρ Ἀχαιῶν πλήρει ξυνόδῳ
λέγεται δόξαι, σὴν παῖδ' Ἀχιλεῖ
σφάγιον θέσθαι· τύμβου δ' ἐπιβὰς
οἶσθ' ὅτε χρυσέοις ἐφάνη σὺν ὅπλοις,

V. 99. Augg. a. b. c. ἀπελαυνομένη.

V. 103. Aug. a. ἀραμένη. b. αἰρομένη.

V. 108. Augg. a. b. c. cum caeteris libris omnibus οἶσθ' ὅτε. Canteri emendationem ὅτι Musgravius et recentiores editores secuti sunt. Scholiastam quum ita legisse dixit Canterus, paraphrasten videtur in mente habuisse. Nam quod apud hunc legitur ὅτη, qui est error editionis principis, propagatus in Basileensem et P. Stephani, pro ὅτι accepit. Recentiores ὅτε ediderunt. Praeterea Canterus ἴσθι legendum censebat, quo quidem minime opus est, quum Achillem apparuisse iam pridem sciat Hecuba. Porsonus librorum lectionem miris argumentis defendit. ***Plus est***, inquit, ***si quis simul et rem ipsam et rei tempus***, ***quam si rem solam memoret.*** Deinde exempla affert in quibus οἶσθα, μέμνησαι, μνημονεύεις, adiunctum habent ὅτε, aut ἡνίκα. Sane plus est, si quis simul et rem ipsam et rei tempus, quam si rem solam memorat. Nam tempus quum memoratur, simul adsignificatur, quid actum sit eo tempore. Scilicet quae exempla huius locutionis attulit vir celeberrimus, eorum ipse rationem non satis perspexit. Omnia enim interrogationem continent: quae res in hac loquendi formula summum momentum habet. Etenim in omnibus exemplis, in quibus interrogatio est, οἶσθα non pertinet ad eam rem, quae cum particula ὅτε coniuncta narratur, sed ad longe aliam, quae reticetur. Interrogatio enim haec est: ***scisne***, ***quum hoc fiebat***, ***quid tum acciderit?*** Hoc postremum, ***quid tum acciderit***, omittitur, ut is, qui interrogatur, temporis, quo acciderit, memoria tactus, ipse rem, quae acciderit, recordetur. Tantum ergo abest, ut in ista formula simul et res et tempus rei memoretur, ut res reticeatur, soliusque temporis mentio fiat. Aliquid horum etiam Wakefieldio suboluisse credas, qui, de lectione assentiens Porsono, verba eius sic corrigit: ***plus est***, ***si***

τὰς ποντοπόρους δ' ἔσχε σχεδίας
λαίφη προτόνοις ἐπερειδομένας,

---

quis tempus rei, quam rem ipsam, memoret; quia in tempore comprehenditur necessario res ipsa, sed in re non ita vicissim tempus. Ponam unum tantummodo ex iis exemplis, quae Porsonus attulit, (nam eadem omnium ratio est) quo res clarius cognoscatur. Infra v. 237. sic loquitur Hecuba:

οἶσθ' ἡνίκ' ἦλθες Ἰλίου κατάσκοπος,
δυσχλαινίᾳ τ' ἄμορφος, ὀμμάτων τ' ἄπο
φόνου σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν;

His verbis non dicit, *nostine te aliquando Ilium venisse?* sed, *nostine, quum Ilium venisses, quid tum fecerim?* Innuit enim sua opera servatum esse Ulixem. Id quod paullo post disertim interrogat,

ἔσωσα δῆτά σ', ἐξέπεμψά τε χθονός;

Atque ipse Euripides optimus est huius formulae interpres in Troad. v. 69.

ΑΘ. οὐκ οἶσθ' ὑβρισθεῖσάν με καὶ ναοὺς ἐμούς;
ΠΟ. οἶδ', ἡνίκ' Αἴας εἷλκε Κασσάνδραν βίᾳ.

Matthiae quum mihi opposuit verba, quae sunt in Aiace v. 1273. οὐ μνημονεύεις ἡνίκα οὗτος ὑμᾶς ἐῤῥύσατο, ubi vix commode suppleri possit, *nonne meministi, quo tempore hic vos servavit, quid tum factum sit*, non satis accurate consideravit eum locum. Sic ibi Teucer:

οὐ μνημονεύεις οὐκέτ' οὐδὲν, ἡνίκα
ἑρκέων ποθ' ὑμᾶς οὗτος ἐγκεκλῃμένους,
ἤδη τὸ μηδὲν ὄντας, ἐν τροπῇ δορὸς
ἐῤῥύσατ' ἐλθὼν μοῦνος, ἀμφὶ μὲν νεῶν
ἄκροισιν ἤδη ναυτικοῖς ἑδωλίοις
πυρὸς φλέγοντος, εἰς δὲ ναυτικὰ σκάφη
πηδῶντος ἄρδην Ἕκτορος τάφρων ὕπερ;

In quibus patet per anticipationem quamdam additum esse ἐῤῥύσατο, quum primaria sit descriptio afflictae rei Graecorum. Tum autem illud ipsum, quod commode suppleri negat Matthiae, statim vere adiectum est a poeta hoc versu:

τίς ταῦτ' ἀπεῖρξεν; οὐχ ὅδ' ἦν ὁ δρῶν τάδε;

Nec magis rem perspexisse videtur Schaeferus, qui de hac loquendi ratione in novissima Hecubae Porsonianae editione p. 13. disserens, ex Homeri Iliad. XI. 71. haec posuerit: ᾔδεα μὲν γὰρ ὅτε —· οἶδα δὲ νῦν ὅτι —. Al. ὅτε, *ut Aristarchi recensio: recte, opinor.* Cur vero non integra apposuit verba Homeri? Nam ex formulis ipsis, utrum recte an perperam usurpatae sint, iudicari non potest. Ita vero Homerus:

ᾔδεα μὲν γάρ, ὅτε πρόφρων Δαναοῖσιν ἄμυνεν·
οἶδα δὲ νῦν, ὅτι τοὺς μὲν ὁμῶς μακάρεσσι θεοῖσιν
κυδάνει, ἡμέτερον δὲ μένος καὶ χεῖρας ἔδησεν.

τάδε θωΰσσων·
ποῖ δή, Δαναοί, τὸν ἐμὸν τύμβον
 στέλλεσθ' ἀγέραστον ἀφέντες;
πολλῆς δ' ἔριδος ξυνέπαισε κλύδων,
δόξα δ' ἐχώρει δίχ' ἀν' Ἑλλήνων
στρατὸν αἰχμητήν, τοῖς μὲν διδόναι
τύμβῳ σφάγιον, τοῖς δ' οὐχὶ δοκοῦν.
ἦν δὲ τὸ μὲν σὸν σπεύδων ἀγαθὸν
τῆς μαντιπόλου βάκχης ἀνέχων
λέκτρ' Ἀγαμέμνων·

Scholiastes: οὕτως αἱ Ἀριστάρχου ὅτε διὰ τοῦ ε, καὶ ἔστιν ἀκόλουθον τῷ ᾔδεα γὰρ ὅτε πρόφρων τὸ οἶδα δὲ νῦν ὅτε. Patet ex his simul et quo argumento ita scripserit Aristarchus, et quam id perverso fecerit iudicio. Iam vero sane etiam absque interrogatione eadem formula adhiberi poterit, sed tum demum, quum eadem inest sententiae ratio, ut si quis dicat, *nosti*, *quum hoc fiebat*, *quid praeterea factum sit*. Sensisse id arbitror Canterum quique eum sequuti sunt, quum in Hecubae loco ὅτι scripserunt. Nam si chorus rationem reddere vult, cur immolari Achilli Polyxenam decreverint Graeci, necessario dicere debet οἶσθ' ὅτι ἐφάνη: *scis enim eum apparuisse et victimam postulasse*. Et propterea ipse olim probabam hanc emendationem, probavitque argumentis quae dixeram motus Haackius. Nunc de locutione quidem illa non muto sententiam: recte enim me de ea disputasse existimo: sed in Euripidis loco video retineri posse librorum scripturam omnium, confirmatam illam etiam a scholiasta cod. Viteb. qui sic scripsit: οἶσθ' ὅτε χρυσέοις ἐφάνη σὺν ὅπλοις. γινώσκεις ὅτε ὁ Ἀχιλλεὺς ἐπάνω στὰς τοῦ ἑαυτοῦ τύμβου σὺν ὅπλοις χρυσοῖς ἐπεῖχε τὰς ναῦς. Nam potest ita explicari: *scis enim*, *quum apparuit Achilles*, *quanta tum inter Achivos orta sit contentio de immolatione filiae tuae*.

V. 114. Augg. a. b. συνέπεσε. c. ξυνέπεσε, et glossa, ἐγένετο, συνέκρουσε.

V. 115. Augg. a. c. Ἑλλάνων. b. Ἑλλήνων. Ἐχώρει quum dicit, progressum significat assensionis, aliis deinceps atque aliis clementiori vel crudeliori sententiae accedentibus.

V. 119. De verbo ἀνέχειν disserens grammaticus in libello de constructione verborum a me editus p. 371. ἀντὶ τοῦ στέργω καὶ τιμῶ, αἰτιατικῇ, ὡς Εὐριπίδης, τῆς μαντιπόλου βάκχης ἀνέχων λέκτρ' Ἀγαμέμνων. Vide adnotata ad Soph. Oed. Col. 680.

τὼ Θησείδα δ', ὄζω Ἀθηνῶν,
δισσῶν μύθων ῥήτορες ἦσαν·
γνώμῃ δὲ μιᾷ συνεχωρείτην,
τὸν Ἀχίλλειον τύμβον στεφανοῦν
αἵματι χλωρῷ· τὰ δὲ Κασσάνδρας
λέκτρ' οὐκ ἐφάτην τῆς Ἀχιλείας
πρόσθεν θήσειν ποτὲ λόγχης.
σπουδαὶ δὲ λόγων κατατεινομένων
ἦσαν ἴσαι πώς, πρὶν ὁ ποικιλόφρων
κόπις ἡδυλόγος δημοχαριστὴς
Λαερτιάδης πείθει στρατιάν,
μὴ τὸν ἄριστον Δαναῶν πάντων
δούλων σφαγίων οὕνεκ' ἀπωθεῖν,
μηδέ τιν' εἰπεῖν
παρὰ Περσεφόνῃ στάντα φθιμένων,
ὡς ἀχάριστοι Δαναοὶ Δαναοῖς
τοῖς οἰχομένοις ὑπὲρ Ἑλλήνων
Τροίας πεδίων ἀπέβησαν.
ἥξει δ' Ὀδυσσεὺς ὅσον οὐκ ἤδη,

V. 121. Obscurius loquutus est poeta in toto hoc carmine. V. 115. dubitasse Graecos significat, sacrificarentne omnino aliquam victimam an non; tum Acamantem et Demophontem quum de immolanda aliqua captiva, et non audiendo Agamemnone consensisse, sed inter se tamen dissensisse ait, alterum indicat Polyxenam, alterum aliam captivam mactari voluisse. In qua narratione perturbatio quaedam est, quia non aperte dixit, quae Agamemnonis fuerit sententia, nullamne is, an aliam quam Polyxenam mactandam censuerit. Id colligendum reliquit audientibus. Sic enim videtur sensisse, abhorruisse ab omni sacrificio Agamemnonem, quo servare filiam Hecubae sororemque Cassandrae sine invidia posset. Tum filios Thesei gratificandum quidem Achilli iudicasse, sed alterum ut Polyxenam, alterum ut aliam ex captivis mactandam esse contenderet.

V. 137. Augg. a. b. c. *Ἑλλήνων*.

V. 138. Aug. c. *τῆς Τροίας*. Verba *στάντα φθιμένων* in edd. vett. monometer sunt; qui versus autem sequuntur, dimetri. Brunckius et Porsonus monometrum constituerunt ante paroemiacum, ut, qui praecedunt, omnes dimetri essent.

πῶλον ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαστῶν,
ἔκ τε γεραιᾶς χερὸς ὁρμήσων.
ἀλλ' ἴθι ναούς, ἴθι πρὸς βωμούς,
ἵζ' Ἀγαμέμνονος ἱκέτις γονάτων·
κήρυσσε θεοὺς τούς τ' οὐρανίδας,
τούς θ' ὑπὸ γαῖαν.
ἢ γάρ σε λιταὶ διακωλύσουσ'
ὀρφανὸν εἶναι παιδὸς μελέας,
ἢ δεῖ σ' ἐπιδεῖν τύμβῳ προπετῆ
φοινισσομέναν αἵματι παρθένον
ἐκ χρυσοφόρου
δειρῆς νασμῷ μελαναυγεῖ.

V. 140. Aug. a. ut vulgo, *μαζῶν*. Brunckius recte *μαστῶν*, quod est in multis codd. Vide Elmsleium ad Bacch. 700.

V. 145. Porsonus *γαίας*. Libri omnes, atque ipse Brunckius, *γαῖαν*, praeter cod. Aug. a. in quo *τούς θ' ὑπογαίους* est, ex interpretatione, ut videtur, ortum. Non enim hac voce, quod sciam, utuntur tragici. Defendi vero potest *γαῖαν*, ut in pausa. Nam recte in Brunckiana hic versus et is, qui paroemiacum antecedit, monometri sunt. Male Porsonus omnes dimetros fecit.

V. 148. Vulgo *τύμβον*. Augg. a. b. quod etiam ex Flor. 21. b. Mosc. C. Matthiae attulit, *τύμβῳ*. Id praeferendum duxi, tum quod *προπετὴς* simpliciter pronum significare solet, tum quod non ante tumulum, sed *ἐπ' ἄκρου χώματος* mactari Polyxenam conveniebat: vide v. 524.

V. 149. Hic quoque vulgatam praetuli codicum scripturae *φοινισσομένην*. Vide ad v. 73.

V. 150. *Χρυσοφόρου* Wakefieldius in *χρυσοφόβου* mutat, nihil moraturus eos, qui aut captivam Polyxenam multum auri gestasse putent, aut non videant, elegantem poetam hic de naturali quodam decore cogitaturum fuisse. Copiose ostendit censor Britannus, neque Graecum esse *χρυσόφοβος*, nec, si esset, epitheton esse posse *δέρης*; aurum autem, quod gestatura sit Polyxena, idem ad ornatum pertinere putat, quem adhibere soliti fuerint morituri, allatis Heraclid. v. 569. Suppl. 1057. Aelian. V. H. I. 16. eiusque interpp. et Dorvill. ad Char. p. 68. Docte sane, quamquam simplicior mihi quidem et venustior videtur Porsoni explicatio, aurum intelligentis, quo plurimo virgines sese ornabant. Augent enim miserationem iucunda opposita tristibus.

ΕΚΑΒΗ.

οἴ 'γὼ μελέα, τί ποτ' ἀπύσω; σ*τρ. α'.*
ποίαν ἀχώ; ποῖον ὀδυρμόν;

V. 152. Aug. a. *οἴ ἐγὼ δειλαία.* Quod sequitur carmen propter metrorum rationem impeditissimum est. Quum enim aliae partes aperte antistrophicae sint, aliae nullas videantur responsiones continere, fieri non potuit, quin librorum fides in suspicionem traheretur. Antistrophas audacius restituere conati sunt Seidlerus in libro de versibus dochmiacis p. 294. et Reisigius in Coniect. p. 286. seqq. Alia aliis temporibus ego tentavi in Elem. doctr. metr. p. 738. et in Epitome p. 281. Habent Euripidis tragoediae, eae potissimum, quae recentiores sunt, hoc incommodi, quod nec quousque ipse poeta in novanda melicorum compositione progressus sit scimus, nec quid metrici, Triclinius potissimum, mutaverint satis constat. Omnibus iterum iterumque perpensis partem huius carminis antistrophicam esse, partem non habere antistrophas, sed tamen responsionibus singulorum quorumdam versuum esse distinctam, minime dubium esse arbitror. Responsionum duo systemata constitui possunt, unum, quo Hecubae Polyxena et Polyxenae Hecuba respondet, hac forma:

Ε. Π. Ε. Ε. Π. Π.
α. δ. δ. ς. ς. α.

alterum, quo utraque sibi respondet ipsa, praeter ea, quae Polyxena clamore matris excita sine responsionibus loquitur: eius haec forma est:

Ε. Ε. Ε. Π. Π. Ε.
β. γ. γ. ε. ε. β.

Accedunt praeterea Polyxenae bina dicta, quae quasi pro proodis sint, v. 174 — 177. et 181. 182. Ita quum omnia coniunguntur, hac inveniuntur lege esse disposita:

Ε. Ε. Π. Ε. Π. Ε. Π. Π. Ε. Π. Ε. Π. Ε. Π.
α. β. πρ. γ. δ. γ. πρ. ε. δ. ε. ς. ς. β. α.

Liberius hanc scenam vertisse videtur Ennius, si in ea fuit hic versus,

hei me miseram, interii, pergunt lauere sanguen sanguine.

Ennii ex Hecuba esse testatur Nonius in *sanguis* p. 224. in *lauare* p. 466. in *lauere* p. 504. In postremo loco *miserum* legitur. Videtur haec dixisse Hecuba statim audito de immolatione filiae nuncio. Mox fortasse illa addidit numero anapaestico:

miserete anuis,
date ferrum, qui me anima privem,

quae ex Ennii Hecuba affert Nonius in *miserete* p. 474. Nihil simile in Euripide. Ac male Columna comparavit v. 384. Caeterum recte idem videtur *anuis* edidisse, pro quo apud Nonium est *manus.*

δειλαία δειλαίου γήρως,
δουλείας τᾶς οὐ τλατᾶς,
τᾶς οὐ φερτᾶς, ὤ μοί μοι.
τίς ἀμύνει μοι; ποία γέννα;
ποία δὲ πόλις; φροῦδος πρέσβυς,
φροῦδοι παῖδες.
ποίαν, ἢ ταύταν ἢ κείναν
στείχω; ποῦ τίς θεῶν ἢ δαίμων

V. 157. Libri omnes γέννα. Porsonus γεννὰ scribendum censebat. Illud ego quidem non adducor, quod G. Dindorfio in praefatione ad poetas scenicos placuit, γέννα umquam ultima producta esse dictum. Duobus illa opinio exemplis nititur, hoc, et alio, quod est in Iphig. Taur. 154. Illud quidem prorsus reiicio, ut in versu, qui, ut nunc legitur, ex tribus constat pedibus, quod genus ego neque omnino dum munitum esse arbitror, et, si est umquam usurpatum, illo loco tum demum admissum credam, quum antistrophica ratio carminis non solum ad liquidum adducta, sed ita etiam firmata erit, ut brachycatalectum esse versum illum dubitari nequeat, qui, ut ego quidem existimo, catalecticus fuit. In Hecubae versu autem video γέννα, si haec membratim et per intervalla recitabantur, eamdem veniam habere; quam ad v. 73. et 81. indicavi.

V. 160. Prius ἢ abest in Aug. c.

V. 161. Libri ποῖ δ' ἥσω; (vel ἧσω) ποῦ τις θεῶν ἢ δαιμόνων ἐπαρωγός. Augg. a. b. πῆ δ' ἥσω. ποῦ τις θεῶν ἢ δαιμόνων ἐπαρωγός. c. ποῖ δ' ἥσω. ποῦ τίς θεῶν ἢ δαιμόνων ἐπ' ἀρωγός, cum hoc scholio: ἵημι, ἥσω, τὸ ὁρμῶ καὶ πορεύομαι. καὶ ψιλοῦται. ἵημι δὲ, τὸ πέμπω, δασύνεται. Musgravius corrigit, ποῖ δ' ἥσω πόδα; τίς θεῶν, (vel θεός) ἢ δαίμων νῷν ἔτ' ἀρωγός; Id sequutus est Brunckius, nisi quod ἢ τίς δαίμων ἐπαρωγὸς scripsit, elegantius sane. Nam et νῷν, quod ne ad sonum quidem elegans est, et ἔτι friget. Porsonus ex uno MS. Kingii, cuius lectionem Musgravius a scholiasta correctam ex eius adnotatione colligit, ποῖ δ' ἥσω; ποῦ τις θεῶν ἢ δαίμων ἔστ' ἐπαρωγὸς dedit. Si sic scripsit Euripides, mirarer, quod maluisset ἔστ' ἐπαρωγὸς scribere, quam ἐστὶν ἀρωγός, quod et elegantius foret, et magis accommodatum consuetudini tragicorum, simplicem huius nominis formam compositae praeferentium. Sed quum Dionysius Hal. de struct. or. c. 17. p. 218. sq. ed. Schaef. ut spondeum splendidum et magnificum pedem esse ostendat, hoc afferat exemplum:

ποίαν δῆθ' ὁρμάσω, ταύταν
ἢ κείναν, κείναν ἢ ταύταν,

ἐπαρωγός; ἰὼ κάκ' ἐνεγκοῦσαι
  Τρῳάδες, ὦ κάκ' ἐνεγκοῦσαι
πήματ', ἀπωλέσατ', ὠλέσατ'· οὐκέτι μοι βίος
  ἀγαστὸς ἐν φάει.
ὦ τλάμων ἄγησαί μοι πούς,
  ἄγησαι τᾷ γηραίᾳ
πρὸς τάνδ' αὐλάν· ὦ τέκνον, ὦ παῖ
δυστανοτάτας ματέρος, ἔξελθ',
  ἔξελθ' οἴκων, ἄϊε ματρός,

---

idem Porsonus, si hunc locum Dionysius respexerit, (nam similis etiam infra exstat v. 1030.) fortasse illum sic legisse ait, *ποίαν δῆθ' ὁρμάσω; ποῦ μοί τις θεῶν, ἢ δαίμων ἐστὶν ἀρωγός.* Erfurdtius *ποῖ δ' ᾄσσω* coniiciebat. Ego, antistropha monente, eieci illud *ποῖ δ' ἥσω,* quod non puto aliud quidquam esse quam mutilatam interpretationem, sive illa *ποῖ δ' ὁρμήσω* sive alio expressa verbo fuit. Ac nisi fallor pertinebat ea non ad praegressum *στείχω*, sed ad haec, *ποῦ τίς θεῶν.* Sic enim recte in Aug. c. pro vulgato *ποῖ τις θεῶν* scriptum videtur. Quam duplicem interrogationem quum male intelligeret interpres, ad *ποῦ* adscripsit verbum, quod supplendum esset: quod verbum situ codicis corruptum deinde alii interpretes pro genuino habitum aliis verbis sunt interpretati. Saepius id factum in antiquis scriptoribus. Insigne exemplum praebent verba interpretis in Aeschyli Sept. ad Theb. 890. *οὐκ ἐπὶ φιλίᾳ, ἀλλ' ἐπὶ φόνῳ διεκρίθητε,* ad quae adscriptum est *διεχωρίσθητε.* Ut hic Euripides *ποῦ τίς θεῶν ἢ δαίμων,* ita in Electra v. 1233.

ἀλλ' οἵδε δόμων ὕπερ ἀκροτάτων
φαίνουσί τινες δαίμονες, ἢ θεῶν
τῶν οὐρανίων.

V. 162. Pro librorum scriptura *ὦ* dedi *ἰώ.*

V. 164. Aug. a. *οὐκ ἐστί μοι.*

V. 166. Augg. a. b. c. *τλᾶμον.* Hi versus utrum ambo catalectici sint, ut in vulgata lectione, an prior sit acatalectus recepto *πούς,* correctoque sequente versu, in quo *τᾷ γηραίᾳ,* quamquam id nullus liber habet, quam quod in paucis codd. est *ἄγησαί μοι τᾷ γραίᾳ,* scribere malui, dubium relinquunt versus antistrophici, quorum fluctuans scriptura utrique metro locum facit. Sed tamen utroque loco quid aptius sit, non est obscurum.

V. 170. Vulgo haec ita continuantur:

ἔξελθ' οἴκων, ἄϊε ματέρος
αὐδάν, ὦ τέκνον, ὡς εἰδῇς.

Sed Augg. a. b. c. *ἴδῃς.* In his nulla esset vitii suspicio, nisi et antistrophicorum satis manifesta deprehenderentur vestigia, et aliquid momenti etiam ab Aristophane hunc locum respiciente

* * * * * αὐδὰν, ὦ *στρ. β'.*
τέκνον, ὡς εἰδῇς οἵαν, οἵαν
ἀΐω φάμαν περὶ σᾶς ψυχᾶς.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ἰώ, *πρ.*
μᾶτερ, μᾶτερ, τί βοᾷς; τί νέον

---

accederet. Ac primo quum versibus 152—165 aperte respondeant versus 195—208. permirum foret, si, qui utrubique sequuntur versus, non essent eadem comparatione facti, praesertim quum levi illa mutatione, qua γηραιᾷ pro γραίᾳ scripsimus, plane exaequentur. Deinde quum ultimus totius carminis versus dactylicus sit, idem metrum praebent Flor. 2. et Vict. in quibus est ματρός. Porro qui deinde sequuntur versus, eos respondisse versibus 192—194. eo verisimile est, quod utraque pars hoc verbo ψυχᾶς finitur. Denique quum Aristophanes in Nubibus v. 1165. posuerit,

ὦ τέκνον, ὦ παῖ,
ἔξελθ' οἴκων, ἄϊε σοῦ πατρός,

ad quem locum scholiastes cod. Leid. adnotavit, ὁ Εὐριπίδης ἐν τῷ τῆς Ἑκάβης δράματι δι' αὐτῆς φησίν· ὦ παῖ, παῖ, Πολυξένη δηλονότι, ἔξελθ', ἔξελθ' οἴκων· iure miramur, quod Aristophanes, si legit Euripidis verba ut nostris in libris scripta sunt, non dixerit ἄϊε σοῦ πατρὸς αὐδάν. Qui quum ultimam illam vocem omiserit, verisimile est, eum etiam apud Euripidem sic, ut ipse scripsit, ἄϊε ματρὸς sine illa voce dictum invenisse. Hinc sponte nascitur coniectura valde, ut videtur, probabilis, stropham Hecubae terminatam fuisse versu dactylico, sicut antistropham Polyxenae,

ἔξελθ' οἴκων, ἄϊε ματρός·

tum autem neglexisse librarios repetitionem eorumdem vel similium verborum. Nam recte hic et rectius profecto quam multis in aliis locis repeterentur verba illa, quae, si ὦ v. 171. deleas, fortasse talia fuerunt:

ἔξελθ', ἄϊε ματέρος αὐδάν·

sin servare placet ὦ,

ἄϊε ματρὸς σᾶς αὐδὰν, ὦ.

Nec negligendum, quod de triplicata repetitione in scholiis legitur: ἔξελθ', ἔξελθ', ἐκ δευτέρου καὶ τρίτου λέγεται ὁ αὐτὸς λόγος, ἢ δι' ὑπερβάλλουσαν χαράν, ὡς ἐν τῷ ἐγκαίνια, ἐγκαίνια, ἢ δι' ὑπερβάλλουσαν λύπην, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην. Similiter etiam ad σᾶς confert aliquid aliud scholion: ἔξελθε ἐκ τῶν οἴκων καὶ ἄκουσον τῆς σῆς μητρὸς τὴν φωνὴν, ὦ τέκνον.

V. 175. Aug. c. semel a prima manu μᾶτερ. Alterum postea additum.

καρύξασ᾽ οἴκων μ᾽, ὥςτ᾽ ὄρνιν,
θάμβει τῷδ᾽ ἐξέπταξας;

ΕΚΑΒΗ.

ὤ μοί μοι, τέκνον. γ'.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

τί με δυςφημεῖς; φροίμιά μοι κακά. δ'.

ΕΚΑΒΗ.

αἰαῖ σᾶς ψυχᾶς. γ'.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ἐξαύδα, μὴ κρύψῃς δαρόν. πρ.
δειμαίνω, δειμαίνω, μᾶτερ,
τί ποτ᾽ ἀναστένεις. ε'.

ΕΚΑΒΗ.

τέκνον, τέκνον, μελέας ματρός. δ'.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

τί δ᾽ ὃ τόδ᾽ ἀγγελεῖς; ε'.

V. 176. Augg. a. b. κηρύξασ᾽.

V. 178. Libri ὤ μοι τέκνον. In Moscoviensi A. adnotatum γρ. ἰώ μοι. Malui μοὶ iterare, ut omnes syllabae longae essent, quemadmodum in antistrophico. Et sic Mosc. D. In Mosc. A. vulgato adscriptum γρ. ἰώ μοι, quod exstat in Flor. 33.

V. 180. Aug. c. ψυχᾶς πέρι.

V. 184. Augg. a. b. c. ut vulgo, ὦ τέκνον, τέκνον. Delendum fuit ὦ. Sic supra μᾶτερ, μᾶτερ.

V. 185. Legebatur τί τόδ᾽ ἀγγέλλεις. Et sic etiam Augg. a. b. c. Quod et Seidlerus et ego suspicati eramus, hunc versum dochmiacum esse, respondentem versui 182. leviter eo confirmatur, quod in Mosc. A. ἀγγελεῖς est, gravius vero scriptura cod. Flor. 33. τί ὃ τάδ᾽ ἀγγέλεις. Ex qua patet scribendum esse, τί δ᾽ ὃ τόδ᾽ ἀγγελεῖς.

ΕΚΑΒΗ.

σφάξαι σ' Ἀργείων κοινὰ στρ. ς'.
συντείνει πρὸς τύμβον γνώμα
Πηλείδα, γέννα.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

οἴμοι, μᾶτερ, πῶς φθέγγει ἀντ. ς'.
ἀμέγαρτα κακῶν; μάνυσόν μοι,
μάνυσον, μᾶτερ.

ΕΚΑΒΗ.

αὐδῶ, παῖ, δυςφήμους φήμας ἀντ. β'.
ἀγγέλλουσ' Ἀργείων δόξαι
ψήφῳ τᾶς σᾶς περί μοι ψυχᾶς.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ὢ δεινὰ παθοῦσ', ὢ παντλάμων, ἀντ. α'.
ὢ δυστάνου, μᾶτερ, βιοτᾶς,

V. 186. Antiquiores edd. κοινᾷ γνώμᾳ. Nominativum etiam MS. Viteb. exhibet, in quo mox est Πηλείδᾳ γέννᾳ, quam lectionem etiam scholiastes commemorat. Aug. c. κοινᾶ. b. κοινᾷ — γνώμᾳ — γέννᾳ. Haud facile credam Πηλείδᾳ γέννᾳ dixisse Euripidem. Nam feminina quidem patronymica facilius ad aliud genus quam masculina trahuntur: quamquam non dixit Q. Smyrnaeus V. 119. Πηλιὰς ἔγχος, ut videbatur Lobeckio ad Ai. p. 271. Sed γέννα, licet insolentius, tamen ut vocativo casu dictum putem, suadet similitudo verborum in versu antistrophico, μάνυσον, μᾶτερ.

V. 189. Aug. a. τί φθέγγῃ.

V. 190. In edd. unum versum constituunt haec verba: μάνυσόν μοι, μάνυσόν μοι, μᾶτερ. Codex Vitebergensis, posterius μοι omittens, emendationem numerorum monstravit. Cum eo consentit Flor. 10. Retinent μοι Augg. a. b. c.

V. 194. MSS. Viteb. Flor. 21. Havn. ψήφοις, quod non praetulerim vulgato.

V. 196. Non male legeretur, ὦ παντλάμων τᾶς δυστάνου, μᾶτερ, βιοτᾶς. Matthiae quum μᾶτερ non magis hic dicit interpungendo a caeteris verbis separandum esse, quam v. 422.

οἷαν, οἷαν αὖ σοι λώβαν
    * * * * ἐχθίσταν
  ἀῤῥήταν τ' ὦρσεν δαίμων.
οὐκέτι σοι παῖς ἅδ'· οὐκέτι δὴ
γήραι δειλαία δειλαίῳ
συνδουλεύσω.
σκύμνον γάρ μ' ὥστ' οὐριθρέπταν
μόσχον δειλαία δειλαίαν
εἰσόψει χειρὸς ἀναρπαστὰν
  σᾶς ἄπο, λαιμότομόν θ' Ἅιδᾳ
γᾶς ὑποπεμπομέναν σκότον, ἔνθα νεκρῶν μέτα
  τάλαινα κείσομαι.

ὦ τῆς ἀώρου θυγάτερ ἀθλίας τύχης, si omnino negat vocativos sic segregari debere, non refragabor: construi cum his genitivis autem non puto.

V. 197. Libri omnes, alii alia versuum descriptione, οἷαν, οἷαν αὖ σοι λώβαν ἐχθίσταν ἀῤῥήταν τ' ὦρσέ τις δαίμων, praeter Aug. a. in quo ἐχθίσταν omissum, quod eiecisse se testatur Triclinius, malus emendator. Debebat enim lacunam potius notare. Supplendus videtur versus hoc modo:

οἴμοι, λώβαν ἐχθίσταν.

Porsonus nihil nisi ad ὦρσε litteram paragogicam adiecit. Delendum erat τίς, haud dubie ipsum quoque a metricis appositum.

V. 201. Porsonus ex aliquot MSS. scripsit γήρᾳ δειλαία δειλαίῳ συνδουλεύσω. Aug. c. ut vulgo, δειλαίῳ δειλαία. Sed Augg. a. b. cum aliis libris δειλαία δειλαίῳ. Praeponi solet adiectivum quod ad nomen primarium pertinet: ita v. 82. γοερὸν γοεραῖς· v. 154. δειλαία δειλαίου γήρως· v. 204. μόσχον δειλαία δειλαίαν.

V. 203. Magnum se vitium tollere ratus Porsonus οὐρειθρέπταν scripsit, quod habent duo codd. Vide Dindorfium ad Aristoph. Av. 278. Aliter sentiebat Lobeckius ad Aiacem p. 243. Ego, quamquam et ὀρειβάτης et ὀριβάτης dictum est, tamen neque οὐρειβάτης neque ullum simile nomen formatum a Graecis esse credo.

V. 206. Libri σᾶς ἀπολαιμότομον (vel ἀπολαιμοτόμητον) τ' Ἀΐδᾳ (vel Ἀΐδα). Praepositionem iam Canterus abscidit. Et sic Augg. a. b. c. Mosc. A. Strophici versus caussa λαιμότομόν θ' Ἅιδᾳ scripsi.

V. 208. Libri ἁ τάλαινα vel ἡ τάλαινα. Recte articulum Seidlerus delevit, sequutique sunt alii.

σὲ μέν, ὦ μᾶτερ δύστανε βίου,
κλαίω πανοδύρτοις θρήνοις·
τὸν ἐμὸν δὲ βίον, λώβαν, λύμαν τ'
οὐ μετακλαίομαι, ἀλλὰ θανεῖν μοι
ξυντυχία κρείσσων ἐκύρησεν.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν Ὀδυσσεὺς ἔρχεται σπουδῇ ποδός,
Ἑκάβη, νέον τι πρὸς σὲ σημανῶν ἔπος.

V. 209. Vulgo *καὶ σὲ μέν, μᾶτερ δύστανε, κλαίω.* Et sic etiam Augustani. Sed quum nonnulli codd. pro *δύστανε* habeant *δυστάνου βίου,* Porsonus in prima editione, in qua ex Kingii sententia *καὶ σὲ μέν, ὦ μᾶτερ δύστανε* edidit, coniecerat scribendum esse *δύστανε βίου.* In secunda abiecto *καί,* mecum dedit, *σὲ μέν, ὦ μᾶτερ δύστανε βίου.* Seidlerus legendum putabat, *καὶ σὲ μέν, ὦ μᾶτερ, δύστανον.* Sic non puto Euripidem scripsisse. Matthiae defendit *καί,* qua particula etsi fateor concinniorem reddi orationem, tamen ob eam ipsam caussam adiici hanc particulam ab librariis vel correctoribus potuisse video. Habuit eam paraphrastes et scholiastarum unus, ut videtur, qui scripsit: *καὶ σὲ μέν, ὦ μῆτερ ἀθλία, κλαίω ἐν θρήνοις παγκλαύστοις.* Non habuit alius, qui scripsit: *σὲ δέ, μῆτερ, ταλαίπωρε, θρηνῶ πανολεθρίοις κλαυθμοῖς. Δύστανε βίου* recte coniecisse Porsonum, neque quod in codd. istis est *δυστάνου βίου* ex v. 196. ortum esse, ut Matthiae putat, eo magis credo, quod *βίου* hic aptissimum est, non illud cum *δύστανε,* sed cum *κλαίω* construendum. Nam matrem, quod maneat in vita, deflendam; se, quod relinquat vitam, non deflendam esse dicit Polyxena. Contrario modo dictum in Iphig. Taur. 149. *σύγγονον ἁμὸν κατακλαιομένα ζωᾶς* i. e. ob amissam vitam, quo loco non probo, si quis Elmsleii auctoritate motus *ζωᾶς* delendum esse censet.

V. 212. Schaeferus coniiciebat *κατακλαίομαι,* quo verbo alibi usus esset Euripides. Elmsleius ad Med. 965. vulgatum sic intelligi voluit, ut ibi *μεταστένομαι* dictum censuit, quod interpretatus est ***simul gemo, in partem doloris venio.*** At non haec est illius praepositionis potestas, sed ut potius vel tempus significet, vel commutationem status. Quare utroque in loco poenitendi significatio inhaerere illis verbis videtur.

V. 213. Aug. a. *ἐκηρίσσω.* Sed b. c. *ἐκύρησεν,* ut plerique alii libri.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Γύναι, δοκῶ μέν σ' εἰδέναι γνώμην στρατοῦ,
ψῆφόν τε τὴν κρανθεῖσαν· ἀλλ' ὅμως φράσω.
ἔδοξ' Ἀχαιοῖς παῖδα σὴν Πολυξένην
σφάξαι πρὸς ὀρθὸν χῶμ' Ἀχιλλείου τάφου.
ἡμᾶς δὲ πομποὺς καὶ κομιστῆρας κόρης
τάσσουσιν εἶναι· θύματος δ' ἐπιστάτης
ἱερεύς τ' ἐπέστη τοῦδε παῖς Ἀχιλλέως.
οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον; μήτ' ἀποσπασθῇς βίᾳ,
μήτ' ἐς χερῶν ἅμιλλαν ἐξέλθῃς ἐμοί·
γίγνωσκε δ' ἀλκὴν καὶ παρουσίαν κακῶν
τῶν σῶν. σοφόν τοι κἀν κακοῖς ἃ δεῖ φρονεῖν.

ΕΚΑΒΗ.

αἰαῖ· παρέστηκ', ὡς ἔοικ', ἀγὼν μέγας,
πλήρης στεναγμῶν, οὐδὲ δακρύων κενός.
κἀγὼ γὰρ οὐκ ἔθνησκον οὗ μ' ἐχρῆν θανεῖν·
οὐδ' ὤλεσέν με Ζεύς, τρέφει δ', ὅπως ὁρῶ
κακῶν κάκ' ἄλλα μείζον' ἡ τάλαιν' ἐγώ.
εἰ δ' ἔστι τοῖς δούλοισι τοὺς ἐλευθέρους
μὴ λυπρά, μηδὲ καρδίας δηκτήρια

V. 217. Aug. c. *κραθεῖσαν*, et manu recente in margine, *καὶ κρανθεῖσαν*. Scholion: *κιρνῶ*, *ἱνεστώς*, etc.

V. 218. Aug. c. *σὴν παῖδα.*

V. 223. Augg. a. b. c. *δράσεις*. In margine MS. c. altera lectio notata.

V. 224. Aug. a. *ἐξέλθοις*.

V. 226. Augg. a. c. *σοφόν τι*. b. ut editum.

V. 229. L. Dindorfio scribendum videbatur *κἄγωγ' ἄρ'*, quia non esset, quicum se compararet Hecuba. Id non removetur ea coniectura, in qua etiam *γὲ* offensioni est. Non comparat se Hecuba cum Polyxena, non cum marito filiisque, qui in patria perierunt, sed cum iis omnibus, quorum haec sors est, ut mori non videantur, quo plura perferant et graviora mala. Similiter v. 282. *κἀγὼ γὰρ ἦν πότ', ἀλλὰ νῦν οὐκ εἴμ' ἔτι.*

ἐξιστορῆσαι, σοὶ μὲν εἰρῆσθαι χρεών,
ἡμᾶς δ' ἀκοῦσαι τοὺς ἐρωτῶντας τάδε.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἔξεστ', ἐρώτα· τοῦ χρόνου γὰρ οὐ φθονῶ.

ΕΚΑΒΗ.

οἶσθ' ἡνίκ' ἦλθες Ἰλίου κατάσκοπος,
δυςχλαινίᾳ τ' ἄμορφος, ὀμμάτων δ' ἄπο
φόνου σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν;

V. 234. Male scholiastae haec ita interpretantur, ac si dicat Hecuba, *te mihi respondere decet.* Verum vidit Brunckius, sensum esse: *a te peroratum esse convenit*, *nos autem qui interrogamus audire debes.* Ita haec et tempus perfectum *εἰρῆσθαι* et pronomen *σοὶ* intelligi iubent.

V. 237. Hos tres versus Elmsleius in censura Marklandi Supplicum ad v. 116. videtur sine interrogatione dictos existimare. At quae ibi similia exempla affert, non sunt unius generis. Hic quidem aptior est interrogatio, quia quae dicit Hecuba non quasi obiter commemorat, sed ut gravissimum inde repetat argumentum, quo ad exorandum Ulixem utatur. Sed haec si dicit interrogans, ex eo non sequitur ut etiam versu 241. ut Schaefero visum est, interroget. Immo et hic versus et v. 243. quia nihil nisi accuratius describunt rem, confirmantque dicta Ulixis, rectius sine interrogatione proferuntur.

V. 238. 239. Libri *δυςχλαινίᾳ τ'*, nisi quod Vit. et Mosc. A. *δυςχλαινίῃ τ'*. Deinde omnes *ὀμμάτων τ' ἄπο φόνου σταλαγμοί*, in eo tantum discrepantes, quod Flor. 2. Mosc. D. Aug. b. *δ'* habent, Viteb. autem *ἄποι.* Glossa in Augg. b. c. *ὧν ἦν αἴτιος φόνου φόβος.* Scholion in c. *μὴ λάβῃς εἰς τὸ φόνου ἔξω τὶ ἕνεκα. ἔστι γὰρ ἡ γενικὴ πρὸς τὸ σταλαγμοί.* Porsonus in postrema editione, elegantius omitti copulam ratus, quum in Helena v. 423. *τὰς ἐμὰς δυςχλαινίας* scriptum videret, *δυςχλαινίαις ἄμορφος* edidit. Hanc emendandi rationem non ad imitandum commendem. Idem pro *φόνου* coniecit *φόβου*, deterius etiam, timoris plenas lacrimas intelligi volens, ut dolosas Musgravius, cui *δόλου* scribendum videbatur. Boissonadus, scholiastam sequutus, affert ex Photii epist. 138. *παροιμία λέγεται ἐπὶ τῶν σφόδρα λυπουμένων καὶ ἀγωνιώντων, αἵματι ἵδρωσεν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν πικρῶς ὀδυρομένων, αἵματι κλαίει*: item ex Apostolio I. 85. quae emendanda esse e Bekkeri Anecdotis p. 357, 13. monuit Matthiae: *αἵματι κλαίειν. ἐφ' ὧν μὴ δύναιντο πεῖσαι πάντα πράττοντες, οὕτως ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι, οὐδ' ἂν πείσειας αὐτὸν*

ΟΔΥΣΣΕΥΣ

οἶδ᾽. οὐ γὰρ ἄκρας καρδίας ἔψαυσέ μου.

οὐδ᾽ αἵματι κλαίων. λέγουσι δὲ καὶ οὐδ᾽ ἂν αἵματι στένων πεισειεν. Haec mihi quidem doctius quam accommodate ad Euripidis locum dicta videntur. Nam primo vereor ne istae formulae, quibus Germani quoque utimur, item ut apud nos vulgaris sermonis propriae sint, neque apte in tragoedia usurpentur. Deinde, quod cadit etiam in Porsoni coniecturam, quantumvis Ulixis responsio metuisse eum indicet, nondum tamen Hecuba metum eius commemorare poterat. Nam quid erat, quod tantopere metuisse diceret Ulixem, qui foedo habitu deformatus latebat Troianos? Tum demum ille metuere coepit, quum erat agnitus. Atqui id postea factum narrat Hecuba:

ἔγνω δέ σ᾽ Ἑλένη καὶ μόνη κατεῖπ᾽ ἐμοί.

Quo minus φόνου sollicitari velim. Indicare videtur Hecuba cruorem, quo Ulixes foedatus Troiam venerat. Id, ut omnem fabulam, hausit ex Homeri Odyssea, IV. 244.

αὐτόν μιν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας,
σπεῖρα κάκ᾽ ἀμφ᾽ ὤμοισι βαλών, οἰκῆϊ ἐοικώς,
ἀνδρῶν δυςμενέων κατέδυ πόλιν εὐρυάγυιαν.

Vide etiam Lycophronem v. 779. sqq. Sic etiam Iacobsius in Animadv. in Eurip. pag. 4. locum intellexit. Ὀμμάτων ἄπο dixit, quia genas ille et oculos contusos habebat, ut sanguis destillaret. Comparari potest Thesei fragmentum 1. apud scholiastam Aristophanis ad Ran. 476. quod neque a Casaubono ad Athen. p. 136. neque ab Elmsleio in censura Supplicum a me editarum ad v. 772. neque a me ad Soph. Trach. 778. recte emendatum, sic potius scribendum videtur:

κάρα τε γάρ σου συγχέων κομαῖς ὁμοῦ
* * ῥανεῖ τ᾽ ἐγκέφαλον· ὀμμάτων δ᾽ ἄπο
αἱμοσταγῆ πρηστῆρε ῥεύσονται κάτω.

Apte Pflugkius attulit Iphig. Taur. 1373.

ἐφεύγομεν πρὸς κρημνόν, οἱ μὲν ἐν κάρᾳ
κάθαιμ᾽ ἔχοντες τραύμαθ᾽, οἱ δ᾽ ἐν ὄμμασιν.

Hecubae versus si imitatus est Rhesi scriptor, de lacrimis videtur cogitasse, quum scripsit v. 710. sqq.

ἔβα καὶ πάρος κατὰ πτόλιν
ὕπαφρον ὄμμ᾽ ἔχων, ῥακοδύτῳ στολᾷ
πυκασθείς.

Quod respondet Ulixes, οὐ γὰρ ἄκρας καρδίας ἔψαυσέ μου, ad universam rem, quam ei Hecuba in memoriam revocat, pertinet. Meminisse illa eum iubet, quod aliquando Troiam explorator venerit. *Quidni*, hic respondet, *meminerim: quippe haec res me vehementer sollicitum habebat.* Nam propter hoc ipsum, quod speculatoris personam sustinebat, metuerat, ne agnosceretur. Caeterum etsi non malum est ὀμμάτων τ᾽ ἄπο, tamen aptior

ΕΚΑΒΗ.

ἔγνω δέ σ' Ἑλένη, καὶ μόνη κατεῖπ' ἐμοί.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

μεμνήμεθ' ἐς κίνδυνον ἐλθόντες μέγαν.

ΕΚΑΒΗ.

ἥψω δὲ γονάτων τῶν ἐμῶν ταπεινὸς ὤν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὥστ' ἐνθανεῖν γε σοῖς πέπλοισι χεῖρ' ἐμήν.

---

hic visa est, quae praegresso *τε* responderet, adversativa particula *δέ*, quam quidam codd. praebent.

V. 242. Quae Donatus ad Andriam II. 5, 18. ex Ennio affert,

memini me tum fieri
pavidum,

adeo huic Hecubae versui similia sunt, ut facile inde videri possint expressa esse. Sed vereor ne recte iam H. Stephanus in fragmentis poetarum Latinorum p. 136. verba ista corrupta censuerit. Nam eadem apud eundem Donatum ad Adelphos I. 2, 26. et ad Phorm. I. 2, 24. commemorantur, sed utrubique *tum* omissum est, tum autem in priore loco *pravum*, in altero *pavum* legitur, quam lectionem veram esse docet Charisius lib. I. p. 75. ex Ennio haec afferens, *memini me fieri pavum*, in quibus *pavum* dici pavonem ostendit. Atque ad hunc Ennii locum alludunt alii multi scriptores. Vide Columnam ad I. Annal. Ennii p. 6. seq. et Merulam p. 75. seq. et p. 66—70. Male autem Ennii locum ad I. Annal. a viris doctis relatum esse, ex Donato ad Adelphos l. c. patet, ubi is Ennii verba propterea affert, ut *fieri* primam longam habere ostendat. Quamobrem ego quidem ex Epicharmo sumpta arbitror, in quo idem illud de Pythagoreo pavone somnium Ennius videtur narrasse.

V. 244. Aug. c. *ὥστε θανεῖν γε.* Lectionem librorum, *ὥστ' ἐνθανεῖν γε σοῖς πέπλοισι χεῖρ' ἐμήν*, vitiosam esse Brunckius pro comperto habebat. Hinc corrigendum putabat *ἐντακῆναι*, quod significaret *ἐμφῦναι, ἐμπεπηγέναι.* Id enim hoc loco requiri. Non vidi quidquam infelicius. Genua Hecubae amplexum se esse diceret Ulixes, ita ut manus iis inhaereret firmiter. Atqui hoc sponte quivis intelligit, si genua amplecteretur mulieris Ulixes, serio amplectenda fuisse. Ac ne significat quidem id *ἐντακῆναι.* Longe fortius quid inesse verbis Ulixei de-

ΕΚΑΒΗ.

τί δῆτ' ἔλεξας, δοῦλος ὢν ἐμὸς τότε;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

πολλῶν λόγων εὑρήμαθ', ὥςτε μὴ θανεῖν.

ΕΚΑΒΗ.

ἔσωσα δῆτά σ', ἐξέπεμψά τε χθονός;

---

bet, qui augere velit ea, quae Hecuba dixerat. Ac nescio hercle, quid tantopere in elegantissima librorum lectione Brunckio displicuerit, ut eam cum nutricularum Gallicarum quodam dicto comparaverit. Scilicet non illustratam queritur a viris doctis. Quasi vero explicatione indigeant ea, quae etiam ut sine exemplo dicantur, omnibus perspicua sunt. Nam quis dubitabit, ἐνθνήσκειν πέπλοις manum dici, quae in veste, quam prehendit, obrigeat? Θνήσκειν enim ea dicuntur, quae marcescunt, ut apud Bionem I. 11.

> καὶ τὸ ῥόδον φεύγει τῶ χείλεος· ἀμφὶ δὲ τήνῳ
> θνάσκει καὶ τὸ φίλαμα, τὸ μήποτε Κύπρις ἀφήσει.

et v. 31.

> κάτθανε δ' ἁ μορφὰ σὺν Ἀδώνιδι Κύπριδος.

Moschus III. 33.

> μάλων οὐκ ἔρρευσε καλὸν γλάγος, οὐ μέλι σίμβλων·
> κάτθανε δ' ἐν καρῷ λυπεύμενον.

V. 247. Merito magnas habere gratias oportet praestantissimo codici Vitebergensi, qui verum in hoc loco versuum ordinem conservaverit. Etenim in caeteris MSS. et edd. omnibus sic leguntur:

> ΕΚ. ἔσωσα δῆτά σ', ἐξέπεμψά τε χθονός;
> ΟΔ. ὥςτ' εἰςορᾶν γε φέγγος ἡλίου τόδε.
> ΕΚ. τί δῆτ' ἔλεξας δοῦλος ὢν ἐμὸς τότε.
> ΟΔ. πολλῶν λόγων εὑρήμαθ' ὥςτε μὴ θανεῖν.

Quem ordinem versuum miror etiam a Porsono servatum esse, cui non ignota fuit codicis Vitebergensis lectio. Quid enim? Num ea, quae summa sunt et praecipua in hoc loco, quorumque caussa caetera praefatur Hecuba, sic in medio interiecta sint, ubi nullam plane vim, nullum pondus habent? Aut quid attinebat, postquam semel servatum se ab Hecuba fuisse Ulixes fassus erat, interrogare, quid dixisset, ut servaretur? Immo hoc prius erat interrogandum, ut, quum Ulixes respondisset, se ne occideretur orasse, tum demum illud adderetur, preces non fuisse vanas, quo magis, parem Ulixes ut nunc gratiam referret, impelli posset. Sed ne diutius morer in re certissima, illud

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὥςτ' εἰςορᾶν γε φέγγος ἡλίου τόδε.

ΕΚΑΒΗ.

οὔκουν κακύνει τοῖςδε τοῖς βουλεύμασιν,
ὃς ἐξ ἐμοῦ μὲν ἔπαθες, οἷα φῂς παθεῖν,
δρᾷς δ' οὐδὲν ἡμᾶς εὖ, κακῶς δ' ὅσον δύνῃ;
ἀχάριστον ὑμῶν σπέρμ', ὅσοι δημηγόρους
ζηλοῦτε τιμάς· μηδὲ γιγνώσκοισθέ μοι,

---

unum addam, vel ex particula δῆτα, quae manifesto his, ὥςτε μὴ θανεῖν, respondet, apparere, etiam absque ulla librorum auctoritate vulgatum versuum ordinem mutandum fuisse. Haec in prima editione scripsi. Edidit sic postea etiam Porsonus, Zeunium se sequutum esse dicens. Consentiunt cum cod. Vit. etiam Guelf. et Havn. Vulgatum ordinem servant Augustani.

V. 248. In cod. Viteb. et Mosc. B. atque antiquis edd. ὥστ' εἰςορᾶν φέγγος, syllaba deficiente. Erravit Matthiae, quum retulit me in margine ed. Mon. notasse, legi με in cod. Viteb. Diserte notavi abesse in eo codice με: nec falsum notasse, denuo inspecto codice testor. Vulgo deinde νῦν addi coepit. Pro eo Brunckius ex membranis δὴ edidit. Editio Hecubae, Orestis, et Phoenissarum, quae Monachii MDCXIII. prodiit, et ferme ex Aldina expressa est, ut alibi quasdam egregias lectiones habet, ita hic με addit. Aldina ὥςτ' εἰςορᾶν φέγγος habet. Porsonus γε e quinque codd. exhibuit, cum quibus consentiunt Augustani, quorum in c. hic versus, quum suo loco omissus esset, in imo margine a prima manu additus. Idem ab recentiore manu adscriptus omisso γε vel με. Sic supra v. 244. et in Oreste vers. 1122. atque alibi. Sic etiam multi alii codd. ut με emendationem esse pateat editoris Monacensis.

V. 251. Aug. a. κακόν. Recte iam puto δύνῃ, quod et hic et in Androm. 238. et apud Sophoclem Phil. 798. (787. meae ed.) libri tuentur, servari, nec Porsono ad Philoctetam Elmsleioque obsequi debebam, δύνᾳ probantibus. Videtur enim hoc Doricum esse, ut recte sit in Philoct. 849. (838.) restitutum. Neque vero δύνῃ aut in hoc, aut in illis quos dixi tragicorum locis, pro coniunctivo habendum, ut et Lobeckio ad Phryn. p. 359. videbatur, et Matthiae existimat, multos ille viros doctos commemorans, qui de eo coniunctivi usu dixerint. At illi omnes quae attulerunt, diversissimi generis sunt.

V. 252. Aug. a. ἡμῖν.

V. 253. MS. Viteb. μὴ δέ, ut solitum scribi in codd.

οἳ τοὺς φίλους βλάπτοντες οὐ φροντίζετε,
ἢν τοῖσι πολλοῖς πρὸς χάριν λέγητέ τι.
ἀτὰρ τί δὴ σόφισμα τοῦθ᾽ ἡγούμενοι
ἐς τήνδε παῖδα ψῆφον ὥρισαν φόνου;
πότερα τὸ χρῆν σφ᾽ ἐπήγαγ᾽ ἀνθρωποσφαγεῖν
πρὸς τύμβον, ἔνθα βουθυτεῖν μᾶλλον πρέπει;
ἢ τοὺς κτανόντας ἀνταποκτεῖναι θέλων,
ἐς τήνδ᾽ Ἀχιλλεὺς ἐνδίκως τείνει φόνον;
ἀλλ᾽ οὐδὲν αὐτὸν ἥδε γ᾽ εἴργασται κακόν.
Ἑλένην νιν αἰτεῖν χρῆν τάφῳ προσφάγματα.
κείνη γὰρ ὤλεσέν νιν, ἐς Τροίαν τ᾽ ἄγει.
εἰ δ᾽ αἰχμάλωτον χρή τιν᾽ ἔκκριτον θανεῖν,
κάλλει θ᾽ ὑπερφέρουσαν, οὐχ ἡμῶν τόδε.
ἡ Τυνδαρὶς γὰρ εἶδος εὐπρεπεστάτη,
ἀδικοῦσά θ᾽ ἡμῶν οὐδὲν ἧσσον εὑρέθη.
τῷ μὲν δικαίῳ τόνδ᾽ ἁμιλλῶμαι λόγον·
ἃ δ᾽ ἀντιδοῦναι δεῖ σ᾽, ἀπαιτούσης ἐμοῦ,

V. 258. Brunckius χρεὼν edidit, ex Scaligeri sententia, sic etiam in Herc. F. 828. scribentis. Χρῆν, quod libri omnes habent, recte praefert Porsonus, formam infinitivi firmatam ab Eustathio ad Odyss. X. p. 1647. l. 36. et Thoma M. in hoc verbo. Iidem habent cum maiore parte MSS. in quibus Vitebergensis est, ἀνθρωποσφαγεῖν. Alii ἀνθρωποκτονεῖν. Ut edidimus, etiam in Augustanis hic versus legitur. Scholion in c. τὸ χρῆν κατὰ μὲν τοὺς παλαιοὺς κανονίζεται, κατὰ δὲ τοὺς νέους ῥῆμά ἐστιν ἀπρόσωπον. κανονίζεται δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρῆμι, καὶ ὁ παρατατικὸς ἔχρην. Ἀττικῶς διὰ τοῦ ῆ.

V. 260. Aug. a. θανόντας. In c. κτανόντας in litura scriptum.

V. 262. Aug. a. ἧδ᾽ εἴργασται.

V. 263. Recte Matthiae χρῆν ex Viteb. et Flor. 10. pro vulgato χρή. Eadem fuit Elmsleii sententia ad Heracl. 959. Augg. a. c. πρόσφαγμα b. τάφων πρόσφαγματα.

V. 266. Aug. a. ὑπερβάλλουσαν.

V. 267. Brunckius et Wakefieldius ad Alc. 340. coniecerunt ἐκπρεπεστάτη, quod Porsono ad v. 558. non displicet. A consentiente librorum scriptura discedendi hic quidem nulla caussa est.

ἄκουσον. ἥψω τῆς ἐμῆς, ὡς φῄς, χερός,
καὶ τῆςδε γραίας προςπιτνὼν παρῇδος.
ἀνθάπτομαί σου τῶνδε τῶν αὐτῶν ἐγώ,
χάριν τ᾽ ἀπαιτῶ τὴν τόθ᾽, ἱκετεύω τέ σε,
μή μου τὸ τέκνον ἐκ χερῶν ἀποσπάσῃς,
μηδὲ κτάνητε. τῶν τεθνηκότων ἅλις.
ταύτῃ γέγηθα κἀπιλήθομαι κακῶν·
ἥδ᾽ ἀντὶ πολλῶν ἐστί μοι παραψυχή,
πόλις, τιθήνη, βάκτρον, ἡγεμὼν ὁδοῦ.
οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἃ μὴ χρεών,

V. 272. Vulgo τῆςδε γεραιᾶς: quod est etiam in codd. Aug. Ac Mosc. D. γηραιᾶς. Τῆςδε γραίας Brunckius correxit, recepitque Porsonus, qui quidem e Moscov. C. mavult τῆς γεραιᾶς. Id recepit Matthiae. At valde hoc languet. Pro vulgato προςπιτνῶν, quod Elmsleio iudice προςπίτνων scribendum, προςπιτνὼν dedi: vide ad Elmsleii Med. 53. sive in Opusc. vol. III. p. 168. Sic etiam Schaeferus. Beckius ex cod. Mosc. A. παρειάδος affert. Nescio an Vitebergensem codicem, qui hoc versu finitur, nominare voluerit. In eo certe sic scriptum.

V. 276. Aug. a. τῶν τεθνειώτων.

V. 277. Aug. a. κἀπιλέληθα. Hinc sumpta videntur illa Ennii, quae non indicato fabulae nomine habet Festus in *tam*, i. e. *tamen:*

illa me
tam potis pacis potire.

Videtur hoc dixisse: si caetera mala me affligunt, Polyxena tamen solatium mihi affert. Si tamen vera est emendatio nostra. Nam apud Festum sine sensu legitur *illae meae* et *potiri*. Plautus in Amphitr. I. 1, 23.

eum nunc potivit pater servitutis.

V. 279. Queritur Wakefieldius non commemoratam a Porsono coniecturam πόσις, quam in Silva critica vol. IV. p. 74. proposuerat. Si sic scribere potuit Euripides, non sequitur continuo, eum sic scripsisse. Illud prorsus more suo fecit, quod ne v. 792. et Troad. v. 1186. contra suam emendationem proferrentur, in his locis suae Graecitatis vocabulum ἄποσις, quod ridicule rarioribus adnumerat, reponi iussit. Docte refutatus est a Britanno censore, qui in versibus apud Diog. Laert. VI. 38. vol. I. p. 332. a Wakefieldio allatis, πλάνης ex Aeliani V. H. III. 29. pro ἄπολις, quod Diogenes et Iulianus Orat. VI. p. 195. B. et in Ep. ad Themist. p. 255. habent, et δυςείμων ex eodem Aeliani loco pro πλανήτης restituendum putat.

V. 280. Placet Wakefieldio scriptura, quae apud Stobaeum

οὐδ᾽ εὐτυχοῦντας εὖ δοκεῖν πράσσειν ἀεί.
κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ᾽, ἀλλὰ νῦν οὐκ εἴμ᾽ ἔτι·
τὸν πάντα δ᾽ ὄλβον ἦμαρ ἕν μ᾽ ἀφείλετο.
ἀλλ᾽, ὦ φίλον γένειον, αἰδέσθητί με,
οἴκτειρον· ἐλθὼν δ᾽ εἰς Ἀχαϊκὸν στρατόν,
παρηγόρησον· ὡς ἀποκτείνειν φθόνος
γυναῖκας, ἃς τοπρῶτον οὐκ ἐκτείνατε
βωμῶν ἀποσπάσαντες, ἀλλ᾽ ᾠκτείρατε.
νόμος δ᾽ ἐν ὑμῖν τοῖς τ᾽ ἐλευθέροις ἴσος
καὶ τοῖσι δούλοις αἵματος κεῖται πέρι.
τὸ δ᾽ ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃ, τὸ σὸν

CV. 20. pag. 561. exstat, *τὸν κρατοῦντα,* quod languidius videtur censori Britanno. Codd. ibi *οὔ τοι κρατοῦντα.* Augustani *τοὺς κρατοῦντας χρή.*

V. 281. Vulgo *πράξειν.* Plurimi codd. in quibus Augustani, *πράττειν,* Flor. 33. *πράσσειν,* quod recte praeferre videtur Matthiae, ut mutatum ab Atticistis.

V. 282. Consentiunt libri in *ἦν.* Et hic tamen recte poterat *ἦ* dici, si vera sunt quae exposui in praef. ad Oed. R. p. 21.

V. 286. Verba *ὡς ἀποκτείνειν φθόνος γυναῖκας ἃς τὸ πρῶτον οὐκ ἐκτείνατε* affert schol. Theocr. ad VII. 1. unde a Barnesio fragmentis inserta erant. Interpunctionem minorem cum media commutavi. *Ὡς* est *nam*, nec quae sequuntur, ab Ulixe dici vult Hecuba, sed ipsa dicit, Ulixem ut permoveat.

V. 289. Leges et instituta respicit Atheniensium. Memorabilis est lex *περὶ ὕβρεως* apud Demosth. in Mid. p. 529. quaeque de ea dicit orator. Aug. a. *ἴσως.*

V. 291. Ennius apud Gellium XI. 4.

haec tu etsi pervorse dices, facile Achivos flexeris.
nam opulenti quum loquuntur pariter atque ignobiles,
eadem dicta eademque oratio aequa non aeque valet.

Brunckii membranae habent, *κἂν κακῶς τὸ σὸν λέγῃ, πείθει.* *Λέγῃ* consensu codd. et edd. Euripidis et Gellii. Sic etiam Augg. b. c. In a. est *λέγητέ σόν.* Wassius in Miscell. Obs. II. p. 93. corrigit *λέγῃς,* probatum Musgravio, et receptum a Brunckio et Porsono, qui primum sic tacite correxisse Muretum observat in Opp. T. III. p. 593. Neque aliter affert Valkenarius locum in Diatriba p. 261. Wakefieldius tamen *λέγῃ* praefert, assentiente censore Ienensi, qui ex Ennio commemorat,

olli respondet suavis sonus Egeriai,

et ex Phaedro II. 5, 23.

πείσει. λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει.

---

tum sic iocata est tanti maiestas ducis.
Talia quidem multa congeri possunt. Vide ad Soph. Oed. Col. 664. At hic non agitur de eo, ut demonstretur, λέγειν dici etiam de rebus, de quibus proprie dici non potest, sed de eo, utrum hic id apte fieri possit, necne. Nam eiusmodi circumscriptiones aut nihil nisi rem ipsam indicant, ut *sonus Egeriae*, quod est *Egeria*, aut aliquid amplius addunt, ut *maiestas ducis*, quod est *dux venerabilis*. Si nihil nisi nudam rem significant, quidquid de re ipsa dici potest, dici poterit etiam de verbis iis, quibus ea res circumscribitur, ut *respondet Egeria*, *respondet sonus Egeriae;* sin autem circumscriptione aliquid amplius ad rem aliquam accessit, id tantum de ea re dici potest, quod aut conveniat isti additamento, aut ei non repugnet, ut si dicas, *maiestas ducis imperavit*, quod est, *dux imperavit pro maiestate sua*, aut *iocata est maiestas ducis*, quod est, *dux iocatus est*, *quantum concedebat eius maiestas*, sive, *remisit aliquid de maiestate sua*, *ut iocari liceret.* Repugnantia tum demum addi possunt, quum risus captatur, ut, *virtus bellatoris fugit.* Nunc τὸ σὸν ἀξίωμα κακῶς λέγει, inepte dici visum est iure, quia κακῶς putabatur, ut Ennius vertit, *perverse* significare. Sed hoc impedimentum recte removit Matthiae, allato quod in Phoenissis est v. 1648.

ΚΡ. πῶς; τἀντεταλμέν' οὐ δίκαιον ἐκπονεῖν;
ΑΝΤ. οὐκ, ἢν πονηρά γ' ᾖ κακῶς τ' εἰρημένα.

Quod est *iniuste imperata*. Ita hic patet recte dici: *tua auctoritas*, *etiam si deteriora suadet*, *vincit*. *Λέγῃς* tacens probavit Elmsleius ad Heracl. 897. Reisigio, singularia captanti, in comment. crit. ad Oed. Col. 352. p. 240. scribendum videbatur, τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃ, τόσον νικᾷ, ita ut sit *dignitas tanta quanta tu polles.* Id non puto aliis esse placiturum. Simile est, quod mox dicit chorus, οὐκ ἔστιν οὕτω στεῤῥὸς ἀνθρώπου φύσις, ἥτις οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ. Maior dubitatio est de verbo πείσει, pro quo apud Gellium est νικᾷ et νικᾷς, illustratum a Valkenario l. l. Adde locum, qui maxime hic memorandus est, ex Troad. v. 716.

νικᾷ δ' Ὀδυσσεὺς ἐν Πανέλλησιν λέγων.

Si πείσει aliquam habet interpretamenti speciem, at νικᾷ memoriter fortasse locum afferenti Gellio deberi poterit. Ac νικᾷ ut paullo magis blandiatur Ulixi, at πείσει accommodatius est ad animi commotionem, qua Hecuba nunc perturbatur. Nam tranquilli animi est dicere, *tua auctoritas vincere solet;* commoti contra, et unice in eam rem, quam optat, intenti dicere, *tua auctoritas vincet.* Quare πείσει, Euripidis editionum omnium lectionem et codicum, praeter Aug. a. in quo est πείθει, servavi.

ΧΟΡΟΣ.

οὐκ ἔστιν οὕτω στεῤῥὸς ἀνθρώπου φύσις,
ἥτις γόων σῶν καὶ μακρῶν ὀδυρμάτων
κλύουσα θρήνους οὐκ ἂν ἐκβάλοι δάκρυ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

Ἑκάβη, διδάσκου, μηδὲ τῷ θυμουμένῳ
τὸν εὖ λέγοντα δυςμενῆ ποιοῦ φρενί.
ἐγὼ τὸ μὲν σὸν σῶμ', ὑφ' οὗπερ εὐτύχουν,
σώζειν ἑτοῖμός εἰμι, κοὐκ ἄλλως λέγω.
ἃ δ' εἶπον εἰς ἅπαντας, οὐκ ἀρνήσομαι,
Τροίας ἁλούσης, ἀνδρὶ τῷ πρώτῳ στρατοῦ
σὴν παῖδα δοῦναι σφάγιον ἐξαιτουμένῳ.
ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις,
ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ
μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον.
ἡμῖν δ' Ἀχιλλεὺς ἄξιος τιμῆς, γύναι,
θανὼν ὑπὲρ γῆς Ἑλλάδος κάλλιστ' ἀνήρ.
οὔκουν τόδ' αἰσχρόν, εἰ βλέποντι μὲν φίλῳ
χρώμεσθ', ἐπεὶ δ' ἄπεστι, μὴ χρώμεσθ' ἔτι;
εἶεν· τί δῆτ' ἐρεῖ τις, ἢν τις αὖ φανῇ

V. 294. Libri *οὐκ ἔστιν οὕτω.* **Porsonus e Gregorio Cor. p. 26.** *τίς* **pro** *οὐκ* **exhibuit, quod Koenius, similium locorum comparatione adductus, pro genuino habet. At apud Gregorium quoque codex a Schaefero p. 110. memoratus** *οὐκ ἔστιν.*

V. 296. Augg. a. c. *ἐκβάλλοι.*

V. 298. Contulit hunc locum Elmsleius ad Med. 1019. cum verbis quae ibi leguntur, *ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης, τὸ καὶ προέσθαι μαλθακοὺς λόγους φρενί,* **propter** *φρενὶ* **similiter dictum. Si haec similia sunt, eo sunt quod** *φρενὶ* **est** ***mente*** **vel** ***cogitatione.***

V. 310. Brunckius *ἄπεστι* **edidit e membranis, cuius interpretationem esse** *ὄλωλε,* **(Aug. a.** *ὤλωλε***) quod vulgo legitur, monet. Non obsequutus est Porsonus. Brunckium sequutus est Matthiae. Et videtur hic aptius esse verbum, quo caussa, cur quis negligatur, indicetur significantius.** *Ὄλωλε* **alius scholiastes interpretatus est** *ἐφονεύθη.*

στρατοῦ τ' ἄθροισις πολεμίων τ' ἀγωνία;
πότερα μαχούμεθ', ἢ φιλοψυχήσομεν,
τὸν κατθανόνθ' ὁρῶντες οὐ τιμώμενον;
καὶ μὴν ἔμοιγε ζῶντι μέν, καθ' ἡμέραν,
κεἰ σμίκρ' ἔχοιμι, πάντ' ἂν ἀρκούντως ἔχοι,
τύμβον δὲ βουλοίμην ἂν ἀξιούμενον
τὸν ἐμὸν ὁρᾶσθαι· διὰ μακροῦ γὰρ ἡ χάρις.
εἰ δ' οἰκτρὰ πάσχειν φῄς, τάδ' ἀντάκουέ μου.
εἰσὶν παρ' ἡμῖν οὐδὲν ἧσσον ἄθλιαι

V. 313. Video fuisse qui hunc et sequentem versum tamquam ab eo dictum acciperent, de quo Ulixes dixerat τί δῆτ' ἐρεῖ τις. Qui vehementer falluntur. Sunt haec, ut futura ostendunt, ipsius Ulixis verba. Alium ille si loquentem fingeret, coniunctivis esset usus.

V. 315. In Aug. b. abest μέν. Wakefieldius interpungendum putat sic, ut haec, καθ' ἡμέραν κεἰ σμίκρ' ἔχοιμι, coniungantur, similibus quibusdam locis allatis, quorum unus aptus est in fragm. XXII. (XXVIII. Matth.) Telephi:

σμίκρ' ἂν θέλοιμι καὶ καθ' ἡμέραν ἔχων
ἄλυπος οἰκεῖν βίοτον, ἢ πλουτῶν νοσεῖν.

Eamdem interpungendi rationem, non memorato Wakefieldio, commendavit Schaeferus. Aliquid in ea veri est: nam et res et dictionis simplicitas καθ' ἡμέραν cum πάντ' ἂν ἀρκούντως ἔχοι coniungi suadent.

V. 316. Augg. a. b. c. σμικρὸν.

V. 317. Ἀξιοῦσθαι quum Wakefieldius sine substantivo dici posse negavit, falsus est. Euripides in Heraclidis v. 917.

ὦ Ὑμέναιε, δισσοὺς
παῖδας Διὸς ἠξίωσας.

et Sophocles in Aiace v. 1114.

οὐ γὰρ ἠξίου τοὺς μηδένας.

Euripides in Oreste v. 1167.

Ἀγαμέμνονός τοι παῖς πέφυχ', ὃς Ἑλλάδος
ἦρξ' ἀξιωθείς.

Et v. 1210.

καλοῖσιν ὑμεναίοισιν ἀξιουμένη.

Eosdem locos etiam censor Britannus attulit, qui praeterea observat, ex Eustathio, qui ad Iliad. VII. p. 666. 44. et ad X. p. 801, 52. hunc locum spectans verbum στεφανοῦσθαι adhibet, erui potuisse ἀξιούμενον στεφάνων ὁρᾶσθαι, nisi additum utrubique τὸν αὐτοῦ vel τὸν ἑαυτοῦ indicaret, eum habuisse verba τὸν ἐμόν.

γραῖαι γυναῖκες ἠδὲ πρεσβῦται σέθεν,
νύμφαι τ' ἀρίστων νυμφίων τητώμεναι,
ὧν ἥδε κεύθει σώματ' Ἰδαία κόνις.
τόλμα τάδ'· ἡμεῖς δ', εἰ κακῶς νομίζομεν
τιμᾶν τὸν ἐσθλόν, ἀμαθίαν ὀφλήσομεν.
οἱ βάρβαροι δὲ μήτε τοὺς φίλους φίλους
ἡγεῖσθε, μήτε τοὺς καλῶς τεθνηκότας
θαυμάζεθ', ὡς ἂν ἡ μὲν Ἑλλὰς εὐτυχῇ,
ὑμεῖς δ' ἔχηθ' ὅμοια τοῖς βουλεύμασιν.

ΧΟΡΟΣ.

αἰαῖ· τὸ δοῦλον ὡς κακὸν πεφυκέναι,
τολμᾷ θ' ἃ μὴ χρή, τῇ βίᾳ νικώμενον.

V. 321. Aug. a. *οὐδὲ*. Inepta loquuntur de verbo *πρεσβῦται* scholiastae. Est id ut forma, ita significatu masculinum: multos dicit grandaevos in Graecia parentes esse, qui filios ad Troiam occisos; multas uxores, quae maritos interfectos lugeant.

V. 326. Non attenderunt interpretes quidam ad *μήτε*: ut non animadverterint *ἡγεῖσθε* et *θαυμάζετε* imperativos esse. Pro vulgato *δὴ* recte Porsonus ex Aldina dedit *δέ*, quod habent etiam codd. quattuor Moscov. Augustani, aliique libri.

V. 328. *Ὡς ἂν* est *dummodo*, *si modo*. Vide ad Soph. Antig. 215.

V. 330. 331. *Πεφυκέναι*, quod membranae Brunckii, codd. Augustani, ed. Ald. aliique scripti et impressi libri, et Eumathius VIII. p. 301. habent, probari posse putabat Brunckius, si deinde *τολμᾷ*, quod in omnibus ubique libris est, explicatum in Augg. b. c. per *ὑπομένει*, in *τολμᾶν* mutaretur. Retinuit tamen alteram lectionem *πέφυκ' ἀεί*, et *τολμᾷ*, quam etiam Stobaeus LXII. 25. p. 237. habet, propter minus impeditam structuram. Porsonus et *πεφυκέναι* et *τολμᾶν* recepit, probante censore Britanno. Similis constructio in Oreste est v. 480.

ἔα· τὸ μέλλον ὡς κακὸν τὸ μὴ εἰδέναι.

Recte mihi videtur Matthiae statuere, facilius *πέφυκ' ἀεὶ* ab librariis quam *πεφυκέναι* proficisci potuisse. Et confirmatur *πεφυκέναι*, nisi fallor, eo quoque, quod in Flor. 18. *νικώμενος* est, adscriptum illud pro diversa lectione etiam in Flor. 9. Est enim id eius, qui quod *τὸ δοῦλον πεφυκέναι* cohaererent, ex his verbis *ὁ δοῦλος* repetendum censebat. In quo ille tamen

ΕΚΑΒΗ.

ὦ θύγατερ, οὑμοὶ μὲν λόγοι πρὸς αἰθέρα
φροῦδοι, μάτην ῥιφέντες ἀμφὶ σοῦ φόνου·
σὺ δ', εἴ τι μείζω δύναμιν ἢ μήτηρ ἔχεις,
σπούδαζε, πάσας ὥστ' ἀηδόνος στόμα
φθογγὰς ἱεῖσα, μὴ στερηθῆναι βίου.
πρόσπιπτε δ' οἰκτρῶς τοῦδ' Ὀδυσσέως γόνυ,
καὶ πεῖθ'· ἔχεις δὲ πρόφασιν. ἔστι γὰρ τέκνα
καὶ τῷδε, τὴν σὴν ὥστ' ἐποικτεῖραι τύχην.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ὁρῶ σ', Ὀδυσσεῦ, δεξιὰν ὑφ' εἵματος
κρύπτοντα χεῖρα, καὶ πρόσωπον ἔμπαλιν
στρέφοντα, μή σου προσθίγω γενειάδος.

---

falsus est. Non enim construendum, *ὡς κακὸν τὸ δοῦλον πεφυκέναι*, quo facto *δοῦλον* accusativus esset, sed est nominativus *τὸ δοῦλον*, cui adiectum est *πεφυκέναι*, intellecto *δοῦλον*. Ita recte se habet et *τολμᾷ* et *νικώμενον*. ***Servitium quam malum est, si vivendum est in eo, suffertque indigna, necessitate coactum.*** Haec ratio iam a scholiasta est exposita. Glossa in Aug. c. *ὥςτε εἰς ὕπαρξιν ἐλθεῖν*, et scholion vulgatum, *ὅμοιον τῷ παρὰ Σοφοκλεῖ*, etc. hac diversitate lectionis: *ἵν' ᾖ, ζῆν* (hoc *ζῆν* delendum) *κρεῖττον ἦν μηκέτ' εἶναί σε.* Deinde: *εἶτα ἐπάγει πεφυκέναι, ἤγουν ὥςτε εἰς ὕπαρξιν ἐλθεῖν. διὸ καὶ ὥςπερ ἐπανορθοῖ τὸν λόγον, ἵνα δείξῃ τὸ ὑπὸ δουλείας κακὸν εἰς ὕπαρξιν ἐλθεῖν, οὐ μέντοι γε κακὸν κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν.* Hic finitur scholion.

V. 332. Augg. a. c. *οὑμοί.* b. *οὑμοὶ.*

V. 333. Brunckius, quod tragici ferme aoristum primum praeferant, *ῥιφθέντες* mavult. Bona observatio, si non habeatur pro regula. *Ῥιφεὶς* etiam exstat in Melanippae fragment. XXVIII. (II. ed. Matth.)

τὸν ἀμφὶ βοῦν ῥιφέντα Βοιωτὸν καλεῖ,

quamquam hic quoque *ῥιφθέντα* legi posset. Sed sic *ἐζύγην* minime rarum est, et *κρυφεὶς* exstat in Sophoclis Aiace v. 1145. Habent tamen in Hecubae versu *ῥιφθέντες* Flor. 17. et Porsoni *E.* in quo *θ* partim erasum. Flor. 10. *ῥηθέντες.*

V. 341. Vulgo cum Ald. *τοὔμπαλιν.* Porsonus ex Eustath. p. 129, 14. (97, 31.) et plerisque codd. in quibus Augustani, recte *ἔμπαλιν.*

θάρσει· πέφευγας τὸν ἐμὸν ἱκέσιον Δία·
ὡς ἕψομαί γε, τοῦ τ' ἀναγκαίου χάριν,
θανεῖν τε χρῄζουσ'· εἰ δὲ μὴ βουλήσομαι,
κακὴ φανοῦμαι καὶ φιλόψυχος γυνή.
τί γάρ με δεῖ ζῆν; ᾗ πατὴρ μὲν ἦν ἄναξ
Φρυγῶν ἁπάντων. τοῦτό μοι πρῶτον βίου.
ἔπειτ' ἐθρέφθην ἐλπίδων καλῶν ὕπο,
βασιλεῦσι νύμφη, ζῆλον οὐ σμικρὸν γάμων
ἔχουσ', ὅτου δῶμ' ἑστίαν τ' ἀφίξομαι·
δέσποινα δ' ἡ δύστηνος Ἰδαίαισιν ἦν
γυναιξί, παρθένοις ἀπόβλεπτος μέτα,

V. 344. Minime mala est Aldinae, Augustanorum, aliorumque librorum scriptura, *ὡς ἕψομαί σοι*. Sed variatur, habentque alii libri *σε*, alii *σοί γε*, membranae Brunckii et alii quidam codd. *ὡς ἕψομαί γε*, quod Brunckius, Porsonus, aliique recepere. Et Porsonus quidem imitationem afferens Cleanthis apud Epictetum Enchir. 77.

ἄγου δέ μ', ὦ Ζεῦ καὶ σύ γ' ἡ πεπρωμένη
ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμὶ διατεταγμένος·
ὡς ἕψομαί γ' ἄοκνος· ἢν δὲ μὴ θέλω,
κακὸς γενόμενος, οὐδὲν ἧσσον ἕψομαι,

utrumque poetam fortasse melius scripsisse censet, *κακὸς* (*κακὴ*) *φανοῦμαι, κοὐδὲν ἧσσον ἕψομαι*.

V. 348. Scholiastes: *πρῶτον τριχῶς, ἢ κατὰ τὸ ἀξίωμα, ἢ κατα τάξιν, ἢ κατ' ἀπαριθμήσεως.* Scribendum *κατ' ἀπαρίθμησιν*. Haec ultima interpretatio aperte falsa. Secundam amplexus Haackius, *hoc erat vitae meae principium* vertit. Id videtur dici debuisse *τὸ πρῶτον*. Ex quo consequitur, primam scholiastae explicationem veram esse. *Hoc*, inquit, *primum et summum vitae meae esse deputo.* Continentur enim eo caetera, quae deinceps enumerat.

V. 350. Augg. a. b. c. *γάμου*. In c. hoc vocabulum a recentiore manu additum.

V. 353. Non satis circumspecte Porsonus Canterum sine caussa coniecisse *ἀπόβλεπτος μέγα* dixit. Nam et rarum est apud tragicos *μετὰ* dativo iunctum, et, quum vulgatum *παρθένοισί τ'* agnosceret Canterus, aut durius fuisset *μετὰ* etiam ad *Ἰδαίαισι γυναιξὶ* retrahi, aut non apte distinguerentur *δέσποινα γυναιξὶν* et *ἀπόβλεπτος μετὰ παρθένοις*. Recte Matthiae *παρθένοις ἀπόβλεπτος μέτα*, sine copula, quam multi codd. omittunt. Ita sensus est: *dominabar in mulieribus Idaeis, conspicua inter virgines.* Etiam in Aug. b. abest *τ'*.

ἴση θεοῖσι, πλὴν τὸ κατθανεῖν μόνον.
νῦν δ' εἰμὶ δούλη. πρῶτα μέν με τοὔνομα
θανεῖν ἐρᾶν τίθησιν, οὐκ εἰωθὸς ὄν·
ἔπειτ' ἴσως ἂν δεσποτῶν ὠμῶν φρένας
τύχοιμ' ἄν, ὅςτις ἀργύρου μ' ὠνήσεται,
τὴν Ἕκτορός τε χἀτέρων πολλῶν κάσιν,
προςθεὶς δ' ἀνάγκην σιτοποιὸν ἐν δόμοις,
σαίρειν τε δῶμα, κερκίσιν τ' ἐφεστάναι,
λυπρὰν ἄγουσαν ἡμέραν μ' ἀναγκάσει·
λέχη δὲ τἀμὰ δοῦλος ὠνητός ποθεν
χρανεῖ, τυράννων πρόσθεν ἠξιωμένα.
οὐ δῆτ'· ἀφίημ' ὀμμάτων ἐλεύθερον
φέγγος τόδ', Ἅιδῃ προστιθεῖσ' ἐμὸν δέμας.
ἄγ' οὖν μ', Ὀδυσσεῦ, καὶ διέργασαί μ' ἄγων.

V. 354. Non dubitavimus θεοῖσι cum Kingio edere, quod habent plerique codd. in quibus Augustani, quorum in c. οῖ minio mutatum in ῇ. Θεοῖσι etiam Matthiae, probante Elmsleio ad Med. 466. Vulgo θεῇσι. Γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν ex Homero notum: sed hoc pulcram significat, quod ab hoc loco alienum est, ubi de beata non modo dearum, sed deorum quoque vita cogitat Polyxena. Is dicitur θεῶν βίος. Fragm. Archelai IX. (XXX. ed. Matth.)

τυραννὶς εἶναι θεῶν βίος νομίζεται.

V. 357. Non malum est, quod ex Flor. 2. et Vict. affertur, δεσποτῶν γ' ὠμῶν.

V. 360. Recte Brunckius et Porsonus προςθείς, quod Aldus et codd. Augustani, et reliqui fere omnes confirmant, aliorum lectioni προθεὶς praetulere. Sic in Herc. f. v. 710.

ἐπεὶ δ' ἀνάγκην προςτίθης ἡμῖν θανεῖν.

Meleagri fragm. XXII. 2. (XXI. ed. Matth.)

τὸ φῶς δ' ἀνάγκην προςτίθησι σωφρονεῖν.

V. 367. Ἄγ' οὖν, Ὀδυσσεῦ, edidit Porsonus ex Thoma Mag. v. διαχρῶμαι pro ἄγ' οὖν μ' et ἄγου μ', Ὀδυσσεῦ. Augg. a. b. ἀγοῦ μ'. c. ἄγ' οὖν μ'. Ἄγων scholiastes per ἀγαγών. explicat. Qui de participiorum temporibus non ex verbo finito pendentibus nuper disseruit, Graserus in Specimine adversariorum in sermones Platonis p. 67. seqq. fere in aoristo constitit. Multo saepius praesentis participia posita inveniuntur, ubi, si verbi finiti ratio haberetur, aoristis utendum erat. Plane ut hic, etiam v. 384.

οὔτ' ἐλπίδος γάρ, οὔτε τοῦ δόξης ὁρῶ
θάρσος παρ' ἡμῖν, ὥς ποτ' εὖ πρᾶξαί με χρή.
μῆτερ, σὺ δ' ἡμῖν μηδὲν ἐμποδὼν γένῃ
λέγουσα, μηδὲ δρῶσα· συμβούλου δέ μοι
θανεῖν, πρὶν αἰσχρῶν μὴ κατ' ἀξίαν τυχεῖν.
ὅστις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν,
φέρει μέν, ἀλγεῖ δ', αὐχέν' ἐντιθεὶς ζυγῷ·
θανὼν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος,
ἢ ζῶν. τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς, μέγας πόνος.

ΧΟΡΟΣ.

δεινὸς χαρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς,
ἐσθλῶν γενέσθαι, κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται
τῆς εὐγενείας ὄνομα τοῖσιν ἀξίοις.

V. 371. Aug. c. μηδὲ. a. b. μὴ δὲ. Porsonus cum Brunckio edidit μήτε δρῶσα, variare codices dicens. Id probarunt Elmsleius ad Oed. R. 817. et Schaeferus ad Lamb. Bos. p. 777. intellecto μήτε ante λέγουσα. Et habet id profecto idoneam rationem. Sed quum et edd. vett. μὴ δὲ vel μηδὲ praebeant, et Matthiae dubitet an nullo in codice μήτε legatur, servandam duxi vulgatam, quae ipsa quoque recte formatam orationem exhibet. Glossa vero cod. Flor. 17. μήτι. In aliis multis codd. ad λέγουσα adscriptum, ἀπὸ κοινοῦ τὸ μή, quo firmatur μηδέ. Copiose explicatum ea de re ad Elmsleii Medeam in opusc. vol. III. p. 150. seqq. et p. 251. seqq.

V. 375. De addito ad comparativum μᾶλλον quum alii multi tum ad hunc locum disseruit Boissonadus, cuius adnotationem repetiit Matthiae. Confuderunt illi fere diversa, quod Boissonado quoque accidit. Nam ut saepe μᾶλλον εὐτυχέστερος et similia nihil nisi negligentior quaedam orationis conformatio sit, at saepe etiam μᾶλλον ad aliam partem sententiae spectat. Ita hic μᾶλλον refertur ad praecedentia, hoc sensu: ὁ ἀλγῶν, αὐχέν' ἐντιθεὶς ζυγῷ, μᾶλλον ἂν θανὼν εὐτυχὴς εἴη: quum autem εὐτυχέστερος addit, refertur illud ad ἢ ζῶν. Itaque hoc dicit: *potius qui mortuus est felicior est quam qui vivit.* Ita comparata sunt etiam alia exempla ex iis quae Boissonadus attulit.

V. 379. Codd. Augustani ὄνομα. Edd. et codd. nonnulli ac Stobaeus LXXXVIII. 6. τοὔνομα. Sed apud Stobaeum codd. A. B. οὔνομα. Maior pars codicum ὄνομα, quod reposuit cum

ΕΚΑΒΗ.

καλῶς μὲν εἶπας, θύγατερ· ἀλλὰ τῷ καλῷ
λύπη πρόςεστιν. εἰ δὲ δεῖ τῷ Πηλέως
χάριν γενέσθαι παιδί, καὶ ψόγον φυγεῖν
ὑμᾶς, Ὀδυσσεῦ, τήνδε μέν, μὴ κτείνετε·
ἡμᾶς δ' ἄγοντες πρὸς πυρὰν Ἀχιλλέως,
κεντεῖτε, μὴ φείδεσθ'· ἐγὼ 'τεκον Πάριν,
ὃς παῖδα Θέτιδος ὤλεσεν τόξοις βαλών.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐ σ', ὦ γεραιά, κατθανεῖν Ἀχιλλέως
φάντασμ' Ἀχαιούς, ἀλλὰ τήνδ', ᾐτήσατο.

ΕΚΑΒΗ.

ὑμεῖς δέ μ' ἀλλὰ θυγατρὶ συμφονεύσατε,

Kingio Porsonus, nihil ille de interpretatione verborum addens. Interpretes et veteres et recentiores eam vocem pro nominativo habuerunt, ut sensus esset τὸ ὄνομα τῆς εὐγενείας ἐπὶ μεῖζον ἔρχεται τοῖς ἀξίοις. Id recte vidit Brunckius cum articulo τοὔνομα dicendum fuisse: quare hoc ille exhibuit. Idem sensisse puto librarios, qui τοὔνομα scripsere. Quod si vera esset ea interpretatio, non poeniteret me coniecisse quod olim proposui, τῆς εὐγενείας τοὔμμα τοῖσιν ἀξίοις, vel τῆς εὐγενείας τοὔνομ', ὅςτις ἄξιος. Sed recte se habet ὄνομα, modo ut is sit accusativus coniunctus cum μεῖζον, pro quo in uno codice πλεῖον, apud Stobaeum πλεῖστον legitur. Constructio haec est: τὸ ἐσθλῶν γενέσθαι ἐπὶ μεῖζον ὄνομα τῆς εὐγενείας ἔρχεται τοῖσιν ἀξίοις: *generosa stirpe ortum esse in maiorem nobilitatis laudem vertit iis qui se dignos genere ostendunt.* Id est; nobiles magis nobiles habentur, si faciunt condigna.

V. 382. Aug. b. ψόφον.

V. 383. Et numeri et consuetudo Graecorum interpungi postulant, τήνδε μέν, μὴ κτείνετε. Aug. b. τήν τε μέν.

V. 385. Quum vulgatum τέκον coronide appicta corrigere deberet Brunckius, maluit ἔτεκον ἐγὼ Πάριν scribere, neminem dubitare posse dicens, quin eo ordine a poeta voces fuerint compositae. Memorabile iudicium, quum contra, qui verborum collocandorum leges cognitas habeat, non possit dubitare, quin ἐγὼ 'τεκον Πάριν scribere poeta debuerit.

V. 389. Fortasse hinc ductus Ennii versus,

extemplo acceptam me necato et filiam,

καὶ δὶς τόσον πῶμ' αἵματος γενήσεται
γαίᾳ νεκρῷ τε τῷ τάδ' ἐξαιτουμένῳ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἅλις κόρης σῆς θάνατος· οὐ προσοιστέος
ἄλλος πρὸς ἄλλῳ· μηδὲ τόνδ' ὠφείλομεν.

ΕΚΑΒΗ.

πολλὴ δ' ἀνάγκη θυγατρὶ συνθανεῖν ἐμέ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

πῶς; οὐ γὰρ οἶδα δεσπότας κεκτημένος.

ΕΚΑΒΗ.

ὁποῖα κισσὸς δρυὸς ὅπως τῆσδ' ἕξομαι.

---

quem Varro de L. L. VI. p. 68. (299. ed. Speng.) sine fabulae nomine affert. Legitur autem apud eum *acceptum* et *filium*. Sic supra ad v. 151. *miserum* adnotavimus ex uno Nonii loco, quod in duobus aliis locis recte *miseram* scriptum est. Non refragabor tamen, si quis cum Boissonado, servata librorum scriptura, hunc versum ad Andromacham referre malit.

V. 390. Augustani πόμ'.

V. 393. Miror Brunckium et Porsonum ὠφείλομεν e membranis, Aldina et aliis libris commemorasse, retinuisse autem ὀφείλομεν, quod sensu caret, et vel sine libris mutari debebat. Mutavit in secunda editione Porsonus. Augg. a. b. ὀφείλομεν. c. ὠφείλομεν, cum glossa ἐχρεωστοῦμεν.

V. 394. Aug. a. ἐμοί. In πολλή γ' ἀνάγκη consentiunt libri omnes praeter Flor. 21. in quo est πολλὴ δ'. ἀνάγκη. Hoc, ut aliqua tamen auctoritate munitum, recepi, nisi verum est πολλή 'στ' ἀνάγκη, ut ad Soph. Trach. 294. ubi de huius formulae varietatibus expositum est, scribendum putabam. Certe γε ab hoc loco alienum videtur.

V. 396. Reiskii coniecturam ὅμοια quum in prima editione recepisset Porsonus, postea servavit vulgatam, ὅπως cum ἕξομαι coniungi volens. Id in dissertatione de ellipsi et pleonasmo p. 201. (Opusc. vol. I. p. 220.) neque in hunc locum, neque in Troad. 147. seq. quadrare monui, quod ea formula monentis sese atque adhortantis esset, sed dictum videri cum pleo-

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

οὐκ· ἤν γε πείθῃ τοῖσι σοῦ σοφωτέροις.

ΕΚΑΒΗ.

ὡς τῆςδ᾽ ἑκοῦσα παιδὸς οὐ μεθήσομαι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐγὼ μὴν τήνδ᾽ ἄπειμ᾽ αὐτοῦ λιπών.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

μῆτερ, πιθοῦ μοι· καὶ σὺ, παῖ Λαερτίου,
χάλα τοκεῦσιν εἰκότως θυμουμένοις.
σύ τ᾽, ὦ τάλαινα, τοῖς κρατοῦσι μὴ μάχου.
βούλει πεσεῖν πρὸς οὖδας, ἑλκῶσαί τε σὸν
γέροντα χρῶτα, πρὸς βίαν ὠθουμένη,

---

nasmo quodam. In eamdem sententiam disputavit ad Troadum locum Seidlerus, allato tertio exemplo ex Orest. 342. de quo quum Matthiae ad Hecubam dissentit, non videtur attente legisse Seidleri adnotationem, in qua nihil aliud quam quod ipsi quoque placuit perscriptum est. Scilicet apertum est hoc genere pleonasmi non aliter uti licere, quam ut duo sint, quae comparationem admittant: *ego ut hedera huic ut quercui adhaerebo.* In Troadibus, postquam dixit Hecuba *αἰάζωμεν*, pergit:

μάτηρ δ᾽ ὡς τις πτανοῖς κλαγγὰν
ὄρνισιν ὅπως ἐξάρξω ᾽γὼ
μολπάν·

ut mater ego vobis ut pullis praeibo cantum. In Oreste:

ἄνα δὲ λαῖφος ὥς τις ἀκάτου θοᾶς
τινάξας δαίμων κατέκλυσεν δεινῶν
πόνων ὡς πόντου
λάβροις ὀλεθρίοισιν ἐν κύμασιν·

deus te ut velum navis iactans in insaniae ut maris fluctibus.

V. 397. Aug. c. *τοῖς σου.*

V. 402. Vulgo *σὺ δ᾽*. Flor. 17. *σύ γ᾽*. Caeteri codd. fere omnes in iisque Augustani, *σύ τ᾽*. Id recepi. Erraret vero, qui *καὶ* et *δὲ* sibi respondere crederet: nam id *τε — καὶ* dici debuisset, sed *καὶ σὺ, παῖ Λαερτίου*, refertur ad praegressum *μῆτερ*. Quare non recte Matthiae minorem distinctionem post *θυμουμένοις* posuit.

ἀσχημονῆσαί τ᾽, ἐκ νέου βραχίονος
σπασθεῖσ᾽; ἃ πείσει· μὴ σύ γ᾽· οὐ γὰρ ἄξιον.
ἀλλ᾽, ὦ φίλη μοι μῆτερ, ἡδίστην χέρα
δός, καὶ παρειὰν προσβαλεῖν παρῇδι·
ὡς οὔ ποτ᾽ αὖθις, ἀλλὰ νῦν πανύστατον
ἀκτῖνα κύκλον θ᾽ ἡλίου προσόψομαι.
τέλος δέχει δὴ τῶν ἐμῶν προσφθεγμάτων.
ὦ μῆτερ, ὦ τεκοῦσ᾽, ἄπειμι δὴ κάτω,

ΕΚΑΒΗ.

ὦ θύγατερ, ἡμεῖς δ᾽ ἐν φάει δουλεύσομεν.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ἄνυμφος, ἀνυμέναιος, ὧν μ᾽ ἐχρῆν τυχεῖν.

ΕΚΑΒΗ.

οἰκτρὰ σύ, τέκνον· ἀθλία δ᾽ ἐγὼ γυνή.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ἐκεῖ δ᾽ ἐν Ἅιδου κείσομαι χωρὶς σέθεν.

ΕΚΑΒΗ.

οἴμοι, τί δράσω; ποῖ τελευτήσω βίον;

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

δούλη θανοῦμαι, πατρὸς οὖσ᾽ ἐλευθέρου.

V. 407. In Aug. b. abest μῆτερ.

V. 411. Vulgatum δέχου recte Porsonus ex codd. correxit, quorum alii δέχῃ, alii δ᾽ ἔχῃ, vel, ut Aug. b. δ᾽ ἔχει, aliusque mendosas scripturas habent. Agnoscit etiam scholiastes.

V. 417. Aug. c. πῇ, cum glossa πῶς.

V. 419. Quum vulgo legeretur, πεντήκοντ᾽ ἄμοιροι δὴ τέκνων, quod est etiam in Aug. b. et c. in quo δὴ posterius additum, (a. habet πεντήκοντ᾽ ἄμοιροι τέκνων) Brunckius e

ΕΚΑΒΗ.

ἡμεῖς δὲ πεντήκοντά γ' ἄμμοροι τέκνων.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

τί σοι πρὸς Ἕκτορ' ἢ γέροντ' εἴπω πόσιν;

ΕΚΑΒΗ.

ἄγγελλε πασῶν ἀθλιωτάτην ἐμέ.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ὦ στέρνα, μαστοί θ', οἵ μ' ἐθρέψαθ' ἡδέως.

ΕΚΑΒΗ.

ὦ σῆς ἀώρου θύγατερ ἀθλίας τύχης.

---

membranis edidit πεντήκοντά γ' ἄμμοιροι τέκνων. Idem est in duobus Moscov. nisi quod ἄμοιροι habent. Recte vero Beckius scripsit ἄμμοροι, eamque scripturam Porsonus confirmavit auctoritate Eustathii ad Iliad. VI. p. 639. l. 57. apud quem hic versus plane, ut editus est, exstat. Ἄμμοιρος non solum suspectae fidei verbum est, quod Porsono videbatur, sed plane barbarum.

V. 423. Non inelegans est, quod Porsonus, Marklando ad Iphig. T. 1291. suadente, edidit ἀθλία, docte defensum ab Elmsleio ad Heracl. 750. Nolui tamen bonam librorum omnium lectionem mutare, quum mihi quidem duplex epitheton nec valde invenustum videatur, ut Porsono, neque auctoritate similium locorum careat. Sic in Hippolyto v. 669.

τάλανες ὦ κακοτυχεῖς
γυναικῶν πότμοι.

In Suppl. v. 276. κρίνετε ταλαίνας χέρας γεραιάς, et alibi saepissime. Quin in Hecubae loco ne est quidem revera duplex epitheton, quia ἀθλία τύχη pro uno nomine δυςτυχία est. Vide Reisigium in comm. crit. ad Oed. Col. p. 335. Opportune comparavit Porsonus Orest. v. 1029.

ὦ μέλεος ἥβης σῆς, Ὀρέστα, καὶ πότμου
θανάτου τ' ἀώρου.

Quo ad defendendum ἀθλία rectius quam fecit uti poterat. Nam requiritur aliquid, quo τῆς ἀώρου τύχης ad Polyxenam referatur, sicuti ipsa modo dixerat, ὦ στέρνα μαστοί θ' οἵ μ' ἐθρέψαθ' ἡδέως. Atqui id restituitur, si legitur ἀθλία. Alia vero

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

χαῖρ', ὦ τεκοῦσα, χαῖρε Κασσάνδρα τέ μοι,

ΕΚΑΒΗ.

χαίρουσιν ἄλλοι, μητρὶ δ' οὐκ ἔστιν τόδε.

---

ex parte idem ille ex Oreste locus adversari illi emendationi videtur. Languescit enim oratio, si scribitur ἀθλία, quia illo loco positum hoc verbum secundariam vim habet. Recte diceretur in principio collocatum: ὦ ἀθλία θύγατερ τῆς ἀώρου τύχης. Itaque quum optio relicta sit, utrum ἀθλία an pro τῆς, ut in Orestis loco, σῆς scribere velimus, ego hoc posterius praeferendum duxi. Leve quidem ac fortasse nullum a scholiastae adnotatione momentum accedit: τῆς ἀθλίας καὶ προκαίρου σοῦ τύχης· sed gravius in ipsis est verbis poetae. Nam exaequari oportet utriusque mulieris sententias, atque ut filia matris ubera, quibus ipsa nutrita fuerit, memorat, ita matrem filiae suae se sortem lamentari dicere. Id neminem fore puto qui non sentiat quantum altero praestet. Ob eamdem caussam probandum est, quod inde a Cantero positum servarunt Porsonus et Matthiae ὦ, pro quo Brunckius ὧ cum Paris. A. et edd. vett. dedit.

V. 424. Quum Brunckius e membranis ἐμοὶ pro vulgato ἐμῇ dedisset, Porsono tamen ἐμή melius visum est, quod in prima ed. cum plena interpunctione, postea apposita lineola interruptae orationis indice posuit. Abhorret illud ἐμή a consuetudine tragicorum, habentque codd. fere omnes ἐμοί. Matthiae restituit τέ μοι, quod χαῖρέ μοι, non χαῖρ' ἐμοὶ dicatur. Aug. c. χαῖρε Κασσάνδρα τ' ἐμοί. a. b. χαῖρ' ὦ Κασσάνδρα τ', sed a. ἐμή, b. ἐμοί. Hoc ἐμή exemplis indigebat, quae nisi copiose afferantur, vereor, ut vulgata lectio multis placitura sit eorum, qui morem Graecorum norunt.

V. 425. Kingii coniecturam χαίρωσιν Brunckius aliique, tacite etiam Valkenarius ad Phoenissas v. 621 sequuti sunt. Id ut soloecum repudiavit Porsonus, sed, quem sensum haberet χαίρουσιν, non docuit. Atqui est sane, in quo quis haereat. Nam ad id, quod Polyxena dixerat, χαῖρε, aptum videtur χαίροιεν ἄλλοι, non χαίρουσιν, idque tanto magis, quod etiam Cassandram valere iusserat Polyxena, ut, si χαίρουσιν ἄλλοι respondeat Hecuba, videatur Cassandram Polyxenae morte laetam indicare. At vero, nisi vehementer fallor, non hoc voluit Euripides, omnino gaudere alios, quod fortasse sic dicturus fuisset, ἄλλων τὸ χαίρειν, sed Graecos dicit, qui immolatione Polyxenae laetentur. Quae responsio quum excusationem habeat in sensu Hecubae, hoc acerbior est, quo minus exspectabatur. In eodem versu pro vulgato χαρὰ Valkenarius l. c. τόδε e MS. Leidensi dedit, recte probatum Brunckio aliisque, ac scholiastae

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ὅ τ' ἐν φιλίπποις Θρῃξὶ Πολύδωρος κάσις.

ΕΚΑΒΗ.

εἰ ζῇ γ'· ἀπιστῶ δ'· ὧδε πάντα δυστυχῶ.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

ζῇ, καὶ θανούσης ὄμμα συγκλείσει τὸ σόν.

ΕΚΑΒΗ.

τέθνηκ' ἔγωγε, πρὶν θανεῖν, κακῶν ὕπο.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

κόμιζ', Ὀδυσσεῦ, μ' ἀμφιθεὶς κάρα πέπλοις·
ὡς πρὶν σφαγῆναί γ' ἐκτέτηκα καρδίαν
θρήνοισι μητρός, τήνδε τ' ἐκτήκω γόοις.
ὦ φῶς· προςειπεῖν γὰρ σὸν ὄνομ' ἔξεστί μοι·

---

auctoritate confirmatum a Porsono. Confirmarunt etiam alii codd. Sed Augustani *οὐκ ἔστι χαρά.*

V. 426. Legebatur *Θρᾳξί*, etiam in Augustanis. Mecum mutavit Matthiae.

V. 427. Aug. a. *ἀπιστῶ γ'*.

V. 428. Quam quis fortasse exspectet Attica forma *συγκλήσει*, nullo ex libro adnotata est.

V. 430. Simili commutatione in Phoenissis v. 306. *ἀμφίβαλλε μαστὸν ὠλέναισι ματέρος.*

V. 433. Librorum omnium lectionem *ὄνομα*, probante censore Britanno, servavit Porsonus, qui ad Orestis v. 1080. Iacobsii coniecturam, *προςειπεῖν γὰρ σὸν ὄμμ' ἔτ' ἔστι μοι*, ut inutilem, ab se praetermissam dicit. *Ἔτι* quidem non modo inutile est, sed etiam falsum, quia idem, et quidem longe copiosius, sequentibus versibus dicitur. Non item *ὄμμα*, quae etiam Wakefieldii coniectura est. At Porsonus, *cuiusmodi*, inquit, *dialectices est*, *semel dictum eiicere*, *ut numquam dictum substituas?* In hac obiectione profecto dialectices plus quam recti iudicii est. Nam nec semel dictum habendum est pro semel dicto, si dici omnino non potest, nec numquam dictum, si dici posse apertum est, pro numquam dicto est, quia, etiam si

μέτεστι δ' οὐδέν, πλὴν ὅσον χρόνον ξίφους

---

exempla non exstent, dictum esse saepe et a multis credibile est. Itaque cur non refutavit potius, quod ego, non recte quidem, contenderam, dici non posse προςειπεῖν σὸν ὄνομ' ἔξεστι μοι? Scilicet exemplis potius, quam ratione reddenda in demonstrando uti consueverat. Itaque ego vicissim quaerebam, cuiusmodi dialectices esset, quod dici posset, repudiare, ut servares, quod non posset. Ὄμμα τινὸς προςειπεῖν autem dici posse in promptu est. Nam multo latius patet ὄμμα τινός, quam ὄνομα. Oculus enim ubi est, ibi est is, cuius is oculus est, ut, quae proprie de persona dicantur, facile ad oculum transferri queant. Nomen autem absque re, cuius id nomen est, cogitatur: quare ubi nomen pro re ipsa commemoratur, verbum adhibendum est eiusmodi, quod proprie ad nomen spectet, atque propterea demum ad rem ipsam referatur, quia, quod nominis proprium est, etiam rei, cuius id nomen est, proprium sit. Eiusmodi sunt omnia exempla, quae Valkenarius ad Phoen. v. 415. Porsono laudatus, habet, ut Sophoclis in Antigona v. 53.

ἔπειτα μήτηρ καὶ γυνή, διπλοῦν ἔπος.

Nam si vocari Iocasta mater et uxor potest, mater simul et uxor sit necesse est. Addam de multis, quae conferri possent, duo alia. Tibull. III. 4, 61.

ah crudele genus, nec fidum femina nomen.

Vetus poeta in tragoedia apud Varronem de L. L. V. p. 56.

Aenea. Quis is est, qui meum nomen nuncupat?

In ipso versu Phoenissarum,

καὶ σοὶ τί θηρῶν ὀνόματος μετῆν, τέκνον;

recte mavult Porsonus sic legi, quam ὄμματος. Nimirum praecessit hoc oraculum:

κάπρῳ λέοντί θ' ἁρμόσαι παίδων γάμους.

Nam si haec nomina conveniunt Tydeo et Polynici, ipsis erunt apro et leoni similes. In Orestis versu, ad quem de hac re disputat Porsonus, librorum auctoritati res permittenda est. Sic enim ibi Orestes ad Pyladen:

ἀλλ', ὦ ποθεινὸν ὄμμ' ὁμιλίας ἐμῆς,
χαῖρε.

Id est, *ocelle aequalium meorum.* Quod si ὄνομα legatur, hoc dicet, *salve, ò gratum Pyladis nomen prae caeteris aequalium meorum nominibus.* Nomen autem quum sit ei propterea gratum, quia eum, cuius est id nomen, amat, idem erit, ac si dicat, *salve tu, quem maxime aequalium meorum diligo.* Patet, quae de nomine dici possunt, etiam de re ipsa posse intelligi. Verum inde non sequitur, quae rei conveniant, convenire etiam nomini. Ridiculus foret, qui, si Caesarem a Bruto interfectum dicere vellet, Caesaris ab eo nomen interfectum narraret. Nunc, quaeso, num quis dici potest nomen alicuius alloqui, quum personam alloquitur? Nomen si al-

βαίνω μεταξὺ καὶ πυρᾶς Ἀχιλλέως.

---

loquitur, non alloquitur personam. At Matthiae opposuit mihi hoc ex Ione v. 1261.

ὦ ταυρόμορφον ὄμμα Κηφισσοῦ πατρός,
οἵαν ἔχιδναν τήνδ' ἔφυσας;

quaerens num id vitiosum sit, quia ὄμμα propria vi vix quemquam φύειν possit. In eo vero magnus error deprehenditur. Nam quum ὄμμα hic aperte non oculum, sed, ut saepe, speciem et formam significet, ut vel per se possit de corpore Cephissi intelligi, accedit etiam adiectum epitheton, ex quo patet nihil hic aliud significari quam ὦ ταυρόμορφε Κηφισσέ, sive id magis proprie dici quis voluerit, ὦ ταυρόμορφε μορφὴ Κηφισσοῦ, sive ὦ Κηφισσὲ τὸ ὄμμα ταυρόμορφε. Sed *ut verum fatear*, inquit Porsonus in nota illa ad Orestem, *προςαυδᾶν ὄμμα exstare videtur apud Aeschyl. Choeph.* 236. *Ibi tamen Valkenarius legit* ὄνομα: *de* ὄμματος *in loco Phoenissarum* 415. *quae est viri docti coniectura, non clare loquitur. Mihi quidem omnino in his locis recepta lectio servanda videtur.* De Phoenissarum loco dictum. De loco in Choephoris autem non assentior, lubenterque mihi eripi patiar testimonium etiam fortassis unicum locutionis, quae testimonio nullo indiget. Verba sunt Electrae ad Orestem:

ὦ τερπνὸν ὄμμα, τέσσαρας μοίρας ἔχον
ἐμοί· προςαυδᾶν δ' ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον·
πατέρος τε καὶ τὸ μητρὸς ἐς σέ μοι ῥέπει
στέργηθρον· ἡ δὲ πανδίκως ἐχθαίρεται·
καὶ τῆς τυθείσης νηλεῶς ὁμοσπόρου·
πιστὸς δ' ἀδελφὸς ἦσθ', ἐμοὶ σέβας φέρων.

In his si πατρὸς legitur, (sic enim scribendum foret) verba προςαυδᾶν δ' ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον inepta sunt. Nihil enim hic caussae est, quare Electra necessarium esse dicat, ut fratrem appellet. Sed πατέρος e Turnebi coniectura natum videtur. Edd. Ald. Rob. et MS. Guelferbytanus πατέρα habent. Hoc aliter stare non potest, nisi si interpunctione post ἀναγκαίως ἔχον sublata, coniungatur cum προςαυδᾶν, ut Electra se dicat fratrem προςαυδᾶν πατέρα. Sic sane quidem hic exstaret προςαυδᾶν ὄμμα: verum constructio verborum perplexa est et inconcinna, quae haec potius esse debebat: πατέρα τε γὰρ προςαυδᾶν ἐστὶν ἀναγκαίως ἔχον, καὶ τὸ μητρὸς ἐς σέ μοι ῥέπει στέργηθρον. Praeterea ὄμμα τέσσαρας μοίρας ἔχον, quamquam ferri potest, multum tamen cedit elegantia coniecturae Valkenarii, ὄνομα, quod verbum et proprium hic et ad rem maxime accommodatum est. Quin necessarium esse concedat oportet, qui constructionem istam, de qua modo dictum est, mutatam cupit. Igitur recepto ὄνομα, nihil nisi interpunctio corrigenda est, ut omnia recte et commode procedant:

ὦ τερπνὸν ὄνομα, τέσσαρας μοίρας ἔχον

ΕΚΑΒΗ.

οἲ 'γώ, προλείπω· λύεται δέ μου μέλη.
ὦ θύγατερ, ἅψαι μητρός, ἔκτεινον χέρα,
δός· μὴ λίπῃς μ' ἄπαιδ'. ἀπωλόμην, φίλαι.

ΧΟΡΟΣ.

ὥς τὴν Λάκαιναν σύγγονον Διοςκόροιν,

ἐμοί· προςαυδᾶν δ' ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον,
πατέρα τε, καὶ τὸ μητρὸς ἐς σέ μοι ῥέπει
στέργηθρον, (ἣ δὲ πανδίκως ἐχθαίρεται)
καὶ τῆς τυθείσης νηλεῶς ὁμοσπόρου.
πιστὸς δ' ἀδελφὸς ἦσθ', ἐμοὶ σέβας φέρων.

Ad προςαυδᾶν enim ὄνομα intelligendum. Plene sic dixisset: προςαυδᾶν δὲ τοῦτο σὲ ἐστὶν ἀναγκαίως ἔχον. Deinde explicatio addita, πατέρα τε, et quae mutata constructione sequuntur. Nunc haec, πατέρα τε, non aliis sequentibus accusativis, nihil offensionis habent, quia ad ea repetendum est, προςαυδᾶν ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον. Ita singula membra suum habent verbum. Alius de Oreste locus est apud Sophoclem in Electra vers. 902. in quo ὄμμα videri potest cum ὄνομα commutandum esse:

κεὐθὺς τάλαιν' ὡς εἶδον, ἐμπαίει τί μοι
ψυχῇ ξύνηθες ὄμμα, φιλτάτου βροτῶν
πάντων 'Ορέστου τοῦθ' ὁρᾶν τεκμήριον.

Sed haec omnia ut ad defendendum ὄμμα in Hecubae loco valeant, tamen non efficiunt, ut falsum sit ὄνομα. Id quomodo intelligendum esset, vidit Matthiae, et hoc erat illud, quod Porsonus, si recte caussam ageret librorum lectionis, afferre debebat: significare Polyxenam, se non nisi nomine tenus luce adhuc frui. Ac poterat Matthiae adiicere προςειπεῖν, ut huius generis verba liberius usurpari solent, non tam *alloqui* esse, quam *vocare*. Veram esse enim quam attulit interpretationem, ostendunt quae statim sequuntur opposita, μέτεστι δ' οὐδέν.

V. 435. Recte Boissonadus cum eoque Matthiae ξίφους καὶ πυρᾶς coniungunt, ut μεταξὺ ad ambo in unum consociata referatur: *quantum mihi spatii reliquum est ad ferrum, quo in tumulo Achillis iugulabor*.

V. 439. Aug. b. ὡς. a. c. ὧς. Glossae in c. ὡς σὲ et οὕτως. Ultimi tres versus huius scenae Hecubae tribuebantur. Et sic etiam accepit scholiastes. Ego non dubitavi chori nomen adscribere. Nam ut vehementissime oderit Helenam Hecuba; ut magis etiam odisse nunc debeat, quum tot tantisque propter eam malis oppressa, etiam unico quod supererat solatio privari se videt: at a praesenti dolore, in quo nihil nisi orbitatem suam cogitat, eiusque in mali immensitate totam mentem defixam ha-

Ἑλένην ἴδοιμι. διὰ καλῶν γὰρ ὀμμάτων
αἴσχιστα Τροίαν εἷλε τὴν εὐδαίμονα.
Αὔρα, ποντιὰς αὔρα, στρ. ά.
ἅτε ποντοπόρους κομίζεις
θοὰς ἀκάτους ἐπ' οἶδμα λίμνας,
ποῖ με τὰν μελέαν πορεύσεις;
τῷ δουλόσυνος πρὸς οἶκον
κτηθεῖσ' ἀφίξομαι;
ἢ Δωρίδος ὅρμον αἴας,
ἢ Φθιάδος, ἔνθα καλλι-
στων ὑδάτων πατέρα
φασὶν Ἀπιδανὸν γύας λιπαίνειν;
ἢ νάσων, ἁλιήρει ἀντ. ά.
κώπᾳ πεμπομέναν τάλαιναν,
οἰκτρὰν βιοτὰν ἔχουσαν οἴκοις,

---

bet, valde aliena est haec Helenae abominatio, tantoque magis, quod oratione exponitur tam vacua motus et vehementiae, ut facile spectatorem, non desertam erepta filia matrem agnoscas. Accedit aliud, idque non minoris momenti signum. Nam et proxime praegressa Hecubae verba collabi eam animi deliquio arguunt, et diserte paullo post humi eam iacere significatur, et quum dicit, *ἀπωλόμην, φίλαι,* deficiens animo auxilium requirit chori, qui eam sustineat. Quod is dum facit, miseramque mulierem humi reclinat, hos versus dicit. Sic res ipsa facit, ut chorus, antequam canticum canat, trimetris loquatur: quod raro fit. Fecit Aeschylus in Agam. 359. et Choeph. 931. quibus in locis adnunciando cantico inserviunt trimetri. Caeterum ad *ὦς* nihil necesse est intelligi: quod si quid, nihil aliud quam *ἔχουσαν*: sed rectius interpretabere simpliciter *sic*, i. e. hoc in statu.

V. 449. Vulgo *ἔνθα τὸν καλλίστων*. Bene delevit articulum Porsonus. Augg. a. b. c. *τῶν καλλίστων*.

V. 451. Aug. a. *παιδία*. b. c. *πεδία*. Miror Porsonum glossam *πεδία* praetulisse. Haud exigua pars librorum *τὰς γύας*, quod probavere Valkenarius ad Phoen. 648. Toupius ad Suidam vol. I. p. 190. et Brunckius. Articulum delendum fuisse versumque esse Phalaeceum hendecasyllabum, qui vulgo pessime in duos versiculos distrahitur, iam in lib. III. de metris ostenderam p. 443. Recepit in tertia ed. Porsonus.

V. 452. Augg. a. b. c. *νᾶσον*.

ἔνθα πρωτόγονός τε φοίνιξ,
δάφνα θ' ἱεροὺς ἀνέσχε
πτόρθους Λατοῖ φίλα,
ὠδῖνος ἄγαλμα δίας,
σὺν Δηλιάσιν τε κούραις,
Ἀρτέμιδός τε θεᾶς
χρυσέαν ἄμπυκα, τόξα τ' εὐλογήσω;
ἢ Παλλάδος ἐν πόλει, στρ. β'.
τᾶς καλλιδίφρου Ἀθα-
ναίας ἐν κροκέῳ πέπλῳ
ζεύξομαι ἅρματι πώλους,
δαιδαλέαισι ποι-
κίλλουσ' ἀνθοκρόκοισι πήναις,

V. 455. Recte monet Matthiae, Deli mentionem factam esse Atheniensium caussa, qui inde ab Ol. LXXXVIII. 3. insulam illam sibi vindicaverint, sollemniaque curaverint Deliaca. Ac circa Olymp. LXXXIX. scriptam esse hanc tragoediam, numeri versuum produnt. De palma vide Spanhem. ad Callim. h. Del. 210.

V. 459. *Κούραις* pro vulgato *κούραισιν* recte Porsonus ex MSS. Sic etiam Augustani.

V. 463. Libri omnes et scholiastes Aristophanis ad Equit. 563. *τᾶς καλλιδίφρου Ἀθαναίας.* Porsonus in secunda editione dedit *τᾶς καλλιδίφροι' Ἀθαναίας,* probante Elmsleio ad Med. 807. At in huius formae genitivis numquam elidi *ο* ostendi in diss. de Orphei Argonaut. p. 722. Mirum vero, quod nemini in mentem venit, aut alteram generis Glyconei formam, quae amphibracho subiectum habet choriambum, alteri respondere, quae ex choriambo cum anacrusi quem sequitur iambus constat, aut exaequanda esse metra corrigendo versu antistrophico, aut faciendum esse utrumque.

V. 466. Vulgo *ἐν δαιδαλέαισι*, et sic pars codicum, in quibus Augustani. In aliis *ἐν δαιδαλαίαισι, ἐν δαιδαλέῃσι, ἐν δαιδαλέαις.* Falluntur, qui *δαιδαλέαισι* in quattuor syllabas contrahi posse, ut in tres contrahitur *χρυσέαισι,* putant, non attendentes, quid intersit, utrum longa syllaba an brevis contractionem praecedat. Vitiatum esse versum a metricis adiecto *ἐν,* quod recte omittit Flor. 2. ex antistrophico cognoscitur. De picturis illis in peplo Minervae videndus Boeckhius in libro de tragicis Graecis p. 193. seqq. — Aug. a. *ποικίλους.*

ἢ Τιτάνων γενεάν,
τὰν Ζεὺς ἀμφιπύρῳ
κοιμίζει φλογμῷ Κρονίδας;
ὤ μοι τεκέων ἐμῶν, ἀντ. β'.
ὤ μοι χθονὸς πατρῴας,
ἃ καπνῷ κατερείπεται
τυφομένα δορίληπτος
Ἀργεΐων· ἐγὼ δ'
ἐν ξείνᾳ χθονὶ δὴ κέκλημαι
δούλα, λιποῦσ' Ἀσίαν

V. 470. Aug. b. κομίζει.

V. 471. Aug. a. τοκέων.

V. 472. Vulgo ὤ μοι πατέρων χθονός θ', quam lectionem suspectam reddit paraphrastes, cuius baec verba sunt: φεῦ ἕνεκα τῶν ἐμῶν τέκνων, φεῦ ἕνεκα τοῦ Πριάμου· πατέρα γὰρ τοῦτον τῶν τέκνων αὐτῆς καλεῖ· χθονός τε, ἤγουν τῆς πατρίδος. Nimirum Hecubae haec in quibusdam libris tribuuntur. Auget vitii suspicionem ipsum verbum πατέρων. Nam τεκέων ἐμῶν quidem recte dicunt mulieres istae, ut quarum singulas aliquot filios filiasve habere credibile sit: quod contra πατέρων mirum atque adeo ineptum est, quum suam potius quaeque patrem, quam patres omnium requirat. Accedit, quod quum in praecedente versu libri nonnulli τοκέων habeant, eius vocabuli interpretatio videri debet πατέρων. Denique pro πατέρων Flor. 25. πατρῴας praebet, quod quamvis recentis codicis indicium tamen minime spernendum in scriptore, cuius librorum non ea est conditio, ut qui eorum multum aut anteferendi aliis aut posthabendi sint dici possit. His argumentis adductus sum, ut restituerem ὤ μοι χθονὸς πατρῴας, quo et removentur quae in ipsis verbis dubia erant, et exaequatur metrum strophico. Constare versus hos patet ex amphibracho et choriambo.

V. 474. Vulgo δορίκτητος. Ex Kingii K. et Aug. a. Porsonus in secunda editione, ut metrum suadebat, δορίληπτος. Prope accedit Havn. in quo male δορύληπτος.

V. 475. Vulgo ὑπ' Ἀργείων. Plerique codd. in quibus Augustani, praepositionem omittunt, quae quum esset ab interpretibus adiecta, qui non viderent δορίληπτος Ἀργείων esse δορὶ ὑπ' Ἀργείων ληφθεῖσα, (vide similia apud Schaeferum in fine Meletematum) metrici etiam in strophico addiderunt ἐν. Porsonus in tertia ex coniectura posuit πρὸς Ἀργείων. Ἀργεΐων autem scribendum: ex quo patet recte legi in stropha δαιδαλέαισι. Vide Elmsleium ad Med. 806. et quae adnotavi ad Soph. Antig. 1122.

Εὐρώπας θεράπναν,
ἀλλάξασ' Ἅιδα θαλάμους.

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.

Ποῦ τὴν ἄνασσαν δήποτ' οὖσαν Ἰλίου
Ἑκάβην ἂν ἐξεύροιμι, Τρῳάδες κόραι;

ΧΟΡΟΣ.

αὕτη πέλας σοῦ, νῶτ' ἔχουσ' ἐπὶ χθονὶ,

V. 478. Augg. a. b. c. *θεράπαιναν.*

V. 479. *Ἅιδα* cum scholiasta recentiores. Edd. veteres *Ἅιδᾳ.* Torsit se in horum verborum explicatione scholiastes, nec satis mihi faciunt novissimi interpretes. Patet duobus modis haec construi posse, vel ut *Ἅιδα* e verbo *ἀλλάξασα* pendeat, vel ut iungantur *Ἅιδα θαλάμους.* Prior ratio placuit Haackio, qui *Ἅιδην* conditionem mortis similem dici putat. At ut illud nomen ita intelligi possit, cuius generis vereor ut satis aptum exemplum inveniatur, ab hoc certe loco aliena est haec interpretatio, quia nimis usitata est Orci cum connubio consociatio, ubi de morientibus mulieribus sermo est, quam ut servitus illo in loquendi modo Orcus recte appellari videatur. Alteram viam ingressus est Matthiae, sensum esse dicens, *quum pro connubio viri connubium Orci acceperim*, i. e. non viro ulli nuptura, sed innupta ad inferos transitura. At ne hoc quidem aptum est, primo quod non instat mors hisce mulieribus: non enim aliter quam de praesente morte illud aut solet dici aut potest; deinde, quod, ut nonnullae harum mulierum virgines sint, at aliae nuptae fuerunt, quas apertum est queri non posse quod innuptae sint moriturae. Longe alia hic opus est sententia, quam audacior aliquis sic fortasse restituat, *ἀλύξασ' Ἅιδα θαλάμους.* Nam dolent illae hoc potius, quod sibi non contigerit mori, sed, quod peius est, servire necesse sit. Sed mutatione non indigemus. Idem enim per *ἀλλάξασα* significatur. Prorsus ita, nisi quod in partem contrariam, Sophocles Antig. 944.

ἔτλα καὶ Δανάας οὐράνιον φῶς
ἀλλάξαι δέμας ἐν χαλκοδέτοις
αὐλαῖς.

Danae lucem solis cum tenebrico carcere, chorus Troadum mortem cum servitute commutavit.

V. 480. *Δήποτε* est *modo.* Vide v. 871. Troad. 1277. Suppl. 1098.

V. 482. In Aug. c. scholion recentius ad *νῶτα: λιποθυμήσασα διὰ τὴν Πολυξένην.* Sophocles in Electra v. 1474.

Ταλθύβιε, κεῖται, συγκεκλημένη πέπλοις.

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.

ὦ Ζεῦ, τί λέξω; πότερά σ' ἀνθρώπους ὁρᾶν;
ἢ δόξαν ἄλλως τήνδε κεκτῆσθαι μάτην

αὔτη πέλας σοί.
Wakefieldius speciosius, quam verius, pro *νῶτα* legendum putat *χρῶτα*, ut v. 404. ne Hecuba *ἐξυπτιασθεῖσα ἀσχημόνως* in hominum, id virorum dicere volebat, conspectu iaceat. Censor Britannus nihil lucri accedere putat ex Wakefieldii correctione, quia sive *χρῶτα*, sive *νῶτα* legatur, id sit idem, quod *σῶμα*, ut in Electra v. 481. Huic argumento non multum tribuerim. Nam ubi pars pro toto commemoratur, apta pars nominanda est, non, quae possit ad indecoram significationem flecti. Ac quod affert eruditus censor ex Aeschyli scholiis ad Suppl. 95. *τὸ γὰρ εἰς νῶτον πίπτειν τοὺς παλαιστὰς ἄσχημόν ἐστιν*, ab eo diversissimum esse Hecubae locum nemo sane ei non largietur, verum non est indecori significatione diversus, sed re, in qua illud indecorum sit. Alia igitur excusatione opus videtur. Eam fortasse praebeant illa, *συγκεκλημένη πέπλοις*. Sed poterat hoc quoque contra Euripidem afferri, qui prae dolore se humi prosternerent, non sursum vertere faciem, supinosque iacere, sed pronos in solo vultum occultare. Verum omnia recte se habere videntur, quandoquidem Hecuba, viribus deficiens (vide v. 436. 438.) non ipsa se humi proiecisse, sed a choro reclinata videtur, qui cur eam pronam magis, quam supinam, ut fieri solet, reclinaverit? Vide ad v. 439.

V. 483. Vulgo *συγκεκλεισμένη*. Flor. 10. *συγκεκλιμένη*. Unde dedi *συγκεκλημένη*. Vide ad Soph. Ai. 1253.

V. 485. Libri omnes, *ἢ δόξαν ἄλλως τήνδε κεκτῆσθαι μάτην ψευδῆ*. Pro *ἄλλως* Brunckius ex Reiskii et Musgravii coniectura edidit *αὐτούς*. Non recepit Porsonus, sed pronomen tamen aut nomen deesse monet, quod *ἐκ κοινοῦ* supplere durum sit: quod si omnino mutandum sit *ἄλλως*, paullo melius videri *ἡμᾶς*. Id quidem nemini non arrideat. Matthiae intelligi ex praegressis verbis putat *ἀνθρώπους*, quod genus esse anacoluthi, sed lenissimum. Profecto, si *κέκτηνται* scriptum esset: nunc autem, continuatis una constructione verbis, durissimum ego quidem dixerim. Recte vero Haackius interpunctione sublata *δοκοῦντας* pro subiecto sententiae esse censet. Eiusmodi multa exempla apud Platonem inveniri contendit Stallbaumius, sed saepius ille hoc genus confundens cum ea constructione, qua subiectum verbo est significatum. Pertinet ad hanc disputationem, illud in Phaedone p. 63. D. *φησὶ γὰρ θερμαίνεσθαι μᾶλλον διαλεγομένους*, si id sine articulo scribendum. In Gorgia p. 520. E. fallebatur Heindorfius, loco, qui repudiat articulum, non recte

ψευδῆ δοκοῦντας δαιμόνων εἶναι γένος,
τύχην δὲ πάντα τἀν βροτοῖς ἐπισκοπεῖν;
οὐχ ἥδ' ἄνασσα τῶν πολυχρύσων Φρυγῶν;
οὐχ ἥδε Πριάμου τοῦ μέγ' ὀλβίου δάμαρ;
καὶ νῦν πόλις μὲν πᾶσ' ἀνέστηκεν δορί,
αὕτη δὲ δούλη, γραῦς, ἄπαις, ἐπὶ χθονὶ
κεῖται, κόνει φύρουσα δύστηνον κάρα.

---

explicato. Acute disseruit de hoc genere Graserus in Specim. Adversar. in serm. Platonis p. 75. Exempla nonnulla attulit Matthiae in gramm. Gr. ed. sec. §. 271. quibus adde Aeschyl. Agam. 69. Soph. El. 1323. Thucyd. V. 55. ubi sic ἐλθόντας dictum.

V. 486. Aug. a. εἶναι δαιμόνων.

V. 491. Libri αὕτη. Elmsleius ad Med. 892. quis semel monitus, inquit, non videt Euripidem scripsisse αὐτὴ δὲ δούλη. Obsequutus est Matthiae. Scribendum ita censuit etiam Schaeferus in novissima editione, utrum horum quoque loco ponendum sit, non librorum auctoritate, sed tenore ostendi orationis dicens. Recte hoc quidem: sed propositio maior syllogismi nihil probat, nisi conclusio rationis iusta accedat. De ea igitur videamus. Ipse si quis dicitur, distinguitur ab iis, quae ipsius sunt cum eoque coniuncta. Quod si dicit Talthybius, urbs Hecubae eversa est, ipsa autem est serva, misera, afflicta: recte dicit. Num vero perperam, si non *ipsa*, sed *haec*? Non, ut mihi videtur, immo dubito an rectius. Hoc enim pronomine non ab suis aliquem, sed ab aliis, quae non ut ipsius aliqua pars vel accessio cogitantur, distingui patet. Atqui Talthybius, fortunae ludibria considerans, quamque humana omnia fluxa et mutabilia sint reputans, urbs, inquit, tota deleta est; haec autem serva, senio confecta, liberis orba humi iacet; haec quae modo divitiis Phrygiae regina, felicisque Priami coniux erat. Quid in his non recte dictum? Immo rectius et fortius, quam si αὐτὴ dicit. Hoc enim pronomine qui utitur, simul et eum cuius quid est, et quod huius est comprehendit, paullum modo extollens eum, quem ipsum dicit: ut v. 21.

ἐπεὶ δὲ Τροία θ' Ἕκτορός τ' ἀπόλλυται
ψυχή, πατρῴα θ' ἑστία κατεσκάφη,
αὐτὸς δὲ βωμῷ πρὸς θεοδμήτῳ πιτνεῖ.

Qui autem pronomen alterum *hic* adhibet, de eo quem hunc dicit loquitur unice, atque ea caussa non coniungit cum eo caetera, sed opponit ea ut diversa, quo id ipsum, de hoc se loqui, clare intelligatur.

V. 492. Aug. a. φέρουσα.

φεῦ, φεῦ· γέρων μέν εἰμ', ὅμως δέ μοι θανεῖν
εἴη, πρὶν αἰσχρᾷ περιπεσεῖν τύχῃ τινί.
ἀνίστασ', ὦ δύστηνε, καὶ μετάρσιον
πλευρὰν ἔπαιρε καὶ τὸ πάλλευκον κάρα.

ΕΚΑΒΗ.

ἔα· τίς οὗτος σῶμα τοὐμὸν οὐκ ἐᾷ
κεῖσθαι; τί κινεῖς μ', ὅςτις εἶ, λυπουμένην;

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.

Ταλθύβιος ἥκω, Δαναϊδῶν ὑπηρέτης,
Ἀγαμέμνονος πέμψαντος, ὦ γύναι, μέτα.

ΕΚΑΒΗ.

ὦ φίλτατ', ἆρα κἄμ' ἐπισφάξαι τάφῳ
δοκοῦν Ἀχαιοῖς ἦλθες; ὡς φίλ' ἂν λέγοις.
σπεύδωμεν, ἐγκονῶμεν· ἡγοῦ μοι, γέρον.

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.

σὴν παῖδα κατθανοῦσαν ὡς θάψῃς, γύναι,

V. 493. In Augg. a. b. omissum *μὲν*. Ennius apud Nonium in *evenat* pag. 501.

senex sum, utinam mortem oppetam priusquam evenat,
quod in pauperie mea senex graviter gemam.

Porsonus in addendis adnotat, Hermiam in schol. MSS. in Phaedrum apud Ruhnkenium ad Timaeum p. 200. hinc afferre, *γέρων μὲν εἰμί, ἀλλ' ὅμως θανεῖν ἔχρῃζον*, ut videri possit legisse,

ὅμως δ' ἔχρῃζον ἂν
θανεῖν.

Vereor ne locum memoriter attulerit. Legitur in Astii editione p. 71.

V. 500. Pronomen *σὲ* ante *Ἀγαμέμνονος* pessime addit Wakefieldius, omissionem vocans erubescendum soloecismum. Thucydides I. 112. *καὶ ἑξήκοντα μὲν νῆες ἐς Αἴγυπτον ἀπ' αὐτῶν ἔπλευσαν, Ἀμυρταίου μεταπέμποντος*. De activa forma *μεταπέμπειν* videndi interpretes ad Thomam M. in *μεταπέμπομαι*.

V. 502. Augg. b. c. *λέγῃς*.

ἥκω μεταστείχων σε· πέμπουσιν δέ με
δισσοί τ' Ἀτρεῖδαι καὶ λεὼς Ἀχαϊκός.

ΕΚΑΒΗ.

οἴμοι, τί λέξεις; οὐκ ἄρ' ὡς θανουμένους
μετῆλθες ἥμας, ἀλλὰ σημανῶν κακά;
ὄλωλας, ὦ παῖ, μητρὸς ἁρπασθεῖσ' ἄπο·
ἡμεῖς δ' ἄτεκνοι τοὐπὶ σ'· ὦ τάλαιν' ἐγώ.
πῶς καί νιν ἐξεπράξατ'; ἆρ' αἰδούμενοι;
ἢ πρὸς τὸ δεινὸν ἤλθεθ', ὡς ἐχθρὰν, γέρον,
κτείνοντες; εἰπέ, καίπερ οὐ λέξων φίλα.

ΤΑΛΘΥΒΙΟΣ.

διπλᾶ με χρήζεις δάκρυα κερδᾶναι, γύναι,
σῆς παιδὸς οἴκτῳ· νῦν τε γὰρ λέγων κακὰ
τέγξω τόδ' ὄμμα, πρὸς τάφῳ θ', ὅτ' ὤλλυτο.
παρῆν μὲν ὄχλος πᾶς Ἀχαϊκοῦ στρατοῦ
πλήρης πρὸ τύμβου σῆς κόρης ἐπὶ σφαγάς.
λαβὼν δ' Ἀχιλλέως παῖς Πολυξένην χερός,
ἔστησ' ἐπ' ἄκρου χώματος, πέλας δ' ἐγώ·
λεκτοί τ' Ἀχαιῶν ἔκκριτοι νεανίαι,
σκίρτημα μόσχου σῆς καθέξοντες χεροῖν,
ἕσποντο· πλῆρες δ' ἐν χεροῖν λαβὼν δέπας
πάγχρυσον, ἔῤῥει χειρὶ παῖς Ἀχιλλέως
χοὰς θανόντι πατρί· σημαίνει δέ μοι
σιγὴν Ἀχαιῶν παντὶ κηρῦξαι στρατῷ.
κἀγὼ παραστὰς εἶπον ἐν μέσοις τάδε·

V. 505. Aug. a. *μεταστείχω σε.*

V. 507. *Οἴμοι τί λέξεις.* **Huius formulae exempla congessit Elmsleius ad Med. 1277.** — **Aug. c.** *θανουμένας.*

V. 508. *Ἥμας* **encliticum hic et alibi scribendum fuit pro** *ἡμᾶς.* **Matthiae quum contradixit, confudit** *ἧμιν* **et** *ἥμας.*

V. 519. Aug. b. *λαβών τ'.*

σιγᾶτ', Ἀχαιοί, σῖγα πᾶς ἔστω λεώς·
σίγα, σιώπα· νήνεμον δ' ἔστησ' ὄχλον.
ὁ δ' εἶπεν· ὦ παῖ Πηλέως, πατὴρ δ' ἐμός,
δέξαι χοάς μοι τάςδε κηλητηρίους,
νεκρῶν ἀγωγούς· ἐλθὲ δ', ὡς πίῃς μέλαν
κόρης ἀκραιφνὲς αἷμ', ὅ σοι δωρούμεθα
στρατός τε κἀγώ· πρευμενὴς δ' ἡμῖν γενοῦ,
λῦσαί τε πρύμνας καὶ χαλινωτήρια
νεῶν δὸς ἡμῖν, πρευμενοῦς τ' ἀπ' Ἰλίου
νόστου τυχόντας πάντας ἐς πάτραν μολεῖν.
τοσαῦτ' ἔλεξε· πᾶς δ' ἐπεύξατο στρατός.
εἶτ' ἀμφίχρυσον φάσγανον κώπης λαβὼν
ἐξεῖλκε κολεοῦ· λογάσι δ' Ἀργείων στρατοῦ
νεανίαις ἔνευσε παρθένον λαβεῖν.
ἡ δ', ὡς ἐφράσθη, τόνδ' ἐσήμηνεν λόγον·
ὦ τὴν ἐμὴν πέρσαντες Ἀργεῖοι πόλιν,
ἑκοῦσα θνήσκω· μή τις ἅψηται χροὸς
τοῦ 'μοῦ. παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.
ἐλευθέραν δέ μ', ὡς ἐλευθέρα θάνω,

V. 530. De verbis ὦ παῖ Πηλέως, πατὴρ δ' ἐμός, et similibus, vide quae disputavit Elmsleius ad Med. 940. quaeque his a me sunt adiecta.

V. 531. Aug. a. μοι, quod a me commendatum, quum etiam in duobus aliis codd. inventum esset, recepere Porsonus et Matthiae. Caeteri libri μου. Vide ad Soph. El. 434.

V. 532. Aug. b. ἀγωγάς.

V. 533. Ἀκραιφνὲς proprie id est, quod modo ab ipso fonte exiit, eoque nondum adulteratum est.

V. 535. Vide Elmsleium ad Med. 753.

V. 536. Augg. a. b. c. νεῶν· δὸς δ' ἡμῖν πρευμενοῦς ἀπ' Ἰλίου. In c. Scholion: δὸς ἡμῖν εἰπὼν ὤφειλε τυχοῦσι ἐπάξειν, et quae vulgo sequuntur.

V. 537. Aug. b. πάτρας.

V. 540. Aug. c. κουλεοῦ.

V. 542. Ἐφράσθη hoc significatu adnotavit Hesychius. Φρασθεὶς ita Herodotus VII. 46.

V. 546. Omittit hunc versum Flor. 17. Elmsleius ad He-

πρὸς θεῶν, μεθέντες κτείνατ'· ἐν νεκροῖσι γὰρ
δούλη κεκλῆσθαι, βασιλὶς οὖσ', αἰσχύνομαι.
λαοὶ δ' ἐπεῤῥόθησαν· Ἀγαμέμνων τ' ἄναξ
εἶπεν μεθεῖναι παρθένον νεανίαις.
κἀπεὶ τόδ' εἰσήκουσε δεσποτῶν ἔπος,
λαβοῦσα πέπλους ἐξ ἄκρας ἐπωμίδος,
ἔῤῥηξε λαγόνος εἰς μέσον παρ' ὀμφαλόν,

---

racl. 559. aliis exemplis adductus, ὡς ἐλευθέρως θάνω scribendum censebat. Recte vero monuit Matthiae, hic requiri hanc sententiam: *ut in morte saltem obeunda libera, non serva sim.*

V. 550. Post hunc versum in libris omnibus leguntur hi duo:

οἱ δ' ὡς τάχιστ' ἤκουσαν ὑστάτην ὄπα,
μεθῆκαν, οὗπερ καὶ μέγιστον ἦν κράτος.

Iacobsius in Exercitatt. pag. 25. seq. versu 551. κόρη δ' ὅτ' εἰσήκουσε scribendum putabat: haec omnia autem, ὑστάτην ὄπα, οὗπερ καὶ μέγιστον ἦν κράτος· κἀπεὶ τόδ' εἰσήκουσε, tamquam adnotationem interpretis cuiuspiam, deleri malebat, scribique in hunc modum,

ἡ δ' ὡς τάχιστ' ἤκουσε δεσποτῶν ἔπος.

Censor Porsoni Ienensis versus hos duos, qui legebantur post v. 550. integros delendos censebat. Eum recte sequutus est Matthiae. Nam et ineptum est ὑστάτην ὄπα, in quo iam Musgravius offenderat, et οὗπερ μέγιστον ἦν κράτος, quod ex Homerico ὅου κράτος ἐστὶ μέγιστον sumptum, tum propter ἦν, tum etiam propter οὗπερ perperam dictum: ut facile se tot indiciis prodat malus versificator. Quare non dubitavi prorsus eiicere hos versus. Ingeniose eos sed tamen frustra, defendere studuit novissimus editor Pflugkius.

V. 553. MS. Reg. Soc. et membr. λαγόνας, unde Brunckius λαγόνας εἰς μέσας dedit. Vulgata lectio, λαγόνος εἰς μέσον, quae est etiam in Augustanis, tantum abest, ut glossema sapiat, quod putat Brunckius, ut sit exquisitissima. Plerumque enim λαγόνες plurali numero dicuntur; longe rarius singularis occurrit. Eum habet Theocritus XXII. 121. 202. Nam in Chaeremonis versibus apud Athenaeum p. 608. quos ad nostrum locum emendare studuit Iacobsius in exercitatt. p. 23. λαγὼν non videtur corporis, sed vestis partem vel latus notare, sive intelligatur πτέρυξ, sive scissura, similiter ut apud Hesychium est, λαγόνες, σχίσμα γῆς. Versus Chaeremonis equidem sic emendandos puto:

ἔκειτο δ' ἣ μὲν λευκὸν εἰς σεληνόφως
φαίνουσα μαστόν, λελυμένης ἐπωμίδος·
τῆς δ' αὖ χορεία λαγόνα τὴν ἀριστερὰν

μαστούς τ' ἔδειξε στέρνα θ', ὡς ἀγάλματος,

ἔλυσε, γυμνὴν δ' αἰθέρος θεάμασιν
ζῶσαν γραφὴν ἔφαινε, χρῶμα δ' ὄμμασιν
λευκὸν μελαίνης ἔργον ἀντηύγει σκιᾶς·
ἄλλη δ' ἐγύμνου καλλίχειρας ὠλένας,
ἄλλη πρόςαντ' ἔχουσα θῆλυν αὐχένα·
ἡ δ' ἐκραγέντων χλανιδίων ὑπὸ πτύχας
ἔφαινε μηρόν, κἀξυπεσφραγίζετο
ὥρας γελώσης χωρὶς ἐλπίδων ἔρως.
ὑπνωμέναι δ' ἔπιπτον ἑλενίων ἔπι,
ἴων τε μελανόφυλλα συγκλῶσαι πτερά,
κρόκον θ', ὃς ἡλιῶδες εἰς ὑφάσματα
πέπλων σκιᾶς εἴδωλον εἰςομόργνυται·
Πέρσης δὲ θαλεροῖς ἐκτραφεὶς ἀμάρακος
λειμῶσι μαλακοὺς ἐξέτεινεν αὐχένας.

Facile veniam nobis impetrabit hic locus, tenerrimae venustatis plenissimus, si pauca quaedam ad eum illustrandum attulerimus. Ἔλυσε v. 4. plusquamperfecti significationem habet. *Vestis*, inquit, *e saltatione soluta erat*. Paullo post λευκὸν χρῶμα ἔργον μελαίνης σκιᾶς colorem lateris dicit hoc magis candentem, quo magis ille opposita umbra eminebat. Cum v. 9. et 10. comparari possunt haec Aristophanis in Ranis v. 410. Casauboni emendationem ἐκραγέντων firmantia:

καὶ γὰρ παραβλέψας τι μειρακίσκης
νῦν δὴ κατεῖδον, καὶ μάλ' εὐπροςώπου,
ξυμπαιστρίας, χιτωνίου
παραῤῥαγέντος τιτθίον προκύψαν.

Mox ἐξυπεσφραγίζετο ἔρως ὥρας γελώσης est *excludebatur*, *nudabatur*. Euripides in Herc. fur. v. 53.

ἐκ γὰρ ἐσφραγισμένοι
δόμων καθήμεθ' ἀπορίᾳ σωτηρίας.

V. 12. Lobeckio debetur ὑπνωμέναι pro ὑπτωμέναι, ad Phryn. p. 682. Denique amaracus ἐκτεῖναι αὐχένας quum dicitur, id significat *moribundum se porrigere*. Ἐκτείνειν enim proprium in hac re verbum est. Vide Gatakerum ad M. Antonin. IV. 3. p. 93. Hinc explicandum illud Sophoclis ἐκτέταμαι in Oed. Rege v. 153. quod non intellexerant interpretes.

V. 554. Augg. a. b. ἀγάλματα. Comparavit cum hoc versu Iacobsius locum Chaeremonis in Alphesiboea apud Athenaeum p. 608. quem, si coniecturae in corruptissimis versibus locus est, sic scribendum existimem:

καὶ σώματ' ἐς μὲν ὄψιν ἀντηυγάζετο
στίλβοντα, λευκοχρώματ', εἴδει διαπρεπῆ·
αἰδὼς δ' ἐπεῤῥύθμιζεν, ἠπιώτατον
ἐρύθημα λαμπρῷ προςτιθεῖσα χρώματι·
κόμαι δὲ κηροχρῶτες, ὡς ἀγάλματος,

κάλλιστα· καὶ καθεῖσα πρὸς γαῖαν γόνυ
ἔλεξε πάντων τλημονέστατον λόγον·
ἰδοὺ τόδ', εἰ μὲν στέρνον, ὦ νεανία,
παίειν προθυμεῖ, παῖσον· εἰ δ' ὑπ' αὐχένα
χρῄζεις, πάρεστι λαιμὸς εὐτρεπὴς ὅδε.
ὃ δ' οὐ θέλων τε καὶ θέλων, οἴκτῳ κόρης,
τέμνει σιδήρῳ πνεύματος διαῤῥοάς·
κρουνοὶ δ' ἐχώρουν· ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ' ὅμως
πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν,
κρύπτουσ', ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών.
ἐπεὶ δ' ἀφῆκε πνεῦμα θανασίμῳ σφαγῇ,
οὐδεὶς τὸν αὐτὸν εἶχεν Ἀργείων πόνον,
ἀλλ' οἳ μὲν αὐτῶν τὴν θανοῦσαν ἐκ χερῶν
φύλλοις ἔβαλλον· οἳ δὲ πληροῦσιν πυράν,

αὐτοῖσι βοστρύχοισιν ἐκπεπλασμένοι
ξουθοῖσιν ἀνέμοις ἐνετρύφων φορούμενοι.

V. 555. Aug. c. *κατθεῖσα*, cum glossis *καταθεῖσα, κλίνασα.*

V. 556. *Τλημονέστατον, fortissimum.* Vide Elmsl. ad Heracl. 570.

V. 557. Interpungebatur vulgo, *ἰδού, τόδ' εἰ μὲν στέρνον.* Servavit hoc Elmsleius ad Heracl. 570. In Aldina *τόδ'* ad *ἰδοὺ* refertur.

V. 558. Aug. a. *ἐπ' αὐχένα.*

V. 559. Augg. a. b. c. *εὐπρεπὴς.*

V. 560. Aug. b. *οὐ θέλων τε καὶ θέλων τε.*

V. 564. Aug. a. *κρύπτειν θ' αἳ.* b. c. *κρύπτειν θ' ἃ.* Pro vulgato *κρύπτειν θ' ἃ κρύπτειν* Brunckius ex membranarum lectione *κρύπτουσά θ' ἃ κρύπτειν* edidit *κρύπτουσ' ἃ κρύπτειν,* quod confirmavit Porsonus auctoritate afferentium haec verba Clementis Strom. II. p. 506. Hermogenis *περὶ κακοζήλου* p. 75. ed. Ald. Eustathii ad Iliad, II. p. 216. l. 7.

V. 567. Augg. b. c. *αὐτὴν* In c. supra scriptum recentiore manu, *γρ. καὶ αὐτῶν.*

V. 568. Memorabilis huius loci scriptura, sed haud dubie depravata, memoratur a grammatico in Bekkeri Anecd. p. 1293. *πάλιν δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου εὑρίσκομεν παρῳχημένων τινῶν τρίτα πρόσωπα πληθυντικὰ ἰσοσυλλαβοῦντα τοῖς ἰδίοις πρώτοις πληθυντικοῖς, οἷόν ἐστιν ὁ πληρῶν τοῦ πληροῦντος ἡ μετοχή, καὶ δέον ἐστὶν εἰπεῖν τὰ πληθυντικὰ ἐπληροῦμεν ἐπληροῦτε, καὶ τὸ*

κορμοὺς φέροντες πευκίνους· ὁ δ᾽ οὐ φέρων
πρὸς τοῦ φέροντος τοιάδ᾽ ἤκουεν κακά·
ἕστηκας, ὦ κάκιστε, τῇ νεάνιδι
οὐ πέπλον, οὐδὲ κόσμον ἐν χεροῖν ἔχων;
οὐκ εἶ τι δώσων τῇ περίσσ᾽ εὐκαρδίῳ,
ψυχήν τ᾽ ἀρίστῃ; τοιάδ᾽ ἀμφὶ σῆς λέγων

τρίτον ἐπλήρουν, ἐνδέον μιᾷ συλλαβῇ τοῦ ἰδίου πρώτου πληθυντικοῦ καὶ λῆγον εἰς τὴν παραλήγουσαν τῆς γενικῆς τῆς μετοχῆς· καὶ ὅμως εὕρηται παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ ἐν τῇ Ἑκάβῃ τὸ τρίτον τῶν πληθυντικῶν ἰσοσύλλαβον τῷ ἰδίῳ πρώτῳ προσώπῳ πληθυντικῷ, οἷον ἐπλήρουσαν, ἔνθα φησίν, οἳ δ᾽ ἐπλήρουσαν πυράν, κορμοὺς φέροντες πευκίνους.

V. 570. Aug. b. ἤκουσεν.

V. 574. *Τοιάδ᾽ ἀμφὶ σῆς λέγω* Brunckius, Porsonus, Matthiae ex coniectura Heathii pro vulgato *λέγον*, quod est etiam in Augustanis. Ad id glossa cod. Guelf. pertinet, *ἔλεγον, ποιητικόν*. Probasse videntur *λέγω* Elmsleius ad Bacch. 1132. et Dobraeus in Aristophan. p. (140) ubi scripsit: „ms. Paris. 2713. habet a manu prima *λέγων*, imo forsan *λέγω*, certe non *λέγον*.“ MS. Harl. et quem Porsonus littera N notavit, atque ed. Brubach. *λέγων*. Britanno censori scripsisse videtur poeta, *τοιάδ᾽ ἔλεγον ἀμφὶ σῆς παιδὸς θανούσης*. Miror tam versatum in Graecis poetis virum, ne quid de debilitatis numeris dicam, non recordatum esse moris, quo nuncii perorare solent. Vide Aeschylum in Persis v. 329. 470. 513. ubi quod legitur:

ταῦτ᾽ ἔστ᾽ ἀληθῆ· πολλὰ δ᾽ ἐκλείπω λέγων
κακῶν, ἃ Πέρσαις ἐγκατέσκηψεν θεός.

ex interpretatione natum videtur. Id debebat dici *τἀληθῆ*, ut in Agamemnone v. 688.

τοσαῦτ᾽ ἀκούσας ἴσθι τἀληθῆ κλύων.

Itaque fortasse *ταῦτ᾽ ἐστὶ τἄργα* scripsit poeta. Porro in Agamemnone v. 589. Sophocles in Electra v. 761. in Trachiniis v. 943. in Philoct. v. 389. 620. Sed quod dicebam, consuetae perorationis non recordatum videri censorem Britannum, Matthiae sic accepit, ac si dixissem nuncios in perorando non imperfecto, sed praesente uti. At neque ego hoc dicere volui, neque aut censorem illum, aut Porsonum, qui, si omnino retinendum sit imperfectum, *τοιάδ᾽ ἔλεγον ἀμφὶ σῆς* legi posse dixit, aut denique qui *λέγον* scripsere librarios id pro prima persona, sed pro tertia pluralis haberi voluisse existimo. Temeraria est Wakefieldii coniectura *δέχου*, et Morelli *τοῖος ἀμφὶ σῆς λόγος*. Reisigius in comm. crit. ad Oed. Col. 377. narrationem verbis *ὁ δ᾽ οὐ φέρων πρὸς τοῦ φέροντος τοιάδ᾽ ἤκουεν κακὰ* inchoatam ita per

παιδὸς θανούσης εὐτεκνωτάτην τέ σε
πασῶν γυναικῶν δυςτυχεστάτην θ' ὁρῶ.

ΧΟΡΟΣ.

δεινόν τι πῆμα Πριαμίδαις ἐπέζεσεν,
πόλει τε τῆμῇ θεῶν ἀναγκαῖον τόδε.

τοιάδ' ἀμφὶ σῆς λέγων παιδὸς θανούσης concludi putabat, ac si praecessisset ὁ δὲ φέρων τὸν οὐ φέροντα τοιάδ' εἶπε κακά. At hoc tam contortum est, ut nullus audientium intelligere potuerit. Accedit quod et plane inutilis ista sententia est, et privat Talthybii narrationem usitata peroratione. Neque vero qui λέγω correxerunt, assequuti manum poetae videntur. Nam nec veri simile est tam planum quid ac simplex in λέγων vel λέγον ab librariis mutatum esse, nec peroratio medio in versu incepta tam paucis verbis apte concluditur. Itaque et lenissimam et elegantissimam emendationem Erfurdtii recepi, prolatam in Beckii Actis seminarii et Soc. philolog. Lips. vol. I. p. 424. τοιάδ' ἀμφὶ σῆς λέγων παιδὸς θανούσης εὐτεκνωτάτην τέ σε πασῶν γυναικῶν δυστυχεστάτην θ' ὁρῶ. Apertum est autem, quum librariorum errore τε in δὲ mutatum esset, cur quod iam intelligi non poterat λέγων cum λέγον commutaverint. Confirmatur Erfurdtii emendatio quodammodo eo, quod Choeroboscus in Bekkeri Anecd. p. 1287. de ω in εὐτεκνωτάτην explicans integros sine interpunctione versus 575. 576. affert, licet etiam apud illum scriptum sit δέ.

V. 576. In Augg. a. b. abest θ'. In c. additum ab recentiore manu.

V. 577. Verbum hoc ἐπέζεσεν explicans Etym. M. p. 355, 12. priorem horum versuum affert. Fallebatur Musgravius, verbum hoc active dictum putans, ut πῆμα accusativus, ἀναγκαῖον nominativus esset: ex quo patet eum interpunctionem, quam libri post τῆμῇ habent, tolli voluisse. Quod si eum movit particulae omissio, hoc quidem nomine laudandus est. Nam quis non exspectaret, θεῶν δ' ἀναγκαῖον τόδε? Removenda omnino erat interpunctio, sed sic, ut etiam θεῶν ἀναγκαῖον nominativus esset. Constructio est: δεινόν τι πῆμα τόδε ἀναγκαῖον θεῶν ἐπέζεσεν. Sic iam scholiastes; cuius haec verba sunt: χαλεπή τις αὕτη βλάβη τῶν θεῶν, ἤγουν ἧς αἴτιοι οἱ θεοί, ἀπαραίτητος, λέγει δὲ τὴν ἑαυτῶν ἅλωσιν, ἐπῆλθε τοῖς Πριαμίδαις καὶ τῇ πόλει· sed errat ille in eo, quod non coniunxit θεῶν ἀναγκαῖον.

V. 578. Dignus Attii grandiloquentia versus hinc sumptus videtur,

veter fatorum terminus sic iusserat.

Eum affert Priscianus lib. VI. p. 716. (vol I. p. 274. ed. Krehl.)

ὦ θύγατερ, οὐκ οἶδ' εἰς ὅ τι βλέψω κακῶν,
πολλῶν παρόντων. ἢν γὰρ ἅψωμαί τινος,
τόδ' οὐκ ἐᾷ με· παρακαλεῖ δ' ἐκεῖθεν αὖ
λύπη τις ἄλλη διάδοχος κακῶν κακοῖς.
καὶ νῦν τὸ μὲν σὸν ὥστε μὴ στένειν πάθος,
οὐκ ἂν δυναίμην ἐξαλείψασθαι φρενός·
τὸ δ' αὖ λίαν παρεῖλες ἀγγελθεῖσά μοι
γενναῖος. οὔκουν δεινόν, εἰ γῆ μὲν κακή,

---

ex Attii Hecuba. Qui Prisciani locus quum solus sit, in quo Hecubae Attii mentio fiat, nisi forte Ciceronis locum, a Mureto Attii nomine auctum, addideris, de quo dicemus ad v. 586. nonnihil dubitabam, an apud Priscianum aliquid vitii lateret. Quamquam et in poetae et in fabulae nomine consentiunt duo codices membranacei bibliothecae Paullinae Lipsiensis.

V. 582. Wakefieldio διαδόχοις corrigenti censor Britannus alium opposuit similem locum, in quo διάδοχος dativo simul et genitivo iunctum est: Suppl. v. 72. ubi γόοις cum Valkenario ad Phoen. p. 134. legit, et sic interpungit:

ἀγὼν ὅδ' ἄλλος ἔρχεται, γόων γόοις
διάδοχος.

Nec multum differt alius ex Andromacha v. 803.

ὡς κακὸν κακῷ
διάδοχον ἐν τῇδ' ἡμέρᾳ πορσύνεται.

Quae praeterea exempla idem censor attulit, quem ad finem commemoraverit, non video. Alia enim eorum prorsus nihil faciunt ad rem, in aliis autem dativus non ad διάδοχος, sed ad verbum quod additum habent, pertinet. Hi loci sunt in Andromacha v. 744. in Alcestide v. 658. in Aeschyli Prometheo v. 463. Recte Hecubae verba explicat Matthiae, *quae mala excipit aliis malis additis.*

V. 584. Aug. b. ἐξαλείψεσθαι.

V. 586. Ex hoc loco ducti sunt illi versus apud Ciceronem Tusc. Q. II. 4.

probae etsi in segetem sunt deteriorem datae
fruges, tamen ipsae suapte natura enitent.

Apud Ciceronem quum legeretur: *falsumque illud ac improbe: etsi*, et quae sequuntur, Muretus emendavit, *falsumque illud Accii, probae etsi.* Praeclaram Reizius dicebat hanc coniecturam: verum tamen vereor ne Ennii potius nomen, quam Attii isto in loco lateat. Certe Ennii versus esse eo probabile fit, quod ex huius Hecuba tot versus memorantur satis

τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν, εὖ στάχυν φέρει,
χρηστὴ δ', ἁμαρτοῦσ' ὧν χρεὼν αὐτὴν τυχεῖν,
κακὸν δίδωσι καρπόν· ἄνθρωποι δ' ἀεί,

---

accurate respondentes Euripideis, ex Attii Hecuba autem unus tantum, isque talis, ut possit etiam aut non esse ab Euripide traductus, aut Attio per errorem adscriptus. Quos Cicero habet versus, Osanno in Anal. crit. p. 138. si sint Ennii, atque ex hoc loco expressi, quum diversam ab Euripidis verbis sententiam contineant, ex alia lectione, quam quae in nostris est Euripidis libris, hausti videbantur. Contra eum vereor ne argutius disputaverit Matthiae. Nam quidni censeamus Ennium, quum liberius sequeretur inventa Euripidis, aliter atque illum ista comparatione usum, similes esse homines frugibus eo dixisse, quod, quae probae fruges essent, non mutarent naturam datae in segetem deteriorem?

V. 589. Aug. a. καρπὸν δίδωσι κακόν. Deinde a. b. c. ἀνθρώποις, quae librorum omnium scriptura est. Ego edideram ἄνθρωποι δ' ἀεί, quod recepit Haackius. Nec nunc restitui vulgatam, non quod ἄνθρωποι genuinam putem, sed quia ἀνθρώποις falsum. Nego enim ac pernego, ἀνθρώποις hic dici potuisse. Nudus enim dativus quoniam significat alicui aliquid fieri, sive id fiat in commodum, sive in damnum, sive in alium quemcumque usum, vel per se hic casus in hac sententia ineptus est. Neque enim quid hominibus bona hominis vel mala indoles afferat, sed ipsorum qualis indoles et natura sit dicendum est. Quare miror quod Matthiae dicit, se hoc dativo non magis offendi, quam eo, qui apud Platonem in Phaedone sit p. 65. A. B. ἆρα ἔχει ἀλήθειάν τινα ὄψις τε καὶ ἀκοὴ τοῖς ἀνθρώποις; vel apud Xenophontem Cyrop. I. 2, 2. οὗτοι δὲ δοκοῦσιν οἱ νόμοι ἄρχεσθαι τοῦ κοινοῦ ἀγαθοῦ ἐπιμελούμενοι οὐκ ἔνθεν ὅθενπερ ταῖς πλείσταις πόλεσιν ἄρχονται· vel apud Herodotum VIII. 98. τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἤδη κατὰ ἄλλον διεξέρχεται παραδιδόμενα, κατάπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδηφορίη. Nam his quidem quis offendatur? Nec magis offendetur quisquam illis, quae in gramm. Gr. §. 387. p. 709. ed. secund. attulit, praeterquam hoc Hecubae loco. Nimirum in illos quadrat, quod de dativo diximus; non quadrat autem in Euripidis versum, qui locis illis omnibus dissimillimus est. Adduxit tamen Matthiae in suam sententiam etiam Pflugkium, qui si attendisset diligentius, non adiecisset haec alia dissimillima Hecubae versui exempla, in Bacch. 310. μὴ τὸ κράτος αὔχει δύναμιν ἀνθρώποις ἔχειν, et v. 402. ἵν' οἱ θελξίφρονες νέμονται θνατοῖσιν ἔρωτες. Accedit autem in Hecuba alia perversitas. Nam nisi quis ἀνθρώποις idem quod ἐν ἀνθρώποις esse volet, quod non puto fore qui dicat, qui sunt illi, quibus opponuntur homines? Agros quoque opinor Euripides hominibus potius quam belluis vel pecudibus fruges ferre cogitabat. Itaque

ὁ μὲν πονηρὸς οὐδὲν ἄλλο πλὴν κακός·
ὁ δ' ἐσθλὸς ἐσθλός, οὐδὲ συμφορᾶς ὕπο
φύσιν διέφθειρ', ἀλλὰ χρηστός ἐστ' ἀεί.
ἆρ' οἱ τεκόντες διαφέρουσιν, ἢ τροφαί;
ἔχει γε μέντοι καὶ τὸ θρεφθῆναι καλῶς
δίδαξιν ἐσθλοῦ· τοῦτο δ' ἤν τις εὖ μάθῃ,
οἶδεν τό γ' αἰσχρὸν κανόνι τοῦ καλοῦ μαθών.
καὶ ταῦτα μὲν δὴ νοῦς ἐτόξευσεν μάτην·
σὺ δ' ἐλθὲ καὶ σήμηνον Ἀργείοις τάδε,
μὴ θιγγάνειν μοῦ μηδέν', ἀλλ' εἴργειν ὄχλον,

---

talis ex librorum scriptura nascetur sententia: terra prouti tempestas et cultura magis minusve favet, bonas hominibus vel malas fruges fert: hominibus autem qualis homo natura est, talis semper manet. Hoc quis ferat? quis non, quum ἄνθρωποι scribere poeta posset, hoc eum posuisse credat, nisi praeferret aliud? Atqui quum omnes libri dativum habeant, scholiastarumque alius scribat, ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις οὐκ ἔστι τοῦτο ἰδεῖν, alius autem, ἐπὶ μὲν οὖν τῆς γῆς οὕτως ἔχει, ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων ὁ ἀπὸ φύσεως ὑπάρχων πονηρὸς ἢ κακὸς ἢ ἀγεννὴς καὶ μέχρι τέλους οὕτω διαμένει· veri simillimum est, ἀνθρώποις interpretationem esse, qua in textum illata a metricis deletum sit ἐν. Quare ego quidem suspicor Euripidem ἐν βροτοῖς δ' ἀεὶ scripsisse.

V. 592. Cod. Aug. a. scripturam διέφθορ' exhibiturum se fuisse dicit Porsonus ad v. 701. si in pluribus reperta esset libris. Nihil est in vulgata quod displicere possit: quin elegantior ea ad numerum est.

V. 593. Quum saepe unus articulus duobus substantivis sufficiat, notanda tamen hic insolentiore modo adhibita ea constructio. Similiter Sophocles in Aiace 1250.

οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς
οὐδ' εὐρύνωτοι φῶτες ἀσφαλέστατοι.

V. 594. Augg. a. c. ἔχει γέ τι καὶ τὸ. b. ἔχει γέ τοί τι καὶ τὸ.

V. 595. Aug. a. μάθοι.

V. 596. Pro μαθὼν Porsonus scripsisse Euripidem μετρῶν putabat, propterea quod modo praecessisset μάθῃ. Mutavit sententiam, vulgatam citari videns a schol. Townl. ad Iliad. ζ. 351. Non debet in tragicis offensioni esse eiusdem vocabuli repetitio, quam ut Aeschylus amat, ita Sophocles et Euripides non evitant.

V. 599. Praestare videbatur Schaefero μοι, quod oblatum a cod. Mosc. D. recepit Matthiae. Non deseruerim unius codi-

τῆς παιδός. ἐν τοι μυρίῳ στρατεύματι
ἀκόλαστος ὄχλος ναυτική τ' ἀναρχία,
κρείσσων πυρός· κακὸς δ', ὁ μή τι δρῶν κακόν.
σὺ δ' αὖ λαβοῦσα τεῦχος, ἀρχαία λάτρι,
βάψασ' ἔνεγκε δεῦρο ποντίας ἁλός,
ὡς παῖδα λουτροῖς τοῖς πανυστάτοις ἐμήν,
νύμφην τ' ἄνυμφον, παρθένον τ' ἀπάρθενον,
λούσω προθῶμαί θ'· ὡς μὲν ἀξία, πόθεν;
οὐκ ἂν δυναίμην· ὡς δ' ἔχω· τί γὰρ πάθω;
κόσμον τ' ἀγείρασ' αἰχμαλωτίδων πάρα,
αἵ μοι πάρεδροι τῶνδ' ἔσω σκηνωμάτων
ναίουσιν, εἴ τις τοὺς νεωστὶ δεσπότας
λαθοῦσ' ἔχει τι κλέμμα τῶν αὑτῆς δόμων.
ὦ σχήματ' οἴκων, ὦ πότ' εὐτυχεῖς δόμοι,
ὦ πλεῖστ' ἔχων κάλλιστά τ', εὐτεκνώτατε

---

cis caussa caeterorum scripturam librorum, quum apertum sit coniungi debere *θιγγάνειν μοὺ τῆς παιδός.*

V. 600. Aug. c. ut vulgo *ἐν γάρ.* Plurimi codd. *ἔν τοι,* quod fuerat prius in Aug. c. Sed Aug. a. *ἔν τι.*

V. 604. Augg. b. c. *ἐνέγκαι.*

V. 606. Aug. a. *νύμφην ἄνυμφον*, qui hunc versum habet ante v. 605.

V. 609. Porsonum, qui *βάψασα ἀγείρασά τε* iungenda censebat, iure reprehendit Schaeferus, quod sic famula collecto a captivis ornatu aquam afferre iuberetur. Sensum ipse esse putat, *προθῶμαί τ' ἐκ τῶν ἐνόντων καὶ κόσμον ἀγείρασα.* Recte, eo quidem discrimine, ut aliud sit *τε*, quam si *καὶ* posuisset. Sic non opus Wakefieldii alioqui non mala coniectura *κόσμον γ' ἀγείρασα.*

V. 614. Augg. b. c. omittunt *τ'*. Porsonum, qui distinguendum putabat, *ὦ πλεῖστ' ἔχων, κάλλιστά τ' εὐτεκνώτατε Πρίαμε*, refutare studuerunt Matthiae et Reisigius in comm. crit. ad Oed. Col. p. 342. Nihil caussae est, quare non recte et *καλῶς εὔτεκνος* et *κάλλιστα εὐτεκνώτατος* dicatur. Nam *εὔτεκνος* si est, ut hoc loco, qui multos genuit liberos, is, si proles illa etiam suapte virtute insignis est, recte *καλῶς εὔτεκνος* vocabitur, non secus atque *κακῶς εὔτεκνος* est, cuius degeneres sunt liberi. Sed hoc quidem loco aptius iunguntur *πλεῖστα κάλλιστά τε.* Complectitur enim omnia, quum dicit, o qui maximas opes, summam felicitatem, numerosissimam prolem habuisti.

Πρίαμε, γεραιά θ' ἥδ' ἐγὼ μήτηρ τέκνων,
ὡς εἰς τὸ μηδὲν ἥκομεν, φρονήματος
τοῦ πρὶν στερέντες. εἶτα δῆτ' ὀγκούμεθα,
ὃ μέν τις ἡμῶν πλουσίοις ἐν δώμασιν,
ὃ δ' ἐν πολίταις τίμιος κεκλημένος.
τὰ δ' οὐδέν· ἄλλως φροντίδων βουλεύματα,
γλώσσης τε κόμποι. κεῖνος ὀλβιώτατος,
ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἐμοὶ χρῆν συμφοράν, *στρ.*
ἐμοὶ χρῆν πημονὰν γενέσθαι,
Ἰδαίαν ὅτε πρῶτον ὕλαν
Ἀλέξανδρος εἰλατίναν
ἐτάμεθ' ἅλιον ἐπ' οἶδμα ναυστολήσων
Ἑλένας ἐπὶ λέκτρα, τὰν
καλλίσταν ὁ χρυσοφαὴς
Ἅλιος αὐγάζει.
πόνοι γάρ, καὶ πόνων *ἀντ.*

V. 615. Aug. c. *τῶν τέκνων.*

V. 620. Aug. b. *ἄλλων.*

V. 621. Hinc videtur illud Ennii esse, quod Cicero de Fin. II. 13. omisso fabulae nomine affert: *nimium boni est, cui nihil est mali.* Quae verba parum eleganter sic in trochaicis posita essent:

nimium boni est,
cui nihil est mali.

Sed quum paullo ante (vide ad v. 586.) trimetris iambicis usus esset Ennius, videtur Cicero aliquid omisisse. Recte procederet versus hoc modo:

nimium boni est profecto cui nil est mali.

V. 628. In metrorum descriptione peccaverant editores, qui primam syllabam sequentis vocabuli, male interrupto eius numero, huic versui addiderant. Aug. a. *Ἑλέναν.* Mirari videtur Matthiae, quod hanc scripturam memorabilem vocaverim. Feci propterea, quod iungi possunt *ναυστολήσων Ἑλέναν,* ut in Oreste v. 741. *καὶ δάμαρτα τὴν κακίστην ναυστολῶν ἐλήλυθεν.*

ἀνάγκαι κρείσσονες κυκλοῦνται.
κοινὸν δ' ἐξ ἰδίας ἀνοίας
κακὸν τᾷ Σιμουντίδι γᾷ
ὀλέθριον ἔμολε, συμφορά τ' ἀπ' ἄλλων.
ἐκρίθη δ' ἔρις, ἂν ἐν Ἴ-
δᾳ κρίνει τρισσὰς μακάρων
παῖδας ἀνὴρ βούτας,
ἐπὶ δορὶ καὶ φόνῳ καὶ ἐμῶν μελάθρων λώβᾳ· ἐπῳδ.
στένει δὲ καί τις ἀμφὶ τὸν εὔροον Εὐρώταν
Λάκαινα πολυδάκρυτος ἐν δόμοις κόρα·
πολιάν τ' ἐπὶ κρᾶτα μάτηρ
τέκνων θανόντων τίθεται
χέρα, δρύπτεταί τε παρειάν,
δίαιμον ὄνυχα τιθεμένα σπαραγμοῖς.

V. 633. Hoc dicit: commune malum invasit Troiam, et a domestica insania, Paridis scilicet, et ab exteris, bello a Graecis illato. *Κοινὸν* patet sic dictum esse, ut sensu etiam ad *συμφορὰν* referatur.

V. 634. Aug. b. *Σιμοεντίδι*.

V. 639. Vulgo hi duo versus in quattuor divisi legebantur:

ἐπὶ δορί, καὶ φόνῳ, καὶ ἐμῶν
μελάθρων λώβᾳ.
στένει δὲ καί τις ἀμφὶ τὸν
εὔροον Εὐρώταν.

Quocumque modo distinguere velis, inepti exsistunt numeri. Duo versus sunt, eodem numero. Itaque *εὔροον* scripsimus, pro quo in libris est *εὔρουν*. Recepit in secunda Porsonus.

V. 642. Vereor ne in his versibus non ubique genuinam scripturam habeamus. Codd. Flor. 2. 25. 33. Vict. *πολιὰν*. Eorumque 2. et 25. *δ'* pro *τ'*. Flor. 33. autem *πολιάν τ' ἐπὶ κρᾶτα δ' ἡ μήτηρ*. Mox post *δρύπτεται* omittunt *τε* Flor. 2. 10. 25. nec videtur eam particulam habuisse scholiastes metricus, qui versum epodi nonum, i. e. verba *δρύπτεται παρειάν*, ithyphallicum esse dicat. *Δὲ* pro *τε* habet Flor. 17. Ex his scripturis *πολιὰν* recipiendum duxi, ut quod non videatur ab librariis profectum esse. Amat autem huiusmodi permutationes Euripides. Sed quum usitatum sit in epodis eadem metra iterari, suspicari licet hunc versum sic esse ab Euripide scriptum,

πολιάν τε κρᾶτ' ἔπι μάτηρ,

ut congrueret cum illo,

χέρα, δρύπτεταί τε παρειάν.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

Γυναῖκες, Ἑκάβη ποῦ ποθ᾽ ἡ παναθλία,
ἡ πάντα νικῶσ᾽ ἄνδρα καὶ θῆλυν σπορὰν
κακοῖς, ἵν᾽ οὐδεὶς στέφανον ἀνθαιρήσεται.

ΧΟΡΟΣ.

τί δ᾽, ὦ τάλαινα σῆς κακογλώσσου βοῆς;
ὡς οὔποθ᾽ εὕδει λυπρά σου κηρύγματα.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

Ἑκάβῃ φέρω τόδ᾽ ἄλγος· ἐν κακοῖσι δὲ
οὐ ῥᾴδιον βροτοῖσιν εὐφημεῖν στόμα.

Nisi, quum glossa in Flor. 21. *κάρα* non glossa, sed diversa lectio esse videatur, haec fuit horum versuum scriptura:

πολιὰν κάρα τε μάτηρ
τέκνων θανόντων θεμένα
χέρα, δρύπτεται παρειάν.

V. 648. Libri *κακοῖσιν; οὐδεὶς στέφανον ἀνθαιρήσεται.* Et sic etiam scholiastes, nec dubium quin ita loqui potuerit mulier ista. Sed non amant tamen huiusmodi inconnexas sententias tragici, qualem etiam supra v. 578. removimus. Quare scribendum putavi *κακοῖς, ἵν᾽ οὐδεὶς στέφανον ἀνθαιρήσεται.* Quum *νικῶσα* dixit, hoc in mente habuit: ubinam est Hecuba, quae viros et feminas vincit malis in certamine, ubi ei nemo palmam praeripiet.

V. 649. Recte Wakefieldius interrogationis signum non post *τάλαινα,* sed in fine versus apponendum monuit. Cohaerent *τάλαινα σῆς κακογλώσσου βοῆς.*

V. 650. Quod olim huius loci opportunitate in Theocriti II. 126. conieci, pro *εὗδον δ᾽* ibi legendum esse *εὖ δ᾽ ἧς,* quam disputationem adnotationibus suis inseruit Gaisfordius, id hodie non tuear. Nam videtur *εὗδον* ibi ut apud Euripidem significare *desinerem, finem facerem.* Recte scholiastes apud Euripidem *ἠρεμεῖ.* Caeterum ne quis a vera huius loci sententia aberret, quod Pflugkio accidit, miranti, quid haec famula prius acerbi nuncii attulisset, eoque ad parum veri simile commentum confugienti, tenendum est, non esse hanc orationem quaerentis quid novi acciderit, quidque illa praeter ea quae prius nunciaverit afferat: nihil enim nunciaverat, immo ne loquuta quidem est: sed uterque versus sermonem habet indignantis ob vociferationem mulieris. Id ut in priore versu *σῆς,* ita in hoc *σοῦ* indicat, con-

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν περῶσα τυγχάνει δόμων ὕπερ
ἤδ᾽, εἰς δὲ καιρὸν σοῖσι φαίνεται λόγοις.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ὦ παντάλαινα, κἄτι μᾶλλον ἢ λέγω,
δέσποιν᾽, ὄλωλας, κοὐκέτ᾽ εἶ, βλέπουσα φῶς,
ἄπαις, ἄνανδρος, ἄπολις ἐξεφθαρμένη.

---

firmatque particula ὡς, pro qua alioquin ἆρα dicendum fuisset. Sensus est: *quid tibi vis ista tua infausta vociferatione: nam non desinis hos tuos iactare malos nuncios.*

V. 653. Plerique libri δόμων ἄπο, alii ὕπερ. Nota marginalis in uno, γρ. ὑπέρ, ἐπέκεινα, ἤγουν ἔξω. Recepit ὕπερ Porsonus, cui opponit Matthiae, quod hic genitivus, non accusativus, ut in Orest. 1371. πέφευγα κεδρωτὰ παστάδων ὑπὲρ τέρεμνα, et in Ion. 46. ὑπὲρ δὲ θυμέλας διορίσαι πρόθυμος ἦν, adiunctus sit. Huic argumento ego quidem non multum tribuam; amant enim poetae hanc casuum permutationem. Quare Porsonum sequi malui, quam ὑπὸ ponere, quod Matthiae dedit, oblitus ille adiicere, esse id saltem pro varia lectione in Mosc. 1. adnotatum.

V. 654. Aug. a. εἰς καιρὸν δέ. c. εἰς καιρόνδε. b. εἰς καινονδε.

V. 656. Aug. b. κοὐκέτι βλέπουσα. Plerique libri κοὐκέτ᾽ εἶ vel κουκέτι sine εἶ. Quidam sine copula οὐκέτ᾽ εἶ vel οὐκέτι. Asyndeton probavit Matthiae, ut affectui loquentis magis accommodatum. Mihi id non solum ab hoc loco, qui quasi initium est narrationis, valde alienum esse, sed repugnare etiam consuetudini Graecorum videtur, qui fortius affirmandi caussa eamdem notionem per negationem contrarii cum copula repetunt. Quare male etiam, qui κοὐκέτ᾽ εἶ scripserunt, coli signo post ὄλωλας interpunxere. Valde differt ab hoc dicto illud Hecubae v. 671. ἀπωλόμην δύστηνος· οὐκέτ᾽ εἰμὶ δή. Haec enim exclamatio est. Tum vulgo iungebantur κοὐκέτ᾽ εἶ βλέπουσα φῶς. Unus liber κοὐκέτι βλέπεις φάος. Recte Reisigius in syntagm. crit. p. 9. sq. κοὐκέτ᾽ εἶ, βλέπουσα φῶς, i. e. mortua es, quamvis lucem cernas. Probatque id Schaeferus, sed singulari iudicio nolens interpungi post εἶ. Caeterum multo ante eodem modo haec interpretatus erat scholiastes.

V. 657. Interpungebatur post singula verba in hoc versu. At non videtur recte ἐξεφθαρμένη quasi quartum memorari, quo infelix sit Hecuba, sed potius ἐξεφθαρμένη ἄπαις, ἄνανδρος,

ΕΚΑΒΗ.

οὐ καινὸν εἶπας· εἰδόσιν δ' ὠνείδισας.
ἀτὰρ τί νεκρὸν τόνδε μοι Πολυξένης
ἥκεις κομίζουσ', ἧς ἀπηγγέλθη τάφος
πάντων Ἀχαιῶν διὰ χερὸς σπουδὴν ἔχειν;

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ἥδ' οὐδὲν οἶδεν, ἀλλά μοι Πολυξένην
θρηνεῖ· νέων δὲ πημάτων οὐχ ἅπτεται.

ΕΚΑΒΗ.

οἲ 'γὼ τάλαινα, μῶν τὸ βακχεῖον κάρα
τῆς θεσπιῳδοῦ δεῦρο Κασσάνδρας φέρεις;

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ζῶσαν λέλακας· τὸν θανόντα δ' οὐ στένεις
τόνδ'· ἀλλ' ἄθρησον σῶμα γυμνωθὲν νεκροῦ,
εἴ σοι φανεῖται θαῦμα καὶ παρ' ἐλπίδας.

ΕΚΑΒΗ.

οἴμοι, βλέπω δὴ παῖδ' ἐμὸν τεθνηκότα
Πολύδωρον, ὅν μοι Θρῂξ ἔσωζ' οἴκοις ἀνήρ.
ἀπωλόμην δύστηνος, οὐκέτ' εἰμὶ δή.
ὦ τέκνον, τέκνον

ἄπολις dicitur, i. e. prorsus perisse, quod orba filiis, orba marito, orba urbe sit. Quare removi distinctionem post ἄπολις.

659. Insolens ratio est, quam scholiastes commendat, ut interpungatur post ἀτὰρ τί; Etiam absque illa interpunctione miratur Hecuba, Polyxenae corpus sibi afferri. Conferendus etiam Elmsleius ad Heracl. 661.

V. 660. Aug. c. ἀπηγγέλη.

V. 669. Aug. a. δὲ, in quo saepe perexiguum inter ε et η discrimen est.

V. 671. Aug. a. δὲ.

V. 672. Quum in carminibus melicis fere neglecta iacerent

αἰαῖ, κατάρχομαι νόμον
βακχεῖον ἐξ ἀλάστορος
ἀρτιμαθὴς κακῶν.

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

ἔγνως γὰρ ἄτην παιδὸς, ὦ δύστηνε σύ;

ΕΚΑΒΗ.

ἄπιστ', ἄπιστα, καινὰ, καινὰ δέρκομαι.
ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ·
οὐδέ ποτ' ἀστένακτος ἀδάκρυτος ἁ-
μέρα 'πισχήσει.

---

antistrophica, eorumque multa primum a me, deinde a Seidlero essent detecta, non mirandum est, quod ad eas investigationes alacriores facti etiam ibi antistrophica invenire visi sumus, ubi nulla sunt. Neque est quod id nos valde poenitere debeat. Nam et per irritos conatus verum cognoscitur, nec temere carmen ullum in tragoedia non esse antistrophicum putandum est, nisi et consideratum accurate, et reperta contrariae rationis caussa. Et hoc quidem carmen tum Seidlerus in libro de versibus dochmiacis p. 233. sqq. tum ego in dissertatione de usu carminum antistrophicorum, in Elementis doctrinae metricae p. 767. in Epitome eius doctrinae p. 275. ad quamdam rationem antistrophicam conati sumus disponere. Frustra. Nam et violentis opus erat mutationibus, nec metra sibi accurate respondebant, nec descriptiones stropharum ipsae satis planae atque idoneis caussis fultae conficiebantur. Recte scholiastes carmen hoc ad ἀνομοιόστροφα refert. Est enim querimonia, versibus maxime dochmiacis scripta, non certa lege, sed uti vehemens dolor et indignatio Hecubae ferebat. Et hic quidem versus, qui primus est, dochmiacus est, recte scriptus vulgo ὦ τέκνον, τέκνον, qui tristior est et lugubrior numerus, quam ὦ τέκνον, ὦ τέκνον, quod est in Flor. A. Non male tamen multi codd. semel tantum ὦ τέκνον, ut Augustani, quorum in a. b. αἲ αἲ, in c. αἶ αἶ αἶ.

V. 679. Libri, οὐδέποτ' ἀδάκρυτον ἀστένακτον ἁμέρα μ' ἐπισχήσει, sed in Guelf. Flor. 6. 9. 18. ad ultimam syllabam verborum ἀδάκρυτον ἀστένακτον supra scriptum ς. Duplicis scripturae testis etiam scholiastes: πρὸς μὲν τὸ ἡμέρα, τὸ ἀδάκρυτος καὶ ἀστένακτος ἀποδοτέον, πρὸς δὲ τὸ ἐμέ, ἀδάκρυτον καὶ ἀστένακτον. Tam aperta in verbis vestigia sunt dochmiacorum, ut dubitari nequeat, quin vera scriptura sit, οὐδέποτ' ἀστένακτος ἀδάκρυτος ἁμέρα 'πισχήσει. Interpretum est με, atque inde

ΧΟΡΟΣ.

δείν᾽, ὦ τάλαινα, δεινὰ πάσχομεν κακά.

ΕΚΑΒΗ.

ὦ τέκνον, τέκνον ταλαίνας ματρός,
τίνι μόρῳ θνήσκεις, τίνι πότμῳ κεῖσαι;
πρὸς τίνος ἀνθρώπων;

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

οὐκ οἶδ᾽· ἐπ᾽ ἀκταῖς νιν κυρῶ θαλασσίαις.

ΕΚΑΒΗ.

ἔκβλητον, ἢ πέσημα φοινίου δορός,
ἐν ψαμάθῳ λευρᾷ;

ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ.

πόντου νιν ἐξήνεγκε πελάγιος κλύδων.

ΕΚΑΒΗ.

ᾤ μοι, αἰαῖ, ἔμαθον ἔνυπνον ὀμμάτων

---

orti accusativi ἀδάκρυτον et ἀστένακτον. Et verum ordinem verborum, ἀδάκρυτον ἀστένακτον praebent codd. Mosc. C. Vict. et duo Florentini. In fine pauci codd. addunt αἶ αἶ τῶν κακῶν, vel αἶ αἶ κακῶν, quae non dubitandum quin a metricis sint profecta.

V. 687. Verba ἐν ψαμάθῳ λευρᾷ in libris continuantur sequenti dicto famulae, quam in diss. de usu antistr. et in Elem. d. metr. monui non nisi trimetris loqui debere. Commotior oratio solam decet Hecubam. Sed minime opus est, ut haec verba ante v. 685. collocentur, quemadmodum in dissertatione illa censebam. Eam commutationem improvide receperunt Matthiae et Pflugkius.

V. 689. Scholiastae metrico si quid tribuendum esset, multo aliter eum oporteret stropham hanc legisse, quam scripta est in libris. Emendavit illum Kingius, sed reliquit aliquid agendum aliis. Numerat scholiastes huius strophae versus septem, sed ordine

ἐμῶν ὄψιν· οὐδὲ παρέβα με φά-
σμα μελανόπτερον, ἂν ἐςεῖδον ἀμφὶ σ',
ὦ τέκνον, οὐκέτ' ὄντα Διὸς ἐν φάει.

---

perturbato. Commemorabo singula, appositis verbis poetae. 1. τὸ ά, τροχαϊκὸν μονόμετρον. ὤμοι αἰαῖ. 2. τὸ β', ὅμοιον ἑφθημιμερές, (Kingius ὑπερκατάληκτον) ἐκ χορείων. ἔμαθον ἐνύπνιον. Vulgata si vera est, geminatum legit scholiastes ἔμαθον. 3. τὸ γ', ὅμοιον ἑφθημιμερὲς καθαρόν· ὀμμάτων ἐμῶν ὄψιν, vel ὄψιν ὀμμάτων ἐμῶν. 4. Hoc non suo loco positum. τὸ έ, παιωνικὸν δίμετρον ἐκ παίωνος ά καὶ παλιμβακχείου. οὔ με παρέβα φάσμα. 5. τὸ ς', ἀναπαιστικὸν ἑφθημιμερές, (Kingius τροχαϊκὸν ἰθυφαλλικόν) τοῦ β' ποδὸς δακτύλου. Haec postrema verba non suo loco sunt posita: nam verba poetae haec sunt: μελανόπτερον, ἂν εἰςεῖδον. 6. τὸ δ', τροχαϊκὸν ἰθυφαλλικόν. Hic ponenda sunt illa, τοῦ β' ποδὸς δακτύλου: nam verba sunt: ἀμφὶ σ', ὦ τέκνον, οὐκέτ'. 7. τὸ ζ', παιωνικὸν δίμετρον, ἐκ παίωνος ά καὶ Κρητικοῦ: ὄντα Διὸς ἐν φάει. Patet ex his, sexto versu in quarti locum reiecto, turbatos esse numeros et scripturam. Venio nunc ad ipsa poetae verba. Aug. a. c. ᾤ μοι αἶ αἶ. b. οἴμοι αἲ αἴ. Deinde vulgo cum Aldina: ἔμαθον ἐνύπνιον, ὀμμάτων τ' ἐμῶν ὄψιν. Novissimi editores τ', quod in codd. fere omnibus abest, deleverunt. Sed in ἐνύπνιον consentiunt libri. Eam vocem sive sic sive aliter scriptam pro adiectivo habuit paraphrastes, qui sic haec reddidit: ἔμαθον τὴν νυκτερινὴν ὄψιν τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν. Porro libri omnes, οὔ με παρέβα φάσμα, nisi quod Havn. παρῆλθε. De numero dochmiaco quum dubitari non possit, ἔνυπνον et οὐδὲ παρέβα με φάσμα reposui. Nam valde insuavem reddit versum, quod Matthiae edidit, οὔ με παρέβα φάντασμα. Nec prodest ad removendam dubitationem de metro sequentis versus.

V. 692. Aug. a. ut Aldina: ἂν ἐςεῖδον ἀμφὶ σ' ὦ τέκνον, οὐκέτ' ὄντα Διὸς ἐν φάει. Aug. b. ἂν ἐςεῖδον ἂν ἀμφί σ' ὦ, utrique ἂν puncto supra apposito, quo alterum delendum significetur. Aug. c. et quinque alii codd. ἂν εἰςεῖδον. Brunckius Kingio auctore ἂν εἶδον. Quod Matthiae ex Mosc. A. affert, ἀμφὶ σὸν, τέκνον, dubito an neque illo in codice legatur, et σὸν error vel comparantis codicem vel typothetae sit. Nam hausisse illud Matthiae ex hac Beckii adnotatione p. 1027. a. videtur: *σ' ὦ Cod. A. σὸν — οὐκέτ' in hoc versu habet Cod. C. ut et Br. ed sed. in Cod. A. versus 706. 707. iunguntur.* In Flor. 33. τέκνον bis scriptum; in Flor. 25. ante οὐκέτι additum ὡς. Non contenderim emendate scriptum legi hunc versum. Aptior certe esset numerus iambicus, ἂν εἶδον, εἶδον ἀμφὶ σοί, quae dativi et accusativi consociatio non nimis rara. Vide Brunckium ad Soph. Ant. 480. Ea hic sic explicanda esset, ut in mente habuisse putetur ᾧ σε εἶδον. Caeterum alio hunc

ΧΟΡΟΣ.

τίς γάρ νιν ἔκταν'; οἶσθ' ὀνειρόφρων φράσαι;

ΕΚΑΒΗ.

ἐμός, ἐμὸς ξένος, Θρήκιος ἱππότας,
ἵν' ὁ γέρων πατὴρ ἔθετό νιν κρύψας.

ΧΟΡΟΣ.

ὤ μοι, τί λέξεις; χρυσὸν ὡς ἔχῃ κτανών;

ΕΚΑΒΗ.

ἄῤῥητ', ἀνωνόμαστα, θαυμάτων πέρα,
οὐχ ὅσι', οὐδ' ἀνεκτά. ποῦ δίκα ξένων;
ὦ κατάρατ' ἀνδρῶν, ὡς διεμοιράσω

---

versum quam dochmiaco numero esse prodit praegressi dochmii in syllabam ancipitem exitus, nisi τὰν scribendum.

V. 693. Recte hic versus vulgo choro tributus. Codices nonnulli eum famulae adscribunt, a cuius officio alienus est. Plerique libri ἔκταν': alii, in quibus Augustani, ἔκτειν'. Pro ὀνειρόφρον autem, quod vulgo legebatur, et, ut opinor, in Augustanis est, plurimi codd. ὀνειρόφρων. Mirum et pene dixerim ineptum est, quod et scholiastae et plerisque ut videtur recentiorum placuit, vocativo casu ita appellari Hecubam. Immo nominativus est adiectivi, hoc sensu dictus: *potesne somnii indicio dicere, quis eum occiderit?*

V. 696. Vulgo ἔχοι, non male, ut ex Hecubae mente dictum. Servavitque Porsonus. Sed plerique codd. in iisque Augustani, ἔχῃ.

V. 698. Augg. a. b. c. cum plerisque codd. οὐχ ὅσι' οὐδ' ἀνεκτά. Omnes, ut videtur, ποῦ δίκα ξένων. Vulgo οὐχ ὅσιά τ' οὐδ' ἀνεκτά. Id languide dictum putabat Matthiae: cui iure contradixit Pflugkius. Sed tamen et dialectus et codicum copulam omittentium numerus vix dubitare sinunt quin metrici trimetrum efficere voluerint. Euripidem veri simillimum est dimetrum fecisse dochmiacum:

οὐχ ὅσι', οὐδ' ἀνεκτά· τί δίκα ξένων;

Sed non ausus sum reponere τί, quia, etsi praestat hic numerus dochmiacus, tamen non inusitatum est metrum, quod ex dochmio et iambico dimetro brachycatalecto componitur.

V. 699. Augg. a. b. c. ἰώ.

χρόα, σιδαρέῳ τεμὼν φασγάνῳ
μέλεα τοῦδε παιδός, οὐδ' ᾤκτισας.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ τλῆμον, ὥς σε πολυπονωτάτην βροτῶν
δαίμων ἔθηκεν, ὅςτις ἐστί σοι βαρύς.
ἀλλ' εἰςορῶ γὰρ τοῦδε δεσπότου δέμας
᾿Αγαμέμνονος· τοὐνθένδε σιγῶμεν, φίλαι.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

῾Εκάβη, τί μέλλεις παῖδα σὴν κρύπτειν τάφῳ
ἐλθοῦσ', ἐφ' οἶςπερ Ταλθύβιος ἤγγειλέ μοι,
μὴ θιγγάνειν σῆς μηδέν' ᾿Αργείων κόρης;
ἡμεῖς μὲν οὖν ἐῶμεν, οὐδὲ ψαύομεν·
σὺ δὲ σχολάζεις, ὥςτε θαυμάζειν ἐμέ.
ἥκω δ' ἀποστελῶν σε. τἀκεῖθεν γὰρ εὖ
πεπραγμέν' ἐστίν, εἴ τι τῶνδ' ἐστὶν καλῶς.
ἔα, τίν' ἄνδρα τόνδ' ἐπὶ σκηναῖς ὁρῶ
θανόντα Τρώων; οὐ γὰρ ᾿Αργεῖοι πέπλοι
δέμας περιπτύσσοντες ἀγγέλλουσί μοι.

V. 701. Augustani, ut vulgo, ᾠκτίσω. Brunckius, Porsonus, aliique cum parte codicum ᾤκτισας, quod hic suavius ad aures accidit.

V. 704. Aug. a. τοῦ δεσπότου.

V. 706. Parum scite Euripides regem ipsum venientem, ut arcessat Hecubam, fecit.

V. 709. Quod vir doctus in Britannorum diariis trimestribus V. p. 396. scribi voluit, οὐδ' ἐψαύσαμεν, canone illo Porsoni de ultima finali in principio quinti pedis adductus, hodie non magis quisquam probabit, quam Bothii οὐδ' ἐψαύομεν. Ipse Porsonus in praefatione p. 37. hunc versum cum duobus aliis eodem morbi genere, si tamen morbus sit, laborantibus iuniorum sagacitati commisit. Bene factum, quod morbum, qui nullus est, sanare abstinuit.

V. 714. Flor. 2. 17. Vict. ᾿Αργεῖον. Flor. 21. e correct. 10. 33. ᾿Αργεῖοι. Scholiastae et has lectiones et vulgatam ᾿Αργείων interpretantur. Praetuli quod horum exquisitissimum est, ᾿Αργεῖοι.

ΕΚΑΒΗ.

δύστην᾿, ἐμαυτὴν γὰρ λέγω λέγουσα σέ,
Ἑκάβη τί δράσω; πότερα προςπέσω γόνυ
Ἀγαμέμνονος τοῦδ᾿, ἢ φέρω σιγῇ κακά;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τί μοι προςώπῳ νῶτον ἐγκλίνασα σὸν
δύρει, τὸ πραχθὲν δ᾿ οὐ λέγεις, τίς ἔσθ᾿ ὅδε;

ΕΚΑΒΗ.

ἀλλ᾿ εἴ με δούλην πολεμίαν θ᾿ ἡγούμενος
γονάτων ἀπώσαιτ᾿, ἄλγος ἂν προςθείμεθ᾿ ἄν.

V. 716. Polydorum alloquens dicit δύστηνε, sed id in se potius expetere videns, addit Ἑκάβη, ἐμαυτὴν γὰρ λέγω λέγουσα σέ. Novo genere respondendi variare doloris significationem studuit Euripides, sed ut ista Hecubae cunctatio etiam spectatores, non solum Agamemnonem, impatientiores reddere videatur. Scholiastae has interpretationes afferunt: unam, ut primum versum Polydoro dicat Hecuba, eiusque in fine plene interpungatur, tum autem sese compellet, Ἑκάβη τί δράσω; alteram, ut Ἑκάβη sit nominativus, hoc sensu: *ego Hecuba quid faciam?* tertiam Didymi, qua itidem Ἑκάβη nominativus sit, sed coniungatur cum λέγουσα, ut prona in corpus Polydori despiciens dicat: *miser, nam te ego Hecuba quum dico, me dico ipsam, quid faciam?* quartam, qua cohaereant δύστηνε Ἑκάβη, in qua inepte argutantur, σε aeque ut ἐμαυτὴν ad Hecubam referentes. Haackio Hecuba, dum Polydorum infelicem appellet, statim se ipsa corrigens, hoc de se potius dicendum existimare videtur. Itaque, nisi fallor, hic δύστηνε, ambigui generis vocabulum, primo ut masculinum, deinde ut femininum accipiendum putat. At ita quidem exspectaremus τί δράσεις; Mihi δύστηνε soli dici Polydoro videtur, Ἑκάβη autem nominativus esse, sed ille aliter intelligendus, quam placuit illis, quos dixi. Nam quum Polydorum illo δύστηνε alloquuta est, addens illud, *me ipsam dico, te dicens*, quod est ἐμαυτὴν δύστηνον λέγω, σὲ λέγουσα δύστηνον, hanc ipsam vocem repetit cogitatione, ut, plena si esset oratio, haec esset: δύστηνος Ἑκάβη τί δράσω;

V. 720. Librorum lectionem ὀδύρῃ in δύρῃ mutavit Musgravius. Δύρει edidimus cum Porsono, qui hanc huius verbi formam analogia, grammaticorum auctoritate, poetarumque exemplis confirmavit. Aug. a. b. c. ὀδύρῃ.

V. 722. Aug. c. ut vulgo, ἄλγος ἂν προςθείμεθα. Augg.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὔ τοι πέφυκα μάντις, ὥςτε μὴ κλύων
ἐξιστορῆσαι σῶν ὁδὸν βουλευμάτων.

ΕΚΑΒΗ.

ἆῤ ἐκλογίζομαί γε πρὸς τὸ δυςμενὲς
μᾶλλον φρένας τοῦδ᾽ ὄντος οὐχὶ δυςμενοῦς;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

εἴ τοι με βούλει τοῦδε μηδὲν εἰδέναι,
ἐς ταὐτὸν ἥκεις· καὶ γὰρ οὐδ᾽ ἐγὼ κλύειν.

ΕΚΑΒΗ.

οὐκ ἂν δυναίμην τοῦδε τιμωρεῖν ἄτερ
τέκνοισι τοῖς ἐμοῖσι. τί στρέφω τάδε;
τολμᾶν ἀνάγκη, κἂν τύχω, κἂν μὴ τύχω.
Ἀγάμεμνον, ἱκετεύω σε τῶνδε γουνάτων,
καὶ σοῦ γενείου, δεξιᾶς τ᾽ εὐδαίμονος.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τί χρῆμα μαστεύουσα; μῶν ἐλεύθερον
αἰῶνα θέσθαι; ῥᾴδιον γάρ ἐστί σοι.

---

a. b. cum plerisque Mss. *ἄλγος ἂν προςθείμεθ᾽ ἄν*, quod receperunt Porsonus et Matthiae, Brunckium dicentes male scripsisse *ἄλγος αὖ προςθείμεθ᾽ ἄν.* Id ego quidem non reprehenderim. Duplicatum *ἄν*, quod probabat etiam Reisigius in Coniect. p. 187. alia accumulans exempla, reiiciat fortasse, neque inepte, qui haec verba idem significare putabit quod *ἀλγήσαιμεν ἄν.* Nam geminatum *ἂν* etiam duplicem in sententia notionem sibi postulat. At ea inest in verbis, et quidem in praepositione *πρός*, quae facit ut sensus sit *καὶ πρὸς ἂν ἀλγήσαιμεν ἄν.*

V. 725. Intendit atque auget vim verborum additum *γε*, quod Latine *etiam*, Germanice *gar* vertas. Nisi scripsit *ἆῤ ἐκλογιζόμεσθα.* Et abest *γε* in Flor. 33.

V. 728. *Ἐς ταὐτὸν ἥκεις* eodem modo dictum in Oreste v. 1280.

ΕΚΑΒΗ.

οὐ δῆτα· τοὺς κακοὺς δὲ τιμωρουμένη,
αἰῶνα τὸν ξύμπαντα δουλεῦσαι θέλω.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

καὶ δὴ τίν' ἥμας εἰς ἐπάρκεσιν καλεῖς;

ΕΚΑΒΗ.

οὐδέν τι τούτων, ὧν σὺ δοξάζεις, ἄναξ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

* * * * * * * * * * * *

ΕΚΑΒΗ.

ὁρᾷς νεκρὸν τόνδ', οὗ καταστάζω δάκρυ;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ὁρῶ. τὸ μέντοι μέλλον οὐκ ἔχω μαθεῖν.

V. 738. Vulgato ἐπάρκειαν, quod habent etiam Augustani, praeferendum putat Porsonus lectionem MS. Reg. Soc. ἐπάρκεσιν, quod altera forma apud tragicos non occurrat, ἄρκεσις autem apud Sophoclem in Oed. Col. v. 73. ἐπάρκεσις ibidem v. 447. inveniatur. Hunc igitur sequuti sumus, confirmata praesertim illa scriptura etiam per alios codices.

V. 740. Virum doctum, qui in Diario classico fasc. III. p. 610. ut στιχομυθία servaretur, versum 739. ante v. 736. poni volebat, Matthiae quadam argutius excogitata ratione antistrophica refutare studuit. Reprehendere eum potius debebat, quod ad restituendam στιχομυθίαν non esset rectam viam ingressus. Nam locos quidem suos versus omnes satis ipsi tuentur, sed multo facilius multoque probabilius remedium in lacunae notatione erat, quam non στιχομυθία solum turbata, sed etiam illud prodit, quod, nisi versus Agamemnonis post v. 739. deesset, non sic abrupta oratione pergeret Hecuba, ὁρᾷς νεκρὸν τόνδε. Propterea signa omissi versus posui.

V. 741. Ennius apud Nonium in *guttatim*,

vide hunc, meae in quem lacrumae guttatim cadunt.

V. 742. Aug. b. οὐκ ἔω μαθεῖν.

ΕΚΑΒΗ.

τοῦτόν ποτ' ἔτεκον, κἄφερον ζώνης ὕπο.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἔστιν δὲ τίς σῶν οὗτος, ὦ τλῆμον, τέκνων;

ΕΚΑΒΗ.

οὐ τῶν θανόντων Πριαμιδῶν ὑπ' Ἰλίῳ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἦ γάρ τιν' ἄλλον ἔτεκες ἢ κείνους, γύναι;

ΕΚΑΒΗ.

ἀνόνητά γ', ὡς ἔοικε, τόνδ' ὃν εἰςορᾷς.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ποῦ δ' ὢν ἐτύγχαν', ἡνίκ' ὤλλυτο πτόλις;

ΕΚΑΒΗ.

πατήρ νιν ἐξέπεμψεν, ὀῤῥωδῶν θανεῖν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ποῖ τῶν τότ' ὄντων χωρίσας τέκνων μόνον;

V. 744. Vulgo *ἔστιν δέ τις σῶν*. Scholiastarum aliqui, *ἔστιν δὲ τίς σῶν*, quod ex Aug. a. reposuit Matthiae: recte quidem, sed tamen ut non probem, quod ait, „quaerere non poterat Agamemnon, an hic esset unus ex Hecubae filiis, sed quis esset." Quid enim ni quaerere hoc possit, mirans superstitem fuisse aliquem, quum omnes occisos putaret? Neque impediunt, quae deinceps Hecuba dicit. Quod si tueri interrogativum *τίς* volebat, praesidium ei a particula *δὲ* debebat petere, cuius haec potestas esset, ut referretur ad omissam sententiam: *sic audio: qui autem est?*

V. 745. Brunckiana lectione, *τῶν οὐ θανόντων*, nihil opus esse videtur Porsono. Immo miror Brunckio tam ineptam coniecturam in mentem venire potuisse. Si Polydorus unus est

ΕΚΑΒΗ.

εἰς τήνδε χώραν, οὗπερ εὑρέθη θανών.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

πρὸς ἄνδρ', ὃς ἄρχει τῆςδε Πολυμήστωρ χθονός;

ΕΚΑΒΗ.

ἐνταῦθ' ἐπέμφθη πικροτάτου χρυσοῦ φύλαξ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

θνήσκει δὲ πρὸς τοῦ, καὶ τίνος πότμου τυχών;

ΕΚΑΒΗ.

τίνος δ' ὑπ' ἄλλου; Θρῇξ νιν ὤλεσεν ξένος.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ὦ τλῆμον, ἦπου χρυσὸν ἠράσθη λαβεῖν;

ΕΚΑΒΗ.

τοιαῦτ', ἐπειδὴ συμφορὰν ἔγνω Φρυγῶν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

εὗρες δὲ ποῦ νιν, ἢ τίς ἤνεγκεν νεκρόν;

ΕΚΑΒΗ.

ἥδ', ἐντυχοῦσα ποντίας ἀκτῆς ἔπι.

τῶν οὐ θανόντων ὑπ' Ἰλίῳ Πριαμιδῶν, superstitum unus esse videtur. Qui vero sunt isti? Adde quod Agamemno, quum interrogat,

ἢ γάρ τιν' ἄλλον ἔτεκες, ἢ κείνους, γύναι;

hoc dicturus esset, *ecquem alium peperisti, quam eos, qui ad Troiam non ceciderunt?* Ex quo consequeretur, eos, qui ad Troiam occubuissent, non fuisse Hecubae filios.

V. 752. Augg. a. b. c. Πολυμήστορα.

V. 755. Augg. b. c. ut vulgo, τίνος γ' ὑπ' ἄλλου. Et sic

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τοῦτον ματεουύσ', ἢ πονοῦσ' ἄλλον πόνον;

ΕΚΑΒΗ.

λούτρ' ᾤχετ' οἴσουσ' ἐξ ἁλὸς Πολυξένη.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

κτανών νιν, ὡς ἔοικεν, ἐκβάλλει ξένος.

ΕΚΑΒΗ.

θαλασσόπλαγκτόν γ', ὧδε διατεμὼν χρόα.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ὢ σχετλία σὺ τῶν ἀμετρήτων πόνων.

ΕΚΑΒΗ.

ὄλωλα, κοὐδὲν λοιπὸν, Ἀγάμεμνον, κακῶν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

φεῦ, φεῦ· τίς οὕτω δυςτυχὴς ἔφυ γυνή;

---

multi codices. Aug. a. τίνος γε ὑπ' ἄλλου. Idem ἔσωζε ξένος. Quidam MS. γε omittunt. Porsonus coniecit, τίνος πρὸς ἄλλου. Elmsleius ad Med. 1334. not. f. VI. legi posse observat οὔτινος ὑπ' ἄλλου sine interrogatione: ad Oed. Col. 977. autem aut hoc, aut quod Porsono placuit, scribi vult, adversus Reisigium disputans, qui in comm. crit. ad Oedipum p. 323. non audebat damnare τίνος γ' ὑπ' ἄλλου. Id defendere studuit etiam Matthiae, defendebamque ego ad Soph. Philoct. 439. Sed recte Fritzschius ad Luciani Dial. deor. p. 14. τίνος δ' ὑπ' ἄλλου scribendum esse monuit, quod praebent Flor. 25. 33. Havn. Harleianus 6300.

V. 760. 761. Hos versus nemo desideraret, si abessent. Sed sic saepe Euripides quum aliis in rebus, tum maxime in colloquiis moderandis perquam exilis est.

V. 763. Multi codd. in quibus Aug. b. γ' omittunt, quod quum Schaeferus male factum iudicat, quia gravius sit et foedius ἐκβάλλειν θαλασσόπλαγκτον quam simpliciter ἐκβάλλειν, ma-

οὐκ ἔστιν, εἰ μὴ τὴν τύχην αὐτὴν λέγοις.
ἀλλ' ὧνπερ οὕνεκ' ἀμφὶ σὸν πίπτω γόνυ,
ἄκουσον. εἰ μὲν ὅσιά σοι παθεῖν δοκῶ,
στέργοιμ' ἄν· εἰ δὲ τοὔμπαλιν, σύ μοι γενοῦ
τιμωρὸς ἀνδρός, ἀνοσιωτάτου ξένου,
ὃς οὔτε τοὺς γῆς νέρθεν, οὔτε τοὺς ἄνω
δείσας, δέδρακεν ἔργον ἀνοσιώτατον·
κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμοί,
ξενίας τ' ἀριθμῷ πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων
τυχὼν ὅσων δεῖ καὶ λαβὼν προθυμίαν,
ἔκτεινε, τύμβου δ', εἰ κτανεῖν ἐβούλετο,
οὐκ ἠξίωσεν, ἀλλ' ἀφῆκε πόντιον.

---

iorem potestatem tribuit particulae, quam inest in ea. Nihil enim nisi distinctius definit, quo modo occisus sit Polydorus, essetque posita, etiam si verbum cui adiecta est minueret atrocitatem facti. Et qui tandem gravius et foedius sit, piscibus quam canibus et volucribus pabulum proiici?

V. 767. Multi codices, in quibus Augustani, *λέγεις*, quod ferri potest: sed praestat optativus. Frigida vero haec sententia est in tragoedia, ut nimis referens consuetudinem vulgaris sermonis. Quae similia commemorarunt Brunckius, Porsonus, Matthiae, ex comicis Latinorum sunt petita. Tolerabilius in tragoedia est, quod Pflugkius attulit ex Stobaei Serm. XXXVIII. 16.

οὐδεὶς ἂν εἴποι κεῖνον ἀνθρώπων κακῶς,
οὐδ' εἰ φθόνου γένοιτο δυςμενέστερος.

V. 769. Aug. c. *κεἰ μέν.* a. *δοκῶ παθεῖν.*

V. 772. Augg. b. c. *οὔτε τῆς γῆς.* c. *ἄνωθεν.*

V. 775. Haec vulgo sic scripta legebantur:

δέδρακεν ἔργον ἀνοσιώτατον,
κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμοί,
ξενίας τ' ἀριθμῷ πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων.
τυχὼν δ' ὅσων δεῖ καὶ λαβὼν προμηθίαν,
ἔκτεινε.

Nec variat scriptura, nisi quod Augustani cum aliquot aliis codd. pro *φίλων* habent *ξένων*. Glossae in Aug. c. *φιλίας τῇ τάξει. πρῶτος ὑπάρχει δηλονότι. φίλων.* In versu sequente autem Flor. 10. *τυχὼν -θ'.* Augg. a. b. et duo Moscovienses *ὅσον.* In interpretatione et veteres et recentiores laborarunt. Musgravius coniecit *ξένια.* Brunckius ex membranis edidit *ξενίας τ' ἀριθμῷ τὰ πρῶτα.* Beckius *ξενίας* cum praecedentibus coniunxit.

ἡμεῖς μὲν οὖν δοῦλοί τε κἀσθενεῖς ἴσως·
ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι χὼ κείνων κρατῶν

Idem fecit Wakefieldius, qui omissa copula aut vulgatam lectionem retinendam, aut sic scribendum putabat, *ἀριθμῷ πρῶτά τ' ὢν ἐμῶν φίλων*, ad eam emendationem a Porsono adductus, qui participium requiri ratus, quo duo sententiae membra connecterentur, ex coniectura sic edidit: *ξενίας τ' ἀριθμῷ πρῶτος ὢν ἐμῶν φίλων*. Erfurdtius *πρῶτα* ad *πολλάκις* referendum censebat, ut sensus esset, *saepe et primo inter hospites loco particeps mensae meae.* Matthiae et hunc versum et eum qui sequitur a Graeculo, qualis scriptor Christi patientis fuit, fictos existimat, illud certe vere monens, omissis his versibus recte sine copula inferri *ἔκτεινε*, quo explicetur *δέδρακεν*. Persuasit Dindorfiis. Idem Matthiae pugnare secum videtur, quum, postquam ostendit, recte sine copula adiectum esse *ἔκτεινε*, tamen aute illam vocem excidisse versum statuit, in quo nomen esset Polydori, quod nomen vix omitti potuisse putat. At eo minime opus est, quia de illo, cuius corpus ante oculos iacet, sermonem esse per se patet. Illud vero maxime miror, quod nimis verbosam esse totam hanc hospitii cum Polymestore iuncti declarationem ait. Nam quum ad vindictam excitare Agamemnonem cupiat Hecuba, id agere debet, ut quam maxime detestabile esse facinus illud ostendat. Est autem eo atrocius, si Polymestor non hospes solum, sed etiam praecipuo inter hospites honore et cultu fuit. Id hic dici tam pene necessario debet, ut requiri potius hi versus, si abessent, videantur, quam ut delendos esse credamus. Nimirum antiquus error istam perturbationem procreavit, quum *προμηθίαν* scriptum esset pro *προθυμίαν*, quae vocabula saepissime commutari constat: vide quae allata sunt in Stephani Thesauro p. 11126. c. Recepto semel *προμηθίαν*, quoniam hoc ad ea, quibus parentes alendo educandoque apud Polymestorem filio prospexissent, spectare videbatur, *ὅσων δεῖ* de pecunia acceptum, et copula post *τυχὼν* addita est. Utriusque rationis explicatio prostat in hoc scholio: *νοητέον, ἢ ὅτι τυχὼν ἐξ ἡμῶν ὅσων δεῖ τυγχάνειν τοὺς φίλους πρὸς φίλων καὶ λαβὼν πρέπουσαν κηδεμονίαν, ἔκτεινε τὸν ἐμόν υἱόν· ἢ ὅτι τυχὼν δ' ὅσων δεῖ τυγχάνειν τοὺς τῶν βασιλέων παῖδας τρέφοντας ἐν οἴκοις, χρημάτων λέγω καὶ λοιπῆς δαπάνης. καὶ τὸ μὲν πρῶτον νοεῖται ἐκ τοῦ κοινῆς τραπέζης τυχὼν ἐμοὶ καὶ τὰ πρῶτα τῶν φίλων ὤν, τὸ δὲ δεύτερον πρὸς τὸ ἔκτεινεν.* Vera est prior explicatio, nisi quod *πρῶτα* adverbialiter accipiendum et coniungendum erat cum *τυχὼν ὅσων δεῖ*. Atque ad hoc *ὅσων δεῖ* refertur etiam *προθυμίαν*. Haec vero est *κηδεμονία*. Nam *προμηθία* non dicitur nisi de cavendo. Caeterum etiam interpunctione sic ut feci correcta omnia rectissime patet procedere.

νόμος. νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα,
καὶ ζῶμεν ἄδικα καὶ δίκαι' ὡρισμένοι.
ὃς εἰς σ' ἀνελθὼν εἰ διαφθαρήσεται,
καὶ μὴ δίκην δώσουσιν, οἵτινες ξένους
κτείνουσιν, ἢ θεῶν ἱερὰ τολμῶσιν φέρειν,
οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις ἴσον.
ταῦτ' οὖν ἐν αἰσχρῷ θέμενος αἰδέσθητί με.
οἴκτειρον ἡμᾶς, ὡς γραφεύς τ' ἀποσταθεὶς
ἰδοῦ με, κἀνάθρησον, οἷ' ἔχω κακά.
τύραννος ἦν πότ'· ἀλλὰ νῦν δούλη σέθεν·
εὔπαις πότ' οὖσα, νῦν δὲ γραῦς, ἄπαις θ' ἅμα,
ἄπολις, ἔρημος, ἀθλιωτάτη βροτῶν.
οἴμοι τάλαινα, ποῖ μ' ὑπεξάγεις πόδα;

V. 781. Hos dicit deos, quos credimus. Simile est illud Sophoclis in Antigona v. 189. de patria:

ἥδ' ἐστὶν ἡ σώζουσα, καὶ ταύτης ἔπι
πλέοντες ὀρθῆς τοὺς φίλους ποιούμεθα.

V. 785. Quod dicit, *ἢ θεῶν ἱερὰ τολμῶσιν φέρειν*, quum non quadret in Polymestoris facinus, haud dubie ad aliquid refertur, quod eo tempore, quo haec fabula scripta est, indignationem commoverat Atheniensium.

V. 789. Hoc versu finitur cod. Aug. a.

V. 793. Libri omnes, *ποῖ μ' ὑπεξάγεις πόδα.* Porsonus, *sensus*, inquit, *esse videtur: quo meum pedem subducis, i. e. quo me cogis te sequi?* Satis contorta est haec explicatio. Ac vereor, ut similis constructionis idonea exempla afferri queant. Nam quod Matthiae id me iniuria vereri dicit, afferens *κυνῆ πρόςωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει*, et *μέθες με χεῖρα*, aliaque similia, id velim non dixisset. Nota mihi ista erant: et cui tandem, qui vel Homerum legerit, hoc genus dicendi ignotum sit? At ista valde diversa sunt. Definiunt enim partis nomine adiecto id quod de toto, cuius ea pars est, dictum non ad illud totum, sed ad solam partem illam spectat. Atqui pedem alicuius qui abducit, hominem totum abducat necesse est, ut absonum videatur, si hominem te abducere dixeris, etiam pedem dicere abduci. Sed in Euripidis versu nihil mutandum, quod in eo non suum, sed Agamemnonis pedem dicit Hecuba. Sic in Troad. 505.

ἐλπίδων ποίων ὕπο
ἄγετε τὸν ἁβρὸν δήποτ' ἐν Τροίᾳ πόδα,
νῦν δ' ὄντα δοῦλον, στιβάδα πρὸς χαμαιπετῆ
πέτρινά τε κρήδεμνα.

ἔοικα πράξειν οὐδέν· ὦ τάλαιν' ἐγώ.
τί δῆτα θνητοὶ τἄλλα μὲν μαθήματα
μοχθοῦμεν ὡς χρὴ πάντα καὶ μαστεύομεν,
πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην
οὐδέν τι μᾶλλον ἐς τέλος σπουδάζομεν
μισθοὺς διδόντες μανθάνειν, ἵν' ἦν ποτὲ
πείθειν ἅ τις βούλοιτο, τυγχάνειν θ' ἅμα;
πῶς οὖν ἔτ' ἄν τις ἐλπίσαι πράξειν καλῶς;
οἱ μὲν τοσοῦτοι παῖδες οὐκέτ' εἰσί μοι·
αὐτὴ δ' ἐπ' αἰσχροῖς αἰχμάλωτος οἴχομαι·
καπνὸν δὲ πόλεως τόνδ' ὑπερθρώσκονθ' ὁρῶ.
καὶ μὴν ἴσως μὲν τοῦ λόγου κενὸν τόδε,
Κύπριν προβάλλειν· ἀλλ' ὅμως εἰρήσεται.
πρὸς σοῖσι πλευροῖς παῖς ἐμὴ κοιμίζεται

Itaque ποῖ ὑπεξάγεις πόδα est *quo discedis?* quibus verbis quum με adiicitur, patet *quo me fugis* significari. Eodem modo Sophocles in Oed. Col. 113.

σιγήσομαί τε καὶ σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα
κρύψον κατ' ἄλσος·

i. e. *tuum pedem in luco occulta me abducens:* i. e. abduc me in lucum sic, ut te non videant qui adveniunt. Hanc Hecubae verborum explicationem quum probet Matthiae, ad illud modo non videtur attendisse, quod qui hic sunt duo accusativi, non, ut in aliis exemplis, ad eamdem vel rem vel personam referuntur.

V. 797. Libri et scholiastes ἵν' ᾖ. Recte Dindorfii ex Elmsleii emendatione ad Oed. R. 1389. ediderunt ἵν' ἦν.

V. 803. Ἐπ' αἰσχροῖς est *ad turpia*, ut in Andromacha v. 1112.

ἥκων ἐπ' αἰσχροῖς.

Αἰσχρὰ quae dicit, indignae regina operae serviles sunt.

V. 805. Vulgo κενόν. Et sic scholiastes. Mosc. A. καινόν, quod etiam in Havn. fuisse videtur a m. pr. cum glossa ἀπρεπές, quae magis in κοινὸν quadrat. Κενὸς et κοινὸς saepe permutantur. Exempla Schaeferi adnotata ad Stephanum, siquis requirat, suppeditabunt.

V. 807. Aug. b. σοῖσι πλευροῖς. Sic etiam c. prius, sed correctum ῇ ῇ. b. κομίζεται. Σοῖσι πλευροῖς cum Valkenario ad Phoen. 62. Brunckio, Porsono, et aliquot codd. editum pro

ἡ φοιβὰς ἣν καλοῦσι Κασσάνδρα Φρύγες.
ποῦ τὰς φίλας δῆτ' εὐφρόνας δείξεις, ἄναξ,
ἢ τῶν ἐν εὐνῇ φιλτάτων ἀσπασμάτων
χάριν τιν' ἕξει παῖς ἐμή, κείνης δ' ἐγώ;
ἄκουε δὴ νῦν. τὸν θανόντα τόνδ' ὁρᾷς.
τοῦτον καλῶς δρῶν, ὄντα κηδεστὴν σέθεν
δράσεις. ἑνός μοι μῦθος ἐνδεὴς ἔτι.
εἴ μοι γένοιτο φθόγγος ἐν βραχίοσιν,
καὶ χερσί, καὶ κόμαισι, καὶ ποδῶν βάσει,

---

vulgato σῆσι πλευρῆς. Vide Elmsl. ad Med. 466. Ex hoc loco expressa sunt haec Ennii apud Nonium in *modicus*.

quae tibi in concubio verecunde et modice morem gerit.

V. 808. Vulgo Κασσάνδραν. Recepi scripturam cod. Mosc. D. in quam coniectura incideram, Κασσάνδρα. Nam cur Cassandram a Phrygibus vocari dicat, quod non poterat ignotum esse Agamemnoni, et non potius afferat illud nomen, quo Phryges pro nomine proprio uti soliti fuerint? Immo hoc dicit: Κασσάνδρα, ἣν φοιβάδα καλοῦσι Φρύγες.

V. 811. Brunckius pro lectione omnium librorum κείνης δ' ἐγὼ edidit κείνης δὲ σύ. Recte improbatum Porsono. Χάρις decepit Brunckium, quod de Venerea voluptate intellexit. Id hic εὔνοιαν significat. Similia, quae hunc et sequentes versus illustrant, vide in Opp. Gatakeri T. I. p. 73. qui in altero Plutarchi loco, qui est in Amatorio p. 769. A. B. vocabulum σχημάτων non debebat illustrare, sed emendare. Id Wyttenbachius ἰσχημάτων scribi iubet. Post hunc versum legebantur duo versus, qui in Aldina sic scripti sunt,

ἐκ τοῦ σκότους γὰρ νυκτέρων τ' ἀσπασμάτων
φίλτρων ὁμοῦ τε τοῖς βροτοῖς πολλὴ χάρις·

In plerisque codd. autem, in quibus Aug. b. c. hoc modo:

ἐκ τοῦ σκότους γὰρ τῶν τε νυκτέρων πάνυ
φίλτρων μεγίστη γίνεται βροτοῖς χάρις.

Eos recte vidit Matthiae ab aliquo nugatore profectos esse. Atque ipsi tam apertis se produnt indiciis, ut non operae pretium videatur quidquam addere. Quare eos eieci.

V. 814. Singulari forma dicendi adiicit, ἑνός μοι μῦθος ἐνδεὴς ἔτι, hoc sensu: *unum est*, *quod his addam*.

V. 816. Argutiae sunt, si quis κόμαισι, quod libri omnes et Etymologus M. p. 26. l. 54. ac Tzetzes Chil. I. 515. ubi de operibus Daedaleis disserit, habent, mutandum censet. Id fecit Musgravius, κνήμαισι, quod ineptum est, aut κόραισι, Wakefieldio probatum, offerens. Vide Valkenarium ad Phoen. v. 318.

ἢ Δαιδάλου τέχναισιν, ἢ θεῶν τινός,
ὡς πάνθ᾽ ὁμαρτῇ σῶν ἔχοιτο γουνάτων,
κλαίοντ᾽, ἐπισκήπτοντα παντοίους λόγους·
ὦ δέσποτ᾽, ὦ μέγιστον Ἕλλησιν φάος,
πιθοῦ, πάρασχε χεῖρα τῇ πρεσβύτιδι
τιμωρόν, εἰ καὶ μηδέν ἐστιν, ἀλλ᾽ ὅμως.
ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρός, τῇ δίκῃ θ᾽ ὑπηρετεῖν,
καὶ τοὺς κακοὺς δρᾶν πανταχοῦ κακῶς ἀεί.

ΧΟΡΟΣ.

δεινόν γε θνητοῖς ὡς ἅπαντα συμπιτνεῖ,

Quod Schaeferus dicit, significantissimum esse *κόμαισι*, quia canae sint, afferens Orest. 545. *σὴν ταρβῶ τρίχα*, aptum esset, si metaphorice loqui dicerentur comae, manus, pedes, specie sua miserationem moventes. Nunc vero non hoc, sed vere ut vocem edere possint optare Hecubam illud ostendit, quod addit *ἢ Δαιδάλου τέχναισιν ἢ θεῶν τινός*. Nam etsi non inepte diceret Hecuba: ***utinam haec senio confecta brachia, hae tremulae manus, hae canae comae, hi titubantes pedes, qui vel per se soli loquuntur, vocem vel Daedalea quadam arte vel dei alicuius iussu acciperent:*** tamen nec dicit hoc neque cogitare se tale quid ullo verbo prodit. Permirum est, in quod Matthiae incidit, pro capite comas dici cum delectu, quia amplectentes alium sive osculaturi sive rogaturi capillos admoveant, ut in Phoen. 308. Hoc Euripidi non in mentem venisse, si nihil aliud, pedum argueret commemoratio.

V. 818. Non commutem ego quidem vulgatum *ἔχοιτο* cum *ἔχοιντο*, quod Matthiae verum esse putat, et habent aliquot, nisi prope omnes codices, in iisque Augg. b. c. in quo glossa *ἅπτοιντο*. Nam Matthiae etsi de Codd. ita scripsit, ut lector non possit non in omnibus praeter unum Flor. 21. *ἔχοιτο* scriptum credere, tamen ex aliorum adnotationibus cognoscitur, vel partem horum librorum, vel omnes pluralem habere. Porsoni superbius pronunciatam ea de constructione regulam tamen non vacuam erroris esse monu ad Sophoclis Electr. 430.

V. 819. Non recte in fine huius versus plene interpungebatur. Nam quae sequuntur, ipsa verba esse, quae ab singulis membris dici optat Hecuba et res ipsa ostendit, et illa docent, *τῇ πρεσβύτιδι, εἰ καὶ μηδέν ἐστιν*. Aliter *εἰ καὶ μηδέν εἶμι* dixisset.

V. 821. Librorum omnium lectio est *πάρασχε*, quam barbaram vocat Brunckius, *παράσχες* reponens, quod recepit qui-

καὶ τὰς ἀνάγκας οἱ νόμοι διώρισαν,
φίλους τιθέντες τούς γε πολεμιωτάτους,
ἐχθρούς τε τοὺς πρὶν εὐμενεῖς ποιούμενοι.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἐγὼ σὲ καὶ σὸν παῖδα καὶ τύχας σέθεν,
Ἑκάβη, δι' οἶκτον χεῖρά θ' ἱκεσίαν ἔχω,
καὶ βούλομαι θεῶν θ' οὕνεκ' ἀνόσιον ξένον
καὶ τοῦ δικαίου τήνδε σοι δοῦναι δίκην,
εἴ πως φανείην γ', ὥςτε σοί τ' ἔχειν καλῶς,

---

dem Porsonus, sed vulgatam recte videtur quum analogiae regulis, tum simili κάτασχε in Herc. fur. 1211 defendere.

V. 826. seqq. Brunckius Musgravii coniecturam οἱ χρόνοι, recepit: quae verba si in libris reperirentur, nemini non essent placitura. Audacior tamen mutatio est, nec magnam veri speciem habet. Quamobrem merito Porsonus librorum lectionem servavit. Eam scholiastae male per ἀντίπτωσιν dictam volunt, ut sensus sit αἱ ἀνάγκαι τοὺς νόμους διώρισαν. At hoc dicit chorus: *miris modis omnia mortalibus collabuntur, necessitatesque per legum diversitatem sunt definitae.* Id quid sit, non potest obscurum esse reputanti, quas leges dicunt Graeci, saepe non scriptas, sed quidquid iustum est, ut legis instar haberi debeat, intelligi. Itaque haec est chori sententia, prouti nunc hoc nunc illud iustum est, aliam atque aliam hominibus necessitatem afferri. Ita quum modo iustum fuisset, iratam Agamemnoni esse Hecubam, quod filiam suam immolari passus esset, nunc, ubi iustum est scelus Polymestoris vindicari, haec lex, quae vindictam sumere iubet, necessitatem affert in gratiam cum inimico redeundi.

V. 827. Aug. b. τούς τε πολεμιωτάτους. Et sic placuit Elmsleio ad Iphig. Taur. 199. Sed γὲ hic significat *etiam, vel.* Vide Porsoni praefationem p. 37.

V. 829. Matthiae paucorum librorum scripturam ἔγωγε vulgatae ἐγὼ σὲ praetulit, quod σὲ iam in τύχας σέθεν inesse videretur. Id ego secus esse arbitror. Nam σὲ quum dicit, iustam Hecubae iram vindictaeque cupiditatem in mente habet. Praeterea languet ἔγωγε.

V. 833. Ald. et aliquot codd. φανείην γ'. Flor. 33. Havn. φανείην sine γ'. Caeteri libri φανείη γ', scilicet τὸ πρᾶγμα, ut scholiastis quibusdam videtur (nam alii agnoscunt φανείην) vel δίκη, ut vult Matthiae. Φανείη legunt Stanleius ad Aesch. Ag. 1449. Reiskius, Brunckius, Porsonus, alii. At exquisitius est φανείην, quam ut temere ortum videatur. Et dictum est rectis-

στρατῷ τε μὴ δόξαιμι Κασσάνδρας χάριν
Θρῄκης ἄνακτι τόνδε βουλεῦσαι φόνον.
ἔστιν γὰρ ᾗ ταραγμὸς ἐμπέπτωκέ μοι.
τὸν ἄνδρα τοῦτον φίλιον ἡγεῖται στρατός,
τὸν κατθανόντα δ' ἐχθρόν· εἰ δέ σοι φίλος
ὅδ' ἔστι, χωρὶς τοῦτο, κοὐ κοινὸν στρατῷ.
πρὸς ταῦτα φρόντιζ', ὡς θέλοντα μέν μ' ἔχεις
σοὶ ξυμπονῆσαι, καὶ ταχὺν προςαρκέσαι,
βραδὺν δ', Ἀχαιοῖς εἰ διαβληθήσομαι.

ΕΚΑΒΗ.

φεῦ.
οὐκ ἔστι θνητῶν ὅςτις ἔστ' ἐλεύθερος.
ἢ χρημάτων γὰρ δοῦλός ἐστιν ἢ τύχης,
ἢ πλῆθος αὐτὸν πόλεος, ἢ νόμων γραφαὶ
εἴργουσι χρῆσθαι μὴ κατὰ γνώμην τρόποις.
ἐπεὶ δὲ ταρβεῖς, τῷ τ' ὄχλῳ πλέον νέμεις,

---

sime: sic enim intelligendum: *εἴ πως φανείην γε βουλόμενος τὸν ξένον δοῦναι σοι δίκην, ὥςτε καλῶς σοι ἔχειν: si quidem appareret sic me tuum ius vindicare, ut et tibi utile esset, nec viderer facere Cassandrae caussa.* Deinde Porsonus aliique, ex plerisque codd. *ὥςτε σοί τ' ἔχειν καλῶς* pro vulgato *ὥςτε σοι καλῶς ἔχειν.* Hoc tamen verum putat Schaeferus, quod sic structura verborum complanetur. At complanaretur ea magno cum damno sententiae, tolleretque quam quidam gratam negligentiam vocant, rectius autem appelles sensui accommodatam liberiorem constructionem, quum *μὴ δόξαιμι* pro *ὥστε μὴ δόξαι με* dixit.

V. 835. *Τόνδε φόνον* dicit, id, quod *τόδε* dicendum erat, statim distinctius significans.

V. 837. In Aug. b. abest *φίλιον*. c. *φίλον*.

V. 838. Elmsleio ad Iph. Taur. 199. not. 1. et in addendis ad Oed. R. 376. procul dubio scribendum visum est *εἰ δ' ἐμοὶ φίλος ὅδ' ἐστίν.* At non tam aperte confiteretur Agamemno, propter pellicem sibi carum esse debere Polydorum, sed Hecubae, cui carus sit, miseratione tactus, tum etiam scelere Polymestoris motus, non abhorrere se a vindicanda nece ostendit.

V. 843. Aug. b. *φεῦ φεῦ.*

ἐγώ σε θήσω τοῦδ' ἐλεύθερον φόβου.
σύνισθι μὲν γάρ, ἤν τι βουλεύσω κακὸν
τῷ τόνδ' ἀποκτείναντι, συνδράσῃς δὲ μή.
ἢν δ' ἐξ Ἀχαιῶν θόρυβος ἢ 'πικουρία
πάσχοντος ἀνδρὸς Θρῃκὸς οἷα πείσεται
φανῇ τις, εἶργε, μὴ δοκῶν ἐμὴν χάριν.
τὰ δ' ἄλλα θάρσει· πάντ' ἐγὼ θήσω καλῶς.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

πῶς οὖν; τί δράσεις; πότερα φάσγανον χερὶ
λαβοῦσα γραίᾳ, φῶτα βάρβαρον κτενεῖς,
ἢ φαρμάκοισιν, ἢ 'πικουρίᾳ τίνι;
τίς σοι ξυνέσται χείρ; πόθεν κτήσει φίλους;

ΕΚΑΒΗ.

στέγαι κεκεύθασ' αἵδε Τρῳάδων ὄχλον.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τὰς αἰχμαλώτους εἶπας, Ἑλλήνων ἄγραν;

ΕΚΑΒΗ.

σὺν ταῖςδε τὸν ἐμὸν φονέα τιμωρήσομαι.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

καὶ πῶς γυναιξὶν ἀρσένων ἔσται κράτος;

V. 855. Dubitari potest, an praestet interpungi: *τὰ δ' ἄλλα, θάρσει, πάντ' ἐγὼ θήσω καλῶς·* **quod placuit Reiskio, Elmsleio ad Med. 301. et Schaefero.**

V. 858. Recte videntur *τίνι* **edidisse recentiores. Edd. vett. et nisi fallor codd.** *τινί.* **Quaerit, quo alio freta sit auxilio. De ea dicendi forma Schaeferum ad Soph. Trach. 390. citavit Matthiae.**

V. 860. Augg. b. c. *κεκεύθουσ'.* **b.** *ἅδε.*

ΕΚΑΒΗ.

δεινὸν τὸ πλῆθος, ξὺν δόλῳ τε δύςμαχον.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

δεινόν· τὸ μέντοι θῆλυ μέμφομαι γένος.

ΕΚΑΒΗ.

τί δ'; οὐ γυναῖκες εἷλον Αἰγύπτου τέκνα,
καὶ Λῆμνον ἄρδην ἀρσένων ἐξῴκισαν;
ἀλλ' ὡς γενέσθω· τόνδε μὲν μέθες λόγον·
πέμψον δέ μοι τήνδ' ἀσφαλῶς διὰ στρατοῦ
γυναῖκα. καὶ σὺ Θρῃκὶ πλαθεῖσα ξένῳ
λέξον· καλεῖ σ' ἄνασσα δήποτ' Ἰλίου
Ἑκάβη, σὸν οὐκ ἔλασσον ἢ κείνης χρέος,
καὶ παῖδας· ὡς δεῖ καὶ τέκν' εἰδέναι λόγους
τοὺς ἐξ ἐκείνης. τὸν δὲ τῆς νεοσφαγοῦς
Πολυξένης ἐπίσχες, Ἀγάμεμνον, τάφον,
ὡς τώδ' ἀδελφὼ πλησίον μιᾷ φλογί,
δισσὴ μέριμνα μητρί, κρυφθῆτον χθονί.

V. 867. Aug. b. *Λῆμνον*, supra scriptis *'ον*.

V. 868. Vulgatam lectionem, quae etiam in Augg. b. c. est, *γενέσθαι*, servaverat Porsonus. Eam inconsideratius absonam dixit Brunckius. Certe *χρὴ* aut simile quid intelligi posset. Vide Portum in lexico Dor. v. *ἀπαρέμφατα*. Tamen quum huius formulae, *ἀλλ' ὡς γενέσθαι*, tria tantum exstare videantur in Euripide exempla, quorum secundum in Iph. Taur. v. 603. tertium in Troad. v. 721. est, atque in Troadibus quidem liber Harleianus, in Iphigenia Taurica autem codices omnes *γενέσθω* habeant, hic quoque e membranis et Musgravii libro P. et quibusdam aliis *γενέσθω* cum Brunckio exhibendum putavi, quod postea etiam Porsonus adscivit.

V. 870. In Aug. b. absunt *καὶ σὺ*. b. c. *πλασθεῖσα*.

V. 871. Elmsleius ad Iph. Taur. 96. numerosiorem fore putabat hunc versum, si *πρὶν ποτ' Ἰλίου* legeretur. Nihil veteribus de ista numerorum ratione umquam in mentem venit. Quin *πρὶν ποτε* etiam minus aptum hic, quam *δήποτε*. Vide ad v. 480.

V. 875. Aug. c. *ἐπίσχ'*.

V. 876. Aug. b. *τῷδ' ἀδελφῷ*.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἔσται τάδ' οὕτω. καὶ γὰρ εἰ μὲν ἦν στρατῷ
πλοῦς, οὐκ ἂν εἶχον τήνδε σοι δοῦναι χάριν·
νῦν δ', οὐ γὰρ ἵησ' οὐρίους πνοὰς θεός,
μένειν ἀνάγκη πλοῦν ὁρῶντά μ' ἥσυχον.
γένοιτο δ' εὖ πως. πᾶσι γὰρ κοινὸν τόδε,
ἰδίᾳ θ' ἑκάστῳ καὶ πόλει, τὸν μὲν κακὸν
κακόν τι πάσχειν, τὸν δὲ χρηστὸν εὐτυχεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

Σὺ μέν, ὦ πατρὶς Ἰλιάς, στρ. α'.
τῶν ἀπορθήτων πόλις οὐκέτι λέξει·
τοῖον Ἑλλάνων νέφος ἀμφί σε κρύπτει,
δορὶ δή, δορὶ πέρσαν.
ἀπὸ δὲ στεφάναν κέκαρσαι
πύργων, κάτα δ' αἰθάλου

V. 881. Elmsleius in addendis ad Heracl. 7. veritus ut umquam quisquam *πλοῦν ἥσυχον* dixerit, vidensque alibi apud Euripidem *μένειν ἥσυχον* inveniri, interpungendum censebat, *μένειν ἀνάγκη, πλοῦν ὁρῶντας, ἥσυχον.* Contradicit Matthiae, iure, quod ad consociationem pluralis et singularis attinet, quae ut usquam talis quidem defendi possit, vix poterit hoc loco; iniuria autem, quantum ad *πλοῦν ἥσυχον.* Nam etsi non dubitandum puto quin recte dicatur *πλοῦς ἥσυχος,* tamen hic satis erat copiam navigandi simpliciter memorari, eaque solo verbo *πλοῦς* indicari solet. Tum eodem modo, quo volebat Elmsleius, supra v. 35.

πάντες δ' Ἀχαιοὶ ναῦς ἔχοντες ἥσυχοι
θάσσουσ' ἐπ' ἀκταῖς τῆςδε Θρηκίας χθονός.

Accedit quod scriptura Flor. 25. *ὁρῶντα* suspicionem facit alius lectionis, *ὁρῶντά μ' ἥσυχον,* ut ex hac *ἥσυχον* remansisse pro *ἡσύχους* videatur. Quare hoc reposui. In Havn. fuisse videtur *ὁρῶντες.* Glossa eius codicis: *μένοντας ἡμᾶς·*

V. 887. Augg. b. c. *τοιόνδ'* et *καλύπτει.*

V. 890. Augg. b. c. *αἰθάλου καπνοῦ* et *οἰκτροτάτα.* Brunckius dedit *κατὰ δ' αἰθάλου κηλῖδ' οἰκτροτάταν κέχρωσαι.* Porsonus olim, ut vulgo, *κατὰ δ' αἰθάλου κηλῖδ' οἰκτροτάτᾳ κέχρωσαι.* Ac merito miratur Wakefieldius, elisionem vocalis in *κηλῖδι* Porsono offensioni non fuisse. Vide Elmsleium ad He-

κηλῖδ' οἰκτροτάταν κέχρωσαι.
τάλαιν', οὐκέτι σ' ἐμβατεύσω.
μεσονύκτιος ὠλλύμαν, ἀντ. α'.
ἦμος ἐκ δείπνων ὕπνος ἡδὺς ἐπ' ὄσσοις
κίδναται. μολπᾶν δ' ἄπο καὶ χοροποιῶν
θυσιᾶν καταπαύσας
πόσις ἐν θαλάμοις ἔκειτο,
ξυστὸν δ' ἐπὶ πασσάλῳ,
ναύταν οὐκέθ' ὁρῶν ὅμιλον
Τροίαν Ἰλιάδ' ἐμβεβῶτα.
ἐγὼ δὲ πλόκαμον ἀναδέτοις στρ. β'.
μίτραισιν ἐῤῥυθμιζόμαν,
χρυσέων ἐνόπτρων
λεύσσουσ' ἀτέρμονας εἰς αὐγάς,
ἐπιδέμνιος ὡς πέσοιμ' ἐς εὐνάν.

---

racl. 693. VII. Hic quidem etiam illud mirandum erat, quod nec Porsonus, nec censor ille eius Britannus longe elegantiorem lectionem, *κάτα δ' αἰθάλου κηλῖδ' οἰκτροτάταν κέχρωσαι*, confirmatam etiam MSS. auctoritate, praeferendam putaverunt. Eam igitur reponendam duximus, sequutusque deinde Porsonus est. Pauci codd. *αἰθάλῳ*, quod minus poeticum est.

V. 900. Augg. b. c. *ἐμβεβαῶτα*.

V. 901. Augg. b. c. *δέ τοι*.

V. 904. *Ἀτέρμονες αὐγαὶ* quid sint dubitatur. Scholiastarum et Eustathii p. 690, 41. (528, 20.) inepta est interpretatio, qui rotundum speculum dici putant. Ingeniose, sed argutius, Boissonadus eo refert, quod speculum in profundum vacuumque immensum quasi patere, visusque nullis finibus coerceri videatur. Ego splendorem intelligendum arbitror, quem specula ex metallo facta noctu lumine admoto oculos radiis percellentem fundunt.

V. 905. Wakefieldius *ἐς ὕπνον* corrigebat, ut tautologia vitaretur. Censor Britannus *ἐπιδέμνιον* legendum suspicatur. Quod miror, quum ipse, allato Herc. fur. v. 1050. observet, *εὐνὰν* propemodum idem esse quod *ὕπνον*. Adde Aesch. Agam. v. 27. Porsonus tamen reposuit *ἐπιδέμνιον*, levissimam mendam tamdiu servari non debuisse dicens. Vertit ***torum vestibus stratum***. Assensus est Schaeferus in Melet. crit. p. 80. *εὐνὴν ἐπιδέμνιον* perdocte planeque *Ὁμηρικῶς* dictam putans, afferensque Odyss. VII. 336. seqq. XXIII. 179. seq. Ex Homero nihil, nisi quod etiam absque Homero intelligi poterat, cognoscitur, lectum stra-

ανὰ δὲ κέλαδος ἔμολε πόλιν·
κέλευσμα δ' ἦν κατ' ἄστυ Τροίας τόδ'· ὦ
παῖδες Ἑλλάνων, πότε δή, πότε τὰν
Ἰλιάδα σκοπιὰν πέρσαντες ἥξετ' οἴκους;
λέχη δὲ φίλια μονόπεπλος ἀντ. β'.
λιποῦσα, Δωρὶς ὡς κόρα,
σεμνὰν προσίζουσ'
οὐκ ἤνυσ' Ἄρτεμιν ἁ τλάμων·
ἄγομαι δὲ θανόντ' ἰδοῦσ' ἀκοίταν
τὸν ἐμὸν ἅλιον ἐπὶ πέλαγος,
πόλιν τ' ἀποσκοποῦσ', ἐπεὶ νόστιμον
ναῦς ἐκίνησεν πόδα, καί μ' ἀπὸ γᾶς
ὥρισεν Ἰλιάδος· τάλαιν', ἀπεῖπον ἄλγει·
τὰν τοῖν Διοςκόροιν Ἑλέναν κάσιν, Ἰδαῖόν τε βούταν ἐπῳδ.
αἰνόπαριν κατάρᾳ διδοῦσ', ἐπεί με
γᾶς ἐκ πατρῴας ἀπώλεσεν,

---

gulis sterni solitum. *Δέμνιον* proprie est lectus ex ligno factus: quumque *εὐνὴ* non vestem significet, aeque vel culcitam vel quidquid aliud lecto impositum est, cogitare licet. Sed nihil lucramur emendatione, cuius non alia virtus est, quam ut non humi cubuisse mulieres istas doceamur, eripiatur autem Euripidi pleonasmi genus et usitatissimum tragicis et dictionem habens poeticam. Apte contulit G. Bernhardy in Syntaxi p. 428. illud in Bacchis v. 11.

ὑψοῦ δὲ θάσσων ὑψόθεν χαμαιπετὴς
πίπτει πρὸς οὖδας.

V. 906. Hic versus etsi videri potest dimeter iambicus esse, ut v. 901. 902. tamen et hic et in antistrophico accentus verborum ei numero ita adversatur, ut veri similius sit, ex ditrochaeo et choriambo esse compositum.

V. 909. Augg. b. c. *εἰς οἴκους.*

V. 910. Aug. c. *φίλα.*

V. 918. Recte monuit Matthiae, *τάλαιν', ἀπεῖπον ἄλγει,* in parenthesi dictum esse, quae sequuntur autem pendere ex *ἄγομαι.*

V. 919. Recte Brunckius e membranis, quod est etiam in Augg. b. c. *Διοςκόροιν.* Nihil enim caussae erat, quare *Διοςκούροιν* mallet Euripides, quod retinuit Porsonus. Nam anceps est ultima epitriti Dorii alio sequente numero.

V. 921. *Πατρῴας* mediam videtur brevem habere. Nam

ἐξῴκισεν τ' οἴκων γάμος οὐ γάμος, ἀλλ' ἀ-
  λάστορός τις οἰζύς·
ἂν μήτε πέλαγος ἅλιον ἀπαγάγοι πάλιν,
  μήτε πατρῷον ἵκοιτ' ἐς οἶκον.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

Ὦ φίλτατ' ἀνδρῶν, Πρίαμε, φιλτάτη δὲ σύ,
Ἑκάβη, δακρύω σ' εἰσορῶν πόλιν τε σήν,
τήν τ' ἀρτίως θανοῦσαν ἔκγονον σέθεν.
  φεῦ.
οὐκ ἔστιν οὐδὲν πιστόν, οὔτ' εὐδοξία,
οὔτ' αὖ καλῶς πράσσοντα μὴ πράξειν κακῶς.
φύρουσι δ' αὐτὰ θεοὶ πάλιν τε καὶ πρόσω,
ταραγμὸν ἐντιθέντες, ὡς ἀγνωσίᾳ
σέβωμεν αὐτούς. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τί δεῖ
θρηνεῖν, προκόπτοντ' οὐδὲν ἐς πρόσθεν κακῶν;
σὺ δ' εἴ τι μέμφει τῆς ἐμῆς ἀπουσίας,
σχές· τυγχάνω γὰρ ἐν μέσοις Θρῄκης ὅροις
ἀπών, ὅτ' ἦλθες δεῦρ'· ἐπεὶ δ' ἀφικόμην,
ἤδη πόδ' ἔξω δωμάτων αἴροντί μοι
ἐς ταὐτὸν ἧδε συμπιτνεῖ δμωῒς σέθεν,
λέγουσα μύθους ὧν κλύων ἀφικόμην.

ΕΚΑΒΗ.

αἰσχύνομαί σε προςβλέπειν ἐναντίον,

---

logaoedicus numerus aptius cum reliquorum versuum numeris conspirat.

V. 929. Aug. c. *ἔγγονον.*

V. 931. Aug. b. *οὔτ' ἂν.* c. *πράσσειν*, per *σσ* tramisso ξ.

V. 932. Legebatur *φύρουσι δ' αὖθ' οἱ θεοί.* Sic etiam Augg. b. c. Itane scripsisse Euripidem? Non credet, qui assuetas tragicorum numeris aures habet. Delevi articulum, qui toties ex adnotationibus librariorum male additus reperitur. Sequuti sunt Porsonus aliique.

V. 933. Aug. b. *ὡς ἂν ἀγνωσίᾳ.*

V. 939. Cod. Paris. G. ap. Porson. et Havn. *ἕλκοντί μοι.*

Πολυμῆστορ, ἐν τοιοῖςδε κειμένη κακοῖς.
ὅτῳ γὰρ ὤφθην εὐτυχοῦσ', αἰδώς μ' ἔχει,
ἐν τῷδε πότμῳ τυγχάνουσ', ἵν' εἰμὶ νῦν,
κοὐκ ἂν δυναίμην προςβλέπειν σ' ὀρθαῖς κόραις.
ἀλλ' αὐτὸ μὴ δύςνοιαν ἡγήσῃ σέθεν,
Πολυμῆστορ· ἄλλως δ' αἴτιόν τι καὶ νόμος
γυναῖκας ἀνδρῶν μὴ βλέπειν ἐναντίον.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

καὶ θαῦμά γ' οὐδέν. ἀλλα τίς χρεία σ' ἐμοῦ;
τί χρῆμ' ἐπέμψω τὸν ἐμὸν ἐκ δόμων πόδα;

ΕΚΑΒΗ.

ἴδιον ἐμαυτῆς δή τι πρὸς σὲ βούλομαι
καὶ παῖδας εἰπεῖν σούς· ὀπάονας δέ μοι
χωρὶς κέλευσον τῶνδ' ἀποστῆναι δόμων.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

χωρεῖτ'· ἐν ἀσφαλεῖ γὰρ ἥδ' ἐρημία.
φίλη μὲν εἶ σύ, προςφιλὲς δέ μοι τόδε
στράτευμ' Ἀχαιῶν. ἀλλὰ σημαίνειν σε χρή,

V. 945. Hic versus spurius videtur Porsono. Nec profecto, si abesset, desideraretur. Vereor tamen, ne hoc magis genuinus sit, quo inconcinnior et difficilior oratio est: dissensitque a Porsono etiam Schaeferus p. 61. ed. noviss. Est autem *αἰδώς μ' ἔχει* pro *αἰδοῦμαι* dictum coniungendumque cum *προςβλέπειν σ' ὀρθαῖς κόραις*.

V. 950. Destituit Wakefieldium memoria, quum *τίς χρεία σ' ἐμοῦ* Graecum esse dubitaret, et scribi vellet *χρεία 'στ' ἐμοῦ*. Facile vel illud recordari poterat,

> *χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σέ, διοτρεφὲς ὦ Μενέλαε, κερδαλέης.*

Omissum in hac locutione videri potest *ἔχει*. Sophocles in Philocteta v. 646.

> *ὅτου σε χρεία καὶ πόθος μάλιστ' ἔχει.*

Sed vide diss. de ellipsi p. 112. sive Opusc. vol. I. p. 158.

V. 956. Augg. b. c. *φίλη μὲν ἡμῖν εἶ σύ*, ut versus sep-

τί χρὴ τὸν εὖ πράσσοντα μὴ πράσσουσιν εὖ
φίλοις ἐπαρκεῖν· ὡς ἕτοιμός εἰμ' ἐγώ.

ΕΚΑΒΗ.

πρῶτον μὲν εἰπὲ παῖδ', ὃν ἐξ ἐμῆς χερὸς
Πολύδωρον, ἔκ τε πατρὸς ἐν δόμοις ἔχεις,
εἰ ζῇ· τὰ δ' ἄλλα δεύτερόν σ' ἐρήσομαι.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

μάλιστα· τοὐκείνου μὲν εὐτυχεῖς μέρος.

ΕΚΑΒΗ.

ὦ φίλταθ', ὡς εὖ κἀξίως σέθεν λέγεις.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

τί δῆτα βούλει δεύτερον μαθεῖν ἐμοῦ;

ΕΚΑΒΗ.

εἰ τῆς τεκούσης τῆςδε μέμνηταί τί μου.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

καὶ δεῦρό γ' ὡς σὲ κρύφιος ἐζήτει μολεῖν.

ΕΚΑΒΗ.

χρυσὸς δὲ σῶς, ὃν ἦλθεν ἐκ Τροίας ἔχων;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

σῶς, ἐν δόμοις γε τοῖς ἐμοῖς φρουρούμενος.

---

tem pedes habeat. Sic etiam edd. vett. et multi alii codd. Stabit hac scriptura versus, si *τόδε* recidetur. Sed aliquot codd. omittunt *ἡμῖν*.

V. 964. Aug. c. *λέγεις σέθεν*. Sic etiam Flor. 2. quod praeferendum esset, nisi significantius proferre *σέθεν* videretur Hecuba.

V. 967. Aug. c. *κρυφίως*.

ΕΚΑΒΗ.

μέλαινα πέτρα γῆς ὑπερτέλλουσ᾽ ἄνω.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ἔτ᾽ οὖν τι βούλει τῶν ἐκεῖ φράζειν ἐμοί;

ΕΚΑΒΗ.

σῶσαί σε χρήμαθ᾽ οἷς ξυνεξῆλθον θέλω.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ποῦ δῆτα; πέπλων ἐντὸς ἢ κρύψασ᾽ ἔχεις;

ΕΚΑΒΗ.

σκύλων ἐν ὄχλῳ ταῖςδε σώζεται στέγαις.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ποῦ δ᾽; αἵδ᾽ Ἀχαιῶν ναύλοχοι περιπτυχαί.

ΕΚΑΒΗ.

ἴδιαι γυναικῶν αἰχμαλωτίδων στέγαι.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

τἄνδον δὲ πιστά, κἀρσένων ἐρημία;

ΕΚΑΒΗ.

οὐδεὶς Ἀχαιῶν ἔνδον, ἀλλ᾽ ἡμεῖς μόναι.

V. 987. Augg. b. c. ἢ cum caeteris, ut videtur, libris. Porsonus leve vitium a Valckenario ad Phoen. 712. sublatum dicens, huius sequutus iudicium ᾖ posuit, quod probarunt alii. Iacobsius in Exerc. p. 20. πέπλων ἐν στολῇ κρύψασ᾽ ἔχεις. Non erat, cur mutaretur ἤ. Hoc coniicientis, ἦ gravius interrogantis est.

V. 990. Augg. b. c. ἰδία.

ἀλλ' ἕρπ' ἐς οἴκους· καὶ γὰρ Ἀργεῖοι νεῶν
λῦσαι ποθοῦσιν οἴκαδ' ἐκ Τροίας πόδα·
ὡς πάντα πράξας ὧν σε δεῖ στείχῃς πάλιν
ξὺν παισίν, οὗπερ τὸν ἐμὸν ᾤκισας γόνον.

ΧΟΡΟΣ.

οὔπω δέδωκας, ἀλλ' ἴσως δώσεις δίκην·
ἀλίμενόν τις ὡς ἐς ἄντλον πεσὼν
λέχριος ἐκπέσῃ φίλας καρδίας,
ἀμέρσας βίον. τὸ γὰρ ὑπέγγυον
δίκᾳ καὶ θεοῖσιν οὐ ξυμπιτνεῖ,

V. 998. Augg. b. c. εἰς et ἐμπεσών. Quod Porsonus coniecit πεσὼν pro ἐμπεσών, quod libri habent, recipere debebat, metro flagitante, recepitque postea, monitus, ex cod. N. Debetur ἐμπεσὼν recentiori cuipiam metrico, qui pro aevi illius placitis in ἀλίμενον secundam producens trimetrum dare voluit. Mox eamdem ob caussam βίον pro βίοτον, θεοῖσιν pro θεοῖς scripsimus, quae itidem recepit Porsonus. Tenent βίοτον Augg. b. c. sed c. θεοῖς οὐ, b. θεοῖς. οὐ. Deinde ambo bis ὀλέθριον. Matthiae servandum censet βίοτον, scribendumque ὃ γὰρ ὑπέγγυον. Id tamen, si mox οὐ ξυμπιτνεῖ legitur, impeditiorem et parum elegantem reddit verborum constructionem. Caeterum male Brunckius illa ἐκπέσῃ φίλας καρδίας, ἀμέρσας βίον, sic interpretatur, *tua ipse anima excides*, *qui vita privasti*, *Polydorum scilicet.* Constructio verborum haec est: ὥς τις, ἀλίμενον ἐς ἄντλον πεσὼν λέχριος, ἐκπέσῃ φίλας καρδίας, ἀμέρσας (αὐτῆς) βίον: *sicut qui in mare procul a portu obliquus illapsus amisit animam*, *vitam ea privans.* Λέχριος, quod vocabulum quomodo huic loco conveniret obscurum videbatur Elmsleio ad Med. 1137. de casu intelligendum, quo quis ex navi quassata atque in latus inclinata, ut undas hauriens mergatur, excidat. Idem vir doctus ad eiusdem fabulae v. 438. ὡς ἐκπέσῃ, quod Porsonus ut explicaret ad ellipsin confugerat, non optime Graece dictum putabat: unde ad v. 1137. ἐκπεσεῖ scripsit. At vide quae dixi in dissertatione de ellipsi p. 181. sive in Opusc. vol. I. p. 206. De ἀμέρδειν eiusque verbi constructione vide Misc. Obss. vol. II. p. 204. seq. et quae valde inter se discrepantia in scholiis Homeri Venetis disputantur ad Iliad. XIII. v. 340. et ab Eustathio ad eumdem locum p. 936. l. 5. et ad Odyss. VIII. p. 1585. l. ult. et ad XIX. p. 1853. l. 27. tum de ἀμερδαλέος aliisque cognatis vocabulis ad Iliad II. p. 228. l. 22. seqq. a quibus discedit Etymologus M. p. 82. l. 1. et p. 721. l. 3.

V. 1001. Θεοῖσιν pro vulgato θεοῖς confirmarunt codices.

ὀλέθριον, ὀλέθριον κακόν.
ψεύσει σ' ὁδοῦ τῆσδ' ἐλπίς, ἥ σ' ἐπήγαγεν
θανάσιμον πρὸς Ἀΐδαν, ὦ τάλας·
ἀπολέμῳ δὲ χειρὶ λείψεις βίον.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ᾤμοι, τυφλοῦμαι φέγγος ὀμμάτων τάλας.

ΧΟΡΟΣ.

ἠκούσατ' ἀνδρὸς Θρῃκὸς οἰμωγήν, φίλαι;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ᾤμοι μάλ' αὖ σφῶν, τέκνα, δυστήνου σφαγῆς.

Θεοῖς qui tueri volet, uti poterit scriptura codicis Cottoniani *ὀξὺ πιτνεῖ*. Quamquam ita duae versui syllabae deessent, quas si *κακὸν* addendo suppleres, omittendus esset totus qui sequitur versus. Sed vereor ne ea sit coniectura potius, quam codicis cuiusquam scriptura, quum sic Is. Vossium coniecisse referat Matthiae. Valde torsit huius loci interpretatio scholiastas, ut qui *οὐ ξυμπιτνεῖ* legerent. Id ex Musgravii, vel potius Hemsterhusii emendatione, *οὗ ξυμπιτνεῖ* scripsere Brunckius et Porsonus, recte. Hoc dicit: *diis et iustitiae obnoxia in quem expetunt, pestiferum, pestiferum malum est.* I. e. qui se adversus deos et iustitiam impiavit, magno id suo cum malo luit. Versus 1002 iambicus est. Eo nihil offensionis habet, ut numero mutato, hiatus *ξυμπιτνεῖ ὀλέθριον*.

V. 1004. Recte Porsonus *πρὸς Ἀΐδαν, ὦ τάλας*. Vulgo *ἰὼ* vel *ἰὼ ἰὼ* legebatur: sed codd. pauci *ὦ*. *Ἀΐδης* interdum creticum esse, et Porsonus notavit et Erfurdtius ad Antig. ed. min. v. 1226. Augg. b. c. *πρὸς Ἀΐδαν ἰὼ τάλας*.

V. 1007. Vulgo hic et in sequentibus hemichoriorum notae adscriptae erant. Recte vero Flor. 10. 17. chori nomen exhibent. Non enim hemichoria, sed una atque altera ex chori personis loquuntur.

V. 1008. Vulgo *ᾤμοι μάλ' αὖθις, τέκνα, δυστήνου σφαγῆς*. Aug. c. *τέκνων*, quod ex septem aliis codd. affert Matthiae, atque in Havn. pro diversitate lectionis adnotatum, sicut in Vict. supra scriptum *ω τῶν α*. Ambigua est vulgata, quod non diserte dictum, cuius *σφαγὴ* sit intelligenda. Corruptioni ansam dedit *αὖθις* pro *αὖ* scriptum. Usitatius est enim *μάλ' αὖθις* quam *μάλ' αὖ*. Sed languidius est, quod olim coniece-

ΧΟΡΟΣ.

φίλαι, πέπρακται καίν' ἔσω δόμων κακά.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ἀλλ' οὔτι μὴ φύγητε λαιψηρῷ ποδί·
βάλλων γὰρ οἴκων τῶνδ' ἀναῤῥήξω μυχούς.
ἰδού, βαρείας χειρὸς ὁρμᾶται βέλος.

ΧΟΡΟΣ.

βούλεσθ' ἐπεισπέσωμεν, ὡς ἀκμὴ καλεῖ
Ἑκάβῃ παρεῖναι Τρῳάσιν τε συμμάχους;

ΕΚΑΒΗ.

ἄρασσε, φείδου μηδέν, ἐκβάλλων πύλας.

---

ram, ὦ μοι μάλ' αὖ τέκνων τε δυστήνου σφαγῆς. Nunc ex glossa Vict. perspexisse mihi videor, τῶν τέκνων interpretationem esse omissi pronominis. Id ergo reposui.

V. 1011. Aug. b. *ἀῤῥήξω.*

V. 1012. Hic versus cum duobus sequentibus hemichorio tribuebatur. Matthiae nihil adnotavit, nisi in Flor. 17. sequenti versui praefixum esse *χορ.* Nec magis Porsonus operae pretium duxit scholiastae mentionem facere, qui primum horum trium versuum a quibusdam Polymestori adscribi refert. Hos sequendos putavi, tum quia, si chorus hoc diceret, veri similius est eum *τἀνδρός*, quam *βαρείας χειρὸς* dicturum fuisse, tum quod id *στιχομυθία* commendare videbatur, tribus Polymestoris versibus ut totidem versibus responderet Hecuba, choro post utrumque dictum duos trimetros inserente.

V. 1013. Edd. vett. *ἐπισπέσωμεν.* Cod. Flor. 33. *ἐπισπεύσωμεν,* ut Wyttenbachius in Bibl. crit. I. 3. p. 42. coniecerat, anceps inter hoc et *ἐπεισπέσωμεν,* quod cum Barnesio recte dederunt alii. Matthiae *ἐπεσπέσωμεν,* quod non videtur probari posse.

V. 1015. Ennius in Hecuba apud Nonium in *gratulari* p. 116.

Juppiter, tibi, summe, tandem male re gesta gratulor. Nihil simile in Euripide. Si recte Hecubam nominavit Nonius, potuit hic versus hoc in loco adhibitus esse ab Ennio, ubi Hecuba ***re male gesta***, i. e. orbata liberis, tamen propter vindictam a Polymestore sumptam Iovi gratias agit. Nec tamen

οὐ γάρ ποτ᾽ ὄμμα λαμπρὸν ἐνθήσεις κόραις,
οὐ παῖδας ὄψει ζῶντας, οὓς ἔκτειν᾽ ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

ἦ γὰρ καθεῖλες Θρῇκα καὶ κρατεῖς ξένου,
δέσποινα, καὶ δέδρακας, οἷά περ λέγεις;

ΕΚΑΒΗ.

ὄψει νιν αὐτίκ᾽ ὄντα δωμάτων πάρος
τυφλὸν τυφλῷ στείχοντα παραφόρῳ ποδί,

---

magnopere repugnaverim, si quis malit e v. 585. expressum credere:

τὸ δ᾽ αὖ λίαν παρεῖλες, ἀγγελθεῖσά μοι
γενναῖος.

Quamquam quum statim ibi apud Ennium iambici versus sequantur, parum veri similis coniectura est, nisi quis nomen *Juppiter* in fine trimetri, qui quidem locus non satis aptus videtur, collocatum fuisse existimet.

V. 1018. Vulgo legitur, ἦ γὰρ καθεῖλες Θρῇκα, καὶ κρατεῖς ξένου. Propter quod in editores Euripidis invehitur Wakefieldius, et legendum contendit,

ἦ γὰρ καθεῖλες τέκνα, καὶ κρατεῖς ξένου;

Gratiam quidem habemus viro acuto, quod vulgatam lectionem aliquid incommodi habere sensit. Quin coniectura eius quodammodo firmatur lectionibus duorum codd. Moscoviensium, in quorum altero Θρῇκα plane omissum, ut in uno Kingii, in altero autem Θρῇκας scriptum est, quasi si, quidquid hoc est vocabuli, veteris lacunae explendae caussa ab librariis adiectum esset. Verumtamen vellem paullisper continuisset iram suam Wakefieldius. Nam quid tandem caussae erat, quare de liberis Polymestoris chorus magis et prius, quam de ipso Hecubam interrogaret? Certe si ipso Polymestore potita esset, liberos eius necare minima pars laboris erat. De hoc igitur ante omnia interrogari debebat, liberorum autem postea et negligentius mentio fieri. Et sic etiam responsio Hecubae comparata est. Praeterea vero, postquam chorus interrogavit, ἦ γὰρ καθεῖλες τέκνα, quorsum deinde addit, καὶ δέδρακας οἷά περ λέγεις? Rectius fecisset Wakefieldius, si ξένον scribi iussisset. Vulgatam quibus exemplis munire studuerunt Porsonus et Schaeferus, ea omnia aliena esse recte monuit Matthiae. Servandam esse vulgatam iure censuit Pflugkius, qui vidit neminem haesitaturum fuisse, si τἀνδρὸς legeretur, quod saepe pro pronomine αὐτοῦ usurpatur.

παίδων τε δισσῶν σώμαϑ᾽, οὓς ἔκτειν᾽ ἐγὼ
σὺν ταῖσδ᾽ ἀρίσταις Τρῳάσιν· δίκην δέ μοι
δέδωκε· χωρεῖ δ᾽, ὡς ὁρᾷς, ὅδ᾽ ἐκ δόμων.
ἀλλ᾽ ἐκποδὼν ἄπειμι κἀποστήσομαι
ϑυμῷ ζέοντι Θρῃκὶ δυσμαχωτάτῳ.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ὤ μοί μοι ἐγώ,
πᾷ βῶ; πᾷ στῶ; πᾷ κέλσω
τετράποδος βάσιν ϑηρὸς ὀρεστέρου,

V. 1023. Recte videntur *ἀρίσταις* veteres enarratores interpretari *ταῖς γενναιοτάταις, ταῖς ἀνδρείαις.* Laeta enim successu laudat earum fortitudinem Hecuba. Pro *ταῖς* scripsi *ταῖσδ᾽*.

V. 1026. Aug. b. *ϑυμῶν ῥέοντι.* c. ut vulgo *ϑυμῷ ῥέοντι.* Unde Canterus *ϑυμοῤῥέοντι* scribendum putabat. Lectionem *ϑυμῷ ζέοντι*, a Barnesio commemoratam, quum Porsonus in codd. Harl. C. C. Ch. Cantabr. invenisset, recepit: idque recte videtur praetulisse eleganti alioqui coniecturae Ruhnkenii in ep. crit. II. pag. 224. *ϑυμὸν ζέοντι.* Fallitur Matthiae, quum vulgatam a Musgravio commode defendi dicit illo Demosthenis p. 272, 20. *ϑρασυνομένῳ καὶ πολλῷ ῥέοντι καϑ᾽ ὑμῶν.* Nullo pacto enim *ῥεῖν* et *πολὺν ῥεῖν* comparari possunt.

V. 1027. Legebatur *ὤ μοι ἐγώ.* Et sic etiam Augg. b. c. *Μοὶ* metro iubente duplicandum fuit. Haec et quae mox v. 1059 sequuntur melica Polymestoris frustra et Seidlerus et ego ad antistrophica revocare conati sumus. Sunt haec *μετρικὰ ἄτακτα*, eo modo composita, quo in epodis solitum, ut iterentur incertis spatiis eadem metra. Idque convenit tam vehementi et turbulentae animi agitationi.

V. 1028. Molestus est Wakefieldius hic et alibi *ποῦ στῶ* obtrudens. Vulgatam lectionem tuetur censor Britannus auctoritate Etymol. M. p. 669. l. 10. scholiastae Eurip. ad Hecub. vers. 1075. et schol. Aristoph. ad Plut. v. 447. nostrum locum afferentis, qui omnes *πῇ* etiam *ἐπὶ στάσεως* dici observant. Falluntur, verbo *στῶ* decepti. Nec quidquam huiusmodi habent Ammonius p. 112. et Thomas M. in *ὅποι* p. 652. et Eustathius ad Odyss. X. p. 1664. l. 8. laudati a Britanno censore. *Πᾷ στῶ* est *quo accidam?* In Oreste v. 1251.

στῆϑ᾽ αἱ μὲν ὑμῶν τήνδ᾽ ἁμαξήρη τρίβον,
αἱ δ᾽ ἐνϑάδ᾽ ἄλλον οἶμον, ἐς φρουρὰν δόμων.

Id Germani dicunt *treten*, eodemque, ut Graeci, modo construunt. Significat enim *consistere in eo loco, in quem ac-*

σίγα. κρυπτὰν βάσιν αἰσθάνομαι
τάνδε γυναικῶν. πᾷ πόδ᾽ ἐπᾴξας
σαρκῶν ὀστέων τ᾽ ἐμπλησθῶ,
θοίναν ἀγρίων θηρῶν τιθέμενος,
ἀρνύμενος λώβαν,
λύμας ἀντίποιν᾽ ἐμᾶς; ὢ τάλας.
ποῖ, πᾷ φέρομαι, τέκν᾽ ἔρημα λιπὼν
βάκχαις Ἅιδου διαμοιρᾶσαι
σφακτὰν κυσίν τε φοινίαν
δαῖτ᾽ ἀνήμερον
οὐρείαν τ᾽ ἐκβολάν;

V. 1041. Vulgo bis *σίγα*. Semel plerique codd. in quibus Augg. b. c. et Priscian. XVIII. p. 274. ed. Krehl. Si geminatur *σίγα*, anapaestis etiam *ἆ ἆ* adnumerandum. Sed aptius videtur *ἆ ἆ* seorsum proferri, semelque dici *σίγα*.

V. 1042. Vulgo *τᾶνδε*. Codd. fere, ut Priscianus, *τῶνδε*. Recte vero Seidlerus in libro de verss. dochm. p. 276. dedit *τάνδε*, quod neglexit Matthiae, receperunt alii.

V. 1044. Seidlerus, ut dochmiacos efficeret, *τιθέμενος θηρῶν*. In Flor. 10. 25. 33. Guelf. et a manu secunda in Flor. 2. scriptum *τιθέμενος τ᾽*. Ita metrum est dochmiacum, sed constructio, licet non legibus grammaticis repugnans, *σαρκῶν ὀστέων τε, θοίναν τε θηρῶν τιθέμενος ἐμπλησθῶ*, tamen sententiam praebet pravam, distinguens quae eadem sunt. Nunc versus pro anapaestico habendus videtur.

V. 1046. Libri *ἰὼ τάλας*. Quod quum Seidlerus et ego in *ὢ τάλας* mutassemus, Matthiae id se non debuisse imitari ait, citans versum 1003. qui nobis est 998. in quo ipse *ἐμπεσὼν* servavit. At vix dubitari potest, quin utroque loco numerus sit dochmiacus, paullo ille hic elegantior futurus, si legeretur,

ἐμᾶς ἀντίποινα λύμας, τάλας.

Et profecto ex Flor. 2. allatum *ἀντίποινα λύμας*.

V. 1047. Aug. b. *πᾶ πᾶ*. c. *ποῖ πῇ*.

V. 1049. Legebatur, *σφακτὰν κυσί τε φονίαν δαῖτ᾽ ἀνήμερον, ὀρείαν τ᾽ ἐκβολάν*. Sic etiam Augg. b. c. nisi quod cum Aldina et plerisque aliis codd. *οὐρείαν* habent. Porsonus *κυσίν τε* edidit cum Brunckio, qui in omni hoc loco membranas sequutus est. Sic etiam Flor. 10. et lib. P. Praeterea codex Moscov. C. *φοινίαν*. Metra si in his spectantur, non inusitata quidem erunt versibus sic scriptis:

τιθέμενος ἔπι χεῖρα κατ' ἴχνος; ποίαν,
ταύταν, ἢ τάνδ' ἐξαλλάξω,
τὰς ἀνδροφόνους μάρψαι χρήζων
Ἰλιάδας, αἵ με διώλεσαν,
τάλαιναι κόραι, τάλαιναι, Φρυγῶν.
ὦ κατάρατοι,
ποῖ καί με φυγᾷ πτώσσουσι μυχῶν;
εἴθε μοι ὀμμάτων αἱματόεν βλέφαρον
ἀκέσαι', ἀκέσαιο, τυφλὸν, Ἅλιε,
φέγγος ἀπαλλάξας.
ἆ ἆ.

---

cesseris. Caeterum πᾷ scribi addito iota auctor est Eustathius p. 174. l. 1. Quae de differentia inter πᾷ et ποῖ ad Herc. fur. 1236. dixi, saepius vituperata a Schaefero, refutata nusquam sunt. Vide Porsonum ipsumque Schaeferum ad v. 1062.

V. 1030. Hic versus, quem verbo ποίαν finiunt Ald. et aliquot codd. ambiguum est utrum anapaesticus sit an ex dochmiis compositus, quod veri similius videtur. Pro librorum scriptura κατ' ἴχνος Porsonus in prima editione καὶ κατ' ἴχνος, postea καὶ ἴχνος scribi volebat. Nihil mutandum, modo recte interpungatur, neque ut vulgo: πᾷ κέλσω, τετράποδος βάσιν θηρὸς ὀρεστέρου τιθέμενος ἐπὶ χεῖρα, κατ' ἴχνος. Sic enim procedunt sententiae: πᾷ κέλσω τετράποδος βάσιν θηρὸς ὀρεστέρου, τιθέμενος ἔπι χεῖρα κατ' ἴχνος: *quo applicem quadrupedis montanae ferae gressum, imponens (solo) manum secundum vestigia?* I. e. quo quadrupes accedam, manu quaerens vestigia mulierum?

V. 1031. Vulgo ἢ ταύταν ἢ τάνδ'. Prius ἢ recte omittunt Flor. 25. Aug. c. In Flor. 2. additum a manu secunda. Aug. c. sic: ποίαν ταύτην ἢ τήνδ'.

V. 1033. Versus hic ex paeone primo Cretici locum tenente et dochmio est compositus.

V. 1034. Vulgo τάλαιναι, τάλαιναι κόραι Φρυγῶν. Alterum τάλαιναι deest in Mosc. D. Flor. 33. Ordinem verborum, ut dochmii postulabant, et Seidlerus et ego mutavimus. Tacitus recepit Elmsleius ad Med. 1240. Post hunc versum recte iam Seidlerus interpunxit. Vulgo male positum signum interrogandi in fine praecedentis versus.

V. 1035. 1036. Interpunctio docet, primum versum monometrum, alterum dimetrum esse debere, non, ut vulgo, primum dimetrum, alterum monometrum.

V. 1038. Cohaeret hic versus cum sequente una numeri perpetuitate: v. Elem. doctr. metr. p. 276.

σίγα. κρυπτὰν βάσιν αἰσθάνομαι
τάνδε γυναικῶν. πᾷ πόδ' ἐπᾴξας
σαρκῶν ὀστέων τ' ἐμπλησθῶ,
θοίναν ἀγρίων θηρῶν τιθέμενος,
ἀρνύμενος λώβαν,
λύμας ἀντίποιν' ἐμᾶς; ὦ τάλας.
ποῖ, πᾷ φέρομαι, τέκν' ἔρημα λιπὼν
βάκχαις Ἅιδου διαμοιρᾶσαι
σφακτὰν κυσίν τε φοινίαν
δαῖτ' ἀνήμερον
οὐρείαν τ' ἐκβολάν;

V. 1041. Vulgo bis *σίγα*. Semel plerique codd. in quibus Augg. b. c. et Priscian. XVIII. p. 274. ed. Krehl. Si geminatur *σίγα*, anapaestis etiam *ἆ ἆ* adnumerandum. Sed aptius videtur *ἆ ἆ* seorsum proferri, semelque dici *σίγα*.

V. 1042. Vulgo *τᾶνδε*. Codd. fere, ut Priscianus, *τῶνδε*. Recte vero Seidlerus in libro de verss. dochm. p. 276. dedit *τάνδε*, quod neglexit Matthiae, receperunt alii.

V. 1044. Seidlerus, ut dochmiacos efficeret, *τιθέμενος θηρῶν*. In Flor. 10. 25. 33. Guelf. et a manu secunda in Flor. 2. scriptum *τιθέμενος τ'*. Ita metrum est dochmiacum, sed constructio, licet non legibus grammaticis repugnans, *σαρκῶν ὀστέων τε, θοίναν τε θηρῶν τιθέμενος ἐμπλησθῶ*, tamen sententiam praebet pravam, distinguens quae eadem sunt. Nunc versus pro anapaestico habendus videtur.

V. 1046. Libri *ἰὼ τάλας*. Quod quum Seidlerus et ego in *ὦ τάλας* mutassemus, Matthiae id se non debuisse imitari ait, citans versum 1003. qui nobis est 998. in quo ipse *ἐμπεσὼν* servavit. At vix dubitari potest, quin utroque loco numerus sit dochmiacus, paullo ille hic elegantior futurus, si legeretur,

ἐμᾶς ἀντίποινα λύμας, τάλας.

Et profecto ex Flor. 2. allatum *ἀντίποινα λύμας*.

V. 1047. Aug. b. *πᾶ πᾶ*. c. *ποῖ πῆ*.

V. 1049. Legebatur, *σφακτὰν κυσί τε φονίαν δαῖτ' ἀνήμερον, ὀρείαν τ' ἐκβολάν*. Sic etiam Augg. b. c. nisi quod cum Aldina et plerisque aliis codd. *οὐρείαν* habent. Porsonus *κυσίν τε* edidit cum Brunckio, qui in omni hoc loco membranas sequutus est. Sic etiam Flor. 10. et lib. P. Praeterea codex Moscov. C. *φοινίαν*. Metra si in his spectantur, non inusitata quidem erunt versibus sic scriptis:

πᾷ στῶ; πᾷ βῶ; πᾷ κάμψω,

σφακτὰν κυσίν τε φοινίαν
δαῖτ' ἀνήμερον,
οὐρείαν τ' ἐκβολάν·

sed veri tamen simile est dochmiacos fuisse. Et possunt, locum mutante altero τε, tres dochmiaci cum Cretico facile restitui:

σφακτὰν κυσί τε φοινίαν δαῖτ', ἀνή-
μερόν τ' οὐρείαν ἐκβολάν.

Sed quum nihil in ista particula varient libri, aptissimeque ea post οὐρείαν posita sit, ut sibi κυσί τε et οὐρείαν τε respondeant, etiam quartum dochmium plenum fuisse, sed excidisse aliquam vocem, et quidem epitheton aliquot praecedentibus iunctum suspicari licet, hoc modo:

σφακτὰν κυσί τε φοινίαν δαῖτ' ἀνή-
μερον, ἄναγνον, οὐρείαν τ' ἐκβολάν.

Praeterea, etsi et libri omnes et scholiastae σφακτὰν habent, tamen non inepte quis, si numerus est dochmiacus, σφακτὰ scribendum coniiciat, quod ad τέκνα referatur, et κυσίν τε. Sed haec quoniam omnia incerta sunt, illud, quod primo loco dixi, putavi exhibendum esse, ut quod neque pravos numeros haberet neque discedendi ab librorum scriptura necessitatem afferret.

V. 1052. Vulgo, πᾷ στῶ; πᾷ κάμψω; πᾷ βῶ. Mutatum iam olim a me ordinem confirmavit cod. Paris. G. apud Porsonum. In caeterorum enim librorum lectione molestissimum est postremum πᾷ sub ictu collocatum, quum priora duo extra ictum, ut solet, lateant. Vide v. 1028. Quod Porsonus dicit, si quis probet codicis G. scripturam, insuper etiam transponendum esse πᾷ βῶ; πᾷ στῶ; ut supra v. 1028. quem horum verborum ordinem etiam aliis exemplis confirmat, habet id quidem magnam speciem veri, nec dubitari de veritate posset, si huius loci eadem necessario quae illorum ratio esset. Nam eundi finis est consistere, consistendi quiescere. Sed defendi hic videtur posse inversio, si putabimus primo universe quaerere Polymestorem πᾷ στῶ; deinde autem brevi pausa facta id explicatius dicere illis, πᾷ βῶ; πᾷ κάμψω; Non significat autem πᾷ κάμψω *quo flectam iter? quo accedam?* sed, *quo in loco considam?* Nam sicut κάμπτειν γόνυ, vel κῶλα, quiescere significat, de qua re videndus Hesychius in γόνυ κάμψαι, et Brunckius ad Aeschyli Prometheum v. 32. et ad Sophoclis Oedipum Coloneum v. 19. ita κάμπτειν simpliciter adhibitum, etiam si quis non in aliquo loco, sed ad aliquem locum κάμπτειν dicatur, est, *post quam quis accesserit, considere.* Sic apud Sophoclem in Oedipo Colon. v. 84.

ὦ πότνιαι δεινῶπες, εὖτε νῦν ἕδρας
πρώτων ἐφ' ὑμῶν τῆσδε γῆς ἔκαμψ' ἐγώ.

ναῦς ὅπως ποντίοις πείσμασι, λινόκροκον
φᾶρος στέλλων, ἐπὶ τάνδε συθεὶς

Haec si vera sunt, non solum intelligitur etiam ad sensum melius *πᾷ βῶ, πᾷ κάμψω,* quam *πᾶ κάμψω, πᾶ βῶ,* legi, sed patet etiam totius loci hanc esse sententiam: *ubinam tandem consistam, pedemque figam, invento liberorum meorum funesto cubili?* Itaque *φᾶρος στέλλων* non poterit, ut vulgo vertunt, significare *velum mittens*, sed plane contrarium dici debebit. Quin omnino tantum abest ut *φᾶρος, λαῖφος, ἱστία στέλλειν pandere vela* sit, ut *contrahere vela* significet. Sic Homerus et activo et medio verbo usus Iliad. I. 433. Odyss. III. 11. XVI. 353. Neque aliter intelligendum videtur hoc Euripidis Hel. 145.

συμπροξένησον, ὡς τύχω μαντευμάτων
ὅπῃ νεὼς στείλαιμ' ἂν οὔριον πτερὸν
εἰς γῆν ἐναλίαν Κύπρον.

Deinde *πείσμασι* coniungunt interpretes cum *στέλλων*, quia *πεισμάτων*, quae proprie dicuntur, si de expansis velis hic agitur, nullus usus est. Immo vero post *πείσμασι* commate distinguendum est, quia de more ii funes intelligendi sunt, quibus navis in littore alligatur. Illa deinde, *λινόκροκον φᾶρος στέλλων*, per se constant. *Ὑποστέλλειν ἱστίον* dixit Pindarus Isthm. II. 58.

οὐδέ ποτε ξενίαν
οὖρος ἐμπνεύσαις ὑπέστειλ' ἱστίον ἀμφὶ τράπεζαν.

Sed haec verba minime aptum sensum praebent. Nam ubi ventus secundus inflat vela, quis ea tum contrahat? aut quum contrahuntur, quis tam stultus sit, ut hoc fieri dicat propter secundum ventum? Quod si quis forte censeat, *οὖρος ἐμπνεύσας οὐχ ὑπέστειλεν ἱστίον* idem esse quod *ἐνέπλησεν*, is nihil aget, nisi ut subtilitate grammaticis omnia explicantibus digna sensum huius loci, non orationem, excuset. Veram lectionem facile licet e scholiis eruere. Scribendum:

οὐδέ ποτε ξενίαν
οὔριος πνεύσαις ὑπέστειλ' ἱστίον ἀμφὶ τράπεζαν.

Οὔριος πνεύσαις de Xenocrate, quem isto carmine celebrat Pindarus, dicitur, et *largum* ac *munificum* significat. Inde more suo poeta ad aliam metaphoram transit, eumque vela non contrahere narrat. *Ἐπιστέλλειν* vero de veste colligenda. Christodorus in Brunckii Anal. T. II. p. 461. v. 138.

ἐγγύθι δ' αὐτοῦ
Παλλάδος ἀρήτειρα παρίστατο παρθένος Αἴγη,
φᾶρος ἐπιστείλασα κατωμαδόν.

Hesiodus Scut. Herc. 285.

οἳ δ' ἀροτῆρες
ἤρεικον χθόνα δῖαν· ἐπιστολάδην δὲ χιτῶνας
ἐστάλατο.

τέκνων ἐμῶν φύλαξ
ὀλέθριον κοίταν;

ΧΟΡΟΣ.

ὦ τλῆμον, ὥς σοι δύςφορ᾽ εἴργασται κακά·
δράσαντι δ᾽ αἰσχρὰ δεινὰ τἀπιτίμια.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

αἰαῖ,
αἰαῖ, ἰὼ Θρῄκης
λογχοφόρον, εὔοπλον, ἔφιππον, Ἄρεός τε κάτοχον γένος·

V. 1057. Δύςφορα ostendit, chorum non quae fecerit Polymestor, sed quae perpessus sit dicere. Id recte vidit Matthiae. Patet autem cur sit insolentius loquutus. Nam si, ut consuetum est, dixisset, ὥς σὺ δύςφορ᾽ εἴργασαι κακά, vix quisquam εἴργασαι ut passive dictum accepisset.

V. 1058. Augg. b. c. δράσαντί τ᾽. Eieci versum, qui post v. 1058. in libris et scriptis et impressis legitur:

δαίμων ἔδωκεν, ὅςτις ἐστί σοι βαρύς.

Est ille quidem Euripidis, sed male hic repetitus ex v. 703. nisi quod ibi ἔθηκεν legitur, quod hic quoque codd. nonnulli habent, plerisque ἔδωκεν, editionibus autem δέδωκεν exhibentibus. Mirum vero, non modo alios, sed ne Porsonum quidem, qui ἔθηκεν e v. 703. petitum esse adnotavit, totum versum illinc translatum animadvertisse. Atqui monere debebant verba ὅςτις ἐστί σοι βαρύς, quae hic perinepta sunt. Non enim malo cuidam genio, ut illic immerens Hecuba, sed suo sceleri mala sua debet Polymestor. Accedit, quod, ut sequenti Polymestoris cantui duo trimetri a choro subiiciuntur, sic idem hic quoque fieri oportebat.

V. 1059. 1060. Vulgo et in Augg. b. c. semel αἰαῖ. Iterant aliquot codd. Et sic scholiastes metricus.

V. 1061. Vulgo, λογχοφόρον, ἔνοπλον, εὔιππον, Ἄρεϊ κάτοχον γένος. Flor. 25. et Mosc. B. λογχηφόρον. Mosc. C. εὔοπλον pro εὔιππον. Porsonus aliique εὔοπλον pro ἔνοπλον ex Eustathio p. 358, 32. (271, 33.) dederunt, qui ut Thraces bellicosos fuisse ostenderet, verba εὔοπλον, εὔιππον, Ἄρεϊ κάτοχον γένος attulit. Numeros huius loci Creticos esse, ut v. 1053. vel potius paeonicos, ut v. 1071. adeo manifestum est, ut dubitari ea de re non possit, etiam si non responderet his v. 1071. Ex quo patet in verbis Ἄρεϊ κάτοχον aliquid vitii esse. Eam

ἰὼ Ἀχαιοί, ἰὼ Ἀτρεῖδαι,
βοάν, βοὰν ἀϋτῶ, βοάν·

---

ob caussam in Epitome doctr. metr. p. 294. dedi Ἄρει τε κάτοχον γένος. Levis huic coniecturae, sed aliqua tamen commendatio accedit a scholio cod. Flor. 33. in quo scriptum: προσκαλεῖται τοὺς Θρᾷκας ὄντας γενναίους, ὡς αὐτὸς λέγει, λογχοφόρους αὐτοὺς ὀνομάσας Ἄρει τε κατόχους, ὅ ἐστι κατεχομένους ὑπὸ τοῦ πόθου τοῦ Ἄρεος, ὅ ἐστι τοῦ πολέμου. Nam καὶ potius in huiusmodi coniunctione quam τε usurpare solent scholiastae. Maioris momenti est scholiastae metrici adnotatio; qui quum primum versum iambicum monometrum; secundum Ionicum a maiore trimetrum ex epitrito primo, Ionico a maiore, amphibracho; tertium prosodiacum ex Ionico a maiore, choriambo pentasyllabo, iambo esse dicat, sic eum legisse apparet:

αἰαῖ, αἰαῖ,
ἰὼ Θρήκης λογχηφόρον, ἔνοπλον,
εὔιππον Ἄρει τε κάτοχον γένος.

Sed quamquam, recepto τε, non est cur vulgata per se quidem reprehendatur, rectos illa praebens numeros Creticos,

λογχοφόρον, ἔνοπλον, εὔιππον, Ἄρει τε κάτοχον γένος,

tamen adeo aperta est responsio huius versus et versus 1070. ut mirum foret, ni singulis etiam syllabis fuissent exaequati. Itaque quum Eustathius εὔοπλον praebeat, idque etiam in cod. Mosc. C. pro εὔιππον scriptum exstet, veri simillimum est, hoc verum, εὔιππον autem pronunciationis vitio ex ἔφιππον corruptum esse. Ita κλίδων᾽ ἔφιππον dixit Sophocles El. 733. Neque vero postrema vitio vacare prodit scriptura cod. Mosc. B. ἀρεοκατοχον, in qua manifestus deprehenditur genitivus. Inde restituendum putavi,

λογχοφόρον, εὔοπλον, ἔφιππον, Ἄρεός τε κάτοχον γένος.

Constructio haec genitivi satis explicata est exemplis a Schaefero in fine Meletematum. Illud addo, neque si quis Ἄρει vel Ἄρεος κατόχιμον coniiciat, hoc verbum, adnotatum illud ab Hesychio, antiqua auctoritate communitum videri, neque, si cui Ἄρηϊ κάτοχον in mentem veniat, id cum usu tragicorum conspirare. Vindicare quidem has epicorum formas tragicis conatus est G. Dindorfius in praefatione ad poetas scenicos p. 24. sed pluribus in hoc genere quam duobus exemplis opus est. Accedit quod illa duo contrariam vim habent. Nam in Suppl. 136. Euripidem Τυδῆϊ Πολυνείκει τε quam quod in Aldina est Τυδεῖ τε Πολυνείκει τε scribere maluisse prorsus incredibile est, in Heraclidis autem v. 541. etiam flagitat sententia, quod Elmsleius posuit, Ἡράκλειος.

V. 1062. Libri et scholiastes metricus ἰὼ Ἀχαιοί, ἰὼ Ἀτρεῖδαι. In Aug. b. deest hic versus. Seidlerus, ὦ Ἀχαιοί ὦ Ἀτρεῖδαι, quo magis hic versus responderet versui 1070. Respondebit tamen etiam ultimis in utroque ἰὼ correptis, et melius concinit ἰὼ cum praegresso ἰὼ Θρήκης.

ἴτ', ὢ, ἴτ', ὢ, μόλετε, πρὸς θεῶν.
κλύει τις, ἢ οὐδεὶς ἀρκέσει; τί μέλλετε;
γυναῖκές ὤλεσάν με,
γυναῖκες αἰχμαλωτίδες.
δεινά, δεινὰ πεπόνθαμεν.
ὤ μοι ἐμᾶς λώβας.
ποῖ τράπωμαι; ποῖ πορευθῶ,
ἀμπτάμενος οὐράνιον ὑψιπετὲς εἰς μέλαθρον, Ὠρίων
ἢ Σείριος ἔνθα πυρὸς φλογέας ἀφίη-
σιν ὄσσων αὐγάς, ἢ τὸν ἐς Ἀΐδα
μελανοχρῶτα πορθμὸν ᾄξω τάλας;

ΧΟΡΟΣ.

σύγγνωσθ', ὅταν τις κρείσσον' ἢ φέρειν κακὰ
πάθῃ, ταλαίνης ἐξαπαλλάξαι ζοῆς.

V. 1064. Vulgo ἴτε, ἴτε sine interiectionibus. Libri aliquot semel ἴτε, in quibus Augg. b. c. quorum in c. iterum ab recentiore manu additum. Alii ὢ ἴτε, vel ἰὼ ἴτε. Scholiastes metricus ὢ ἴτε ὢ ἴτε. Scripsi ἴτ', ὢ, ἴτ', ὤ. Respondet enim hic versus praecedenti, compositus ex dipodia iambica et dochmio.

V. 1068. Guelf. semel δεινά. Augg. b. c. cum caeteris bis.

V. 1071. Vulgo, αἰθέρ' ἀμπτάμενος. Nonnulli codd. ut Augg. b. c. αἰθέρ' ἀναπτάμενος. Scholiastes metricus, qui versum sextum decimum ex basi trochaica et anapaesto constare dicit, legisse videtur αἰθέρ' ἀμπτάμενος εἰς, servans tamen mox etiam alterum εἰς. Offensioni vel per se est trochaeus αἰθέρ' ante paeones. Quare aliquando αἰθέρι' ἀναπτάμενος vel αἰθέριος ἀμπτάμενος legendum conieci. Sed veriorem rationem monstravit scholion codd. Flor. 25. 33. ἔν τισι τὸ αἰθέρα περισσόν, καὶ οὐ φέρεται. Interpretis est hoc verbum, quo deleto plane respondent sibi versus 1061. 1071. Caeterum hinc fortasse sumpsit Ennius

caeli ingentes fornices,

quae verba non adiecto fabulae indice afferunt Varro de L. L. IV. p. 9. et Cicero de Orat. III. 40.

V. 1072. De numeris vide Elem. doctr. metr. p. 277.

V. 1075. Friget haec sententia, multoque rectius Euripides dixisset, hunc esse fructum impii facinoris, ut quis punito sibi vitam non vitalem esse censeat.

V. 1076. Augg. b. c. ζωῆς.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

κραυγῆς ἀκούσας ἦλθον· οὐ γὰρ ἥσυχος
πέτρας ὀρείας παῖς λέλακ' ἀνὰ στρατὸν
ἠχὼ διδοῦσα θόρυβον. εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν
πύργους πεσόντας ᾔσμεν Ἑλλήνων δορί,
φόβον παρέσχεν οὐ μέσως ὅδε κτύπος.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ὦ φίλτατ', ᾐσθόμην γάρ, Ἀγάμεμνον, σέθεν
φωνῆς ἀκούσας, εἰςορᾷς ἃ πάσχομεν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἔα.
Πολυμῆστορ ὦ δύστηνε, τίς σ' ἀπώλεσεν;
τίς ὄμμ' ἔθηκε τυφλὸν αἱμάξας κόρας,
παῖδάς τε τούςδ' ἔκτεινεν; ἦ μέγαν χόλον
σοὶ καὶ τέκνοισιν εἶχεν, ὅςτις ἦν, ἄρα.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

Ἑκάβη με σὺν γυναιξὶν αἰχμαλωτίσιν
ἀπώλεσ'· οὐκ ἀπώλεσ', ἀλλὰ μειζόνως.

V. 1077. Mosc. D. Guelf. ἡσύχως, quod in Paris. A. supra scriptum recepit Brunckius. Magis poeticum est ἥσυχος, quod caeteri libri tuentur.

V. 1080. Augg. b. c. ἴσμεν.

V. 1081. Porsonus cum cod. N. et Flor. 21. παρέσχ' ἄν. Augg. b. c. et caeteri libri παρέσχεν, unus παρεῖχεν, sine ἄν. Elmsleius ad Med. 416. not. *p.* III. dura elisione παρέσχ' ἂν offensus, φόβον παρέσχεν οὐ μέσως ὅδ' ἂν κτύπος coniiciebat, comparans Suppl. 944. ὄλοιντ' ἰδοῦσαι τούςδ' ἂν ἀλλοιωμένους. Nihil opus esse particula ista ostendi in diss. de ea I. 13. et ad Soph. El. 902.

V. 1082. In Aug. b. abest γάρ.

V. 1086. Aug. b. ὄμματ' ἔθηκε τυφλόν.

V. 1088. Aug. b. σοί τε καί. Distinxi post ἦν. Nam ἄρα ad χόλον εἶχεν pertinet.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τί φῄς; σὺ τοὔργον εἴργασαι τόδ᾽, ὡς λέγει;
σὺ τόλμαν, Ἑκάβη, τήνδ᾽ ἔτλης ἀμήχανον;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ᾤ μοι, τί λέξεις; ἦ γὰρ ἐγγύς ἐστί που;
σήμηνον· εἰπὲ ποῦ ᾽σθ᾽, ἵν᾽ ἁρπάσας χεροῖν
διασπάσωμαι καὶ καθαιμάξω χρόα.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὗτος, τί πάσχεις;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

πρὸς θεῶν σε λίσσομαι,
μέθες μ᾽ ἐφεῖναι τῇδε μαργῶσαν χέρα.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἴσχ᾽· ἐκβαλὼν δὲ καρδίας τὸ βάρβαρον
λέγ᾽, ὡς ἀκούσας σοῦ τε τῆσδέ τ᾽ ἐν μέρει
κρίνω δικαίως, ἀνθ᾽ ὅτου πάσχεις τάδε.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

λέγοιμ᾽ ἄν. ἦν τις Πριαμιδῶν νεώτατος
Πολύδωρος, Ἑκάβης παῖς, ὃν ἐκ Τροίας ἐμοὶ
πατὴρ δίδωσι Πρίαμος ἐν δόμοις τρέφειν,
ὕποπτος ὢν δὴ Τρωϊκῆς ἁλώσεως.
τοῦτον κατέκτειν᾽· ἀνθ᾽ ὅτου δ᾽ ἔκτεινά νιν,
ἄκουσον, ὡς εὖ καὶ σοφῇ προμηθίᾳ.

V. 1100. Aug. b. *τόδε.*

V. 1106. Interpunctionem in fine huius versus habent edd. et puto etiam codd. Sic scholiastes quoque, neque id mutandum videtur. Non esset tamen, quod magnopere reprehenderetur, si quis tolleret eam interpunctionem, ut *ὡς* *nam* significaret.

ἔδεισα μή σοι πολέμιος λειφθεὶς ὁ παῖς
Τροίαν ἀθροίσῃ, καὶ ξυνοικίσῃ πάλιν·
γνόντες δ' Ἀχαιοὶ ζῶντα Πριαμιδῶν τινά,
Φρυγῶν ἐς αἶαν αὖθις ἄρειαν στόλον,
κἄπειτα Θρῄκης πεδία τρίβοιεν τάδε
λεηλατοῦντες, γείτοσιν δ' εἴη κακὸν
Τρώων, ἐν ᾧπερ νῦν, ἄναξ, ἐκάμνομεν.
Ἑκάβη δὲ παιδὸς γνοῦσα θανάσιμον μόρον,
λόγῳ με τοιῷδ' ἤγαγ', ὡς κεκρυμμένας
θήκας φράσουσα Πριαμιδῶν ἐν Ἰλίῳ
χρυσοῦ· μόνον δὲ σὺν τέκνοισί μ' εἰςάγει
δόμους, ἵν' ἄλλος μή τις εἰδείη τάδε.
ἵζω δὲ κλίνης ἐν μέσῳ κάμψας γονύ,
πολλαὶ δέ, χειρὸς αἱ μὲν ἐξ ἀριστερᾶς,
αἱ δ' ἔνθεν, ὡς δὴ παρὰ φίλῳ, Τρώων κόραι
θάκους ἔχουσαι, κερκίδ' Ἠδωνῆς χερὸς
ᾔνουν, ὑπ' αὐγὰς τούςδε λεύσσουσαι πέπλους·
ἄλλαι δὲ κάμακα Θρῃκίαν θεώμεναι

V. 1108. Non inepte Pflugkius monuit, coniunctivis usum videri poetam, quod vereretur Polymestor ne Troia restitueretur, optativis autem, quod coniecturam faceret, haud esse dissimile veri Achivos redituros.

V. 1110. Vulgo *αἴροιεν*. Flor. 10. *αἴρειαν*. Flor. 2. 25. Vict. *ἄρειαν*. Id ut minus obvium veri simile est cum *αἴροιεν* commutatum esse: receperuntque Dindorfii et Pflugkius. Et recte dictum, si de classe e portu egrediente accipitur: ut *στόλον ἦραν τῆςδ' ἀπὸ χώρας* in Aeschyli Agam. 45. Sin de coacta paullatim et collecta classe, rectius esset *αἴροιεν*.

V. 1115. *Λόγῳ* et mox *ἐν Ἰλίῳ* maior pars MSS. in quibus Augg. b. c. Sed vulgo cum scholiaste *δόλῳ* legitur, et *ὑπ' Ἰλίῳ*.

V. 1120. Aldina:

πολλαὶ δὲ χεῖρες, αἱ μέν, ἐπ' ἀριστερᾶς,
αἵδ' ἔνθεν, ὡς δὴ παρὰ φίλῳ Τρώων κόραι
θάκουν, ἔχουσαι κερκίδ' ἠδωνῆς χερός.
ᾔνουν θ' ὑπ' αὐγὰς τούςδε λεύσσουσαι πέπλους.

In *χεῖρες* consentire dicuntur MSS. et edd. veteres omnes. Quamquam id non ex Augg. b. c. adnotatum habeo, ut nesciam sitne

γυμνόν μ' ἔθηκαν διπτύχου στολίσματος.
ὅσαι δὲ τοκάδες ἦσαν, ἐκπαγλούμεναι
τέκν' ἐν χεροῖν ἔπαλλον, ὡς πρόσω πατρὸς

---

in iis χειρός, quod ex Miltoni emendatione recepit Barnesius. Ἐξ ἀριστερᾶς scholia et multi codices, in quibus Augustanos esse credo, praebuerunt. Horum b. mox ὡς δὲ et τοὺς λεύσουσαι. Ultimo versu solus Mosc. D. qui nunc in bibliotheca regia Dresdensi est, ἤνουν δ'. Augmenti omissione moti Brunckius, Porsonus, Elmsleius ad Bacch. 1132. et ad Oed. Col. 1606. Ἐθάκουν scripsere. Sed quod idem Elmsleius ad Heracl. 994. coniecit, repetiitque ad Oed. Col. l. c. θακοῦσ', approbarunt Schaeferus, Matthiae, alii. Et legit ita scholiastes cod. Flor. 55. cuius haec verba sunt: ὁ ἐνεστὼς ἀντὶ παρατατικοῦ, ὡς τὸ ἥκω· ἔθος δὲ τοῦτο τοῖς Ἀττικοῖς, λαμβάνειν τὸν ἐνεστῶτα ἀντὶ παρεληλυθότος. Quae sequuntur, alius scholiastae sunt, qui ab ὡς δὴ novam sententiam incipi existimabat, ex quo intelligitur, quod in primo versu libri habent χεῖρες, non errorem librariorum, sed probatam a grammaticis scripturam esse. Sic autem ille: ὡς δὴ θάκουν καὶ ἐκαθέζοντο παρ' ἐμοὶ τῷ φίλῳ αἱ κόραι τῶν Τρώων, ἔχουσαι τὴν κερκίδα τῆς Ἠδωνῆς χερός, ἤγουν τῆς Ἠδωνικῆς καὶ τῆς Μακεδονικῆς· μετὰ γὰρ τῶν κερκίδων ὑφαίνουσι τὰ πέπλα. Ego quam emendationem olim cum Schaefero communicavi, memoravit ille in addendis ad secundam editionem Lipsiensem trogoediarum a Porsono editarum, omisit in tertia. Paucis eam emendationem defendi in praefatione ad Bacchas p. 17. seq. nunc recepi. Etenim apertum esse arbitror, non recte dici ἔχουσαι κερκίδ' Ἠδωνῆς χερός, quia id nullo modo significare potest *prehendentes*, sive, ut scholiastae interpretantur, κρατοῦσαι. Nunc quum ex scholio cod. Flor. 59. appareat lectum esse olim praesens θακοῦσ', in promptu est, quod scriptum fuerat ΘΑΚΟΥΣ, i. e. θάκους, a librariis pro verbo esse habitum. Eo factum, ut non videntes θάκους ἔχουσαι iungenda esse, participium ad sequentia referrent. Inde necessario consequebatur, ut post ἤνουν copulam adderent, quae non erat a poeta profecta. Consederat Polymestor, ut ipse dicit, in medio: ab utroque latere sedentes, ut apud amicum, mulieres Troianae, pallium laudant, et quasi texturam admirantes, ut ad lucem spectent, exuunt eo Polymestorem.

V. 1125. Nisi hastae mentio praegressa esset, vestis quam δίπλακα vocant deberet intelligi. Nunc pallium et hastam δίπτυχον στόλισμα dici patet. Sic in Suppl. 659.

αὐτὸν δὲ Πάραλον ἐστολισμένον δορί.

Scholia vehementer corrupta: quorum pars sic videtur scribenda esse: γράφεται καὶ στοχίσματος, ἵν' ᾖ τῶν λογχῶν. οὐκέτι δὲ ὀρθῶς γράφεται τὸ κάμακα Θρηκίαν θεώμεναι· (propter sin-

γένοιντο, διαδοχαῖς ἀμείβουσαι χεροῖν.
κᾆτ' ἐκ γαληνῶν πῶς δοκεῖς προςφθεγμάτων
εὐθὺς λαβοῦσαι φάσγαν' ἐκ πέπλων ποθὲν
κεντοῦσι παῖδας· αἳ δὲ πολεμίων δίκην
ξυναρπάσασαι τὰς ἐμὰς εἶχον χέρας
καὶ κῶλα· παισὶ δ' ἀρκέσαι χρῄζων ἐμοῖς,
εἰ μὲν πρόςωπον ἐξανισταίην ἐμόν,
κόμης κατεῖχον· εἰ δὲ κινοίην χέρας,
πλήθει γυναικῶν οὐδὲν ἤνυον τάλας.
τὸ λοίσθιον δέ, πῆμα πήματος πλέον,
ἐξειργάσαντο δείν'· ἐμῶν γὰρ ὀμμάτων,
πόρπας λαβοῦσαι, τὰς ταλαιπώρους κόρας
κεντοῦσιν, αἱμάσσουσιν· εἶτ' ἀνὰ στέγας
φυγάδες ἔβησαν· ἐκ δὲ πηδήσας ἐγὼ
θὴρ ὣς διώκω τὰς μιαιφόνους κύνας,
ἅπαντ' ἐρευνῶν τοῖχον, ὡς κυνηγέτης,
βάλλων, ἀράσσων. τοιάδε σπεύδων χάριν

---

gularem scilicet) εἰ δὲ στολίσματος, τοῦ ἱματίου λέγει πρὸς τὸ ἦνουν θ' ὑπ' αὐγάς, ποιητικῶς ἀντὶ τοῦ γυμνόν μ' ἔθηκαν διπτύχου στολῆς, ἵνα λείπῃ ὁ καί, ἀντὶ τοῦ καὶ γυμνόν.

V. 1128. Porsonus e duobus codd. quibus accessit Aug. b. recepit *γένοιτο*, quod paullo melius dicit esse, quam quod Aug. c. et caeteri libri habent, *γένοιντο*. Id quomodo intelligi voluerit, indicavit in addendis ad hunc versum, qui ipsi est 1141. de qua re dixi ad Soph. El. 430. Vide etiam supra ad v. 818. Illud nimis mirum est, quod Porsonus, ne omni caesura hic versus careret, scribendum putabat *διαδοχαῖς τ' ἀμείβουσαι χεροῖν*: quasi haec ad numeros diversa essent. Sed tamen etiam Elmsleium tenuit, quamquam aliud comminiscentem, haec ratio ad meam Supplicum editionem v. 303. ad Med. 214. not. b. ad Bacch 1123.

V. 1136. Libri *ἤνυον*. Porsonus *ἥνυτον*, conferri iubens adnotationem suam ad Phoen. 463. Quum saepius fluctuent libri in his formis, non repugnem, si quis Atticam formam praeferat. Sed tamen et hic communem tuentur libri et in Phoenissarum versu, atque *ἐξανύων* est in Troad. 232. Vide Demosthenem p. 548, 17. et Popponem in Indice ad Xenoph. Cyrop. v. *ἀνύτειν*. Spiritum asperum, quem Atticis tribuunt grammatici, vereor ne tragici ut vulgaris sermonis proprium repudiaverint. Vide ad Soph. Electr. 1443.

V. 1144. Aug. b. *βάλλων ταράσσων*. c. *βάλλων τ' ἀράσσων*.

πέπονθα τὴν σὴν, πολέμιόν τε σὸν κτανών,
Ἀγάμεμνον· ὡς δὲ μὴ μακροὺς τείνω λόγους,
εἴ τις γυναῖκας τῶν πρὶν εἴρηκεν κακῶς,
ἢ νῦν λέγων ἐστίν τις, ἢ μέλλει λέγειν,
ἅπαντα ταῦτα συντεμὼν ἐγὼ φράσω.
γένος γὰρ οὔτε πόντος οὔτε γῆ τρέφει
τοιόνδ'· ὁ δ' ἀεὶ ξυντυχὼν ἐπίσταται.

ΧΟΡΟΣ.

μηδὲν θρασύνου, μηδὲ τοῖς σαυτοῦ κακοῖς
τὸ θῆλυ συνθεὶς ὧδε πᾶν μέμψῃ γένος.
πολλαὶ γὰρ ἡμῶν, αἳ μὲν εἴσ' ἐπίφθονοι,

V. 1145. Aug. b. πολέμιον δὲ κτανών.

V. 1148. Libri et scripti et impressi, ἢ νῦν λέγων ἔστι τις ἢ μέλλει λέγειν. Sed Brunckius e membranis, ἢ νῦν λέγων τις ἔστιν. Hoc τις in uno apud Porsonum codice omissum. Porsonus ex Stobaeo LXXIII. 9. ἢ νῦν λέγει τις ἢ πάλιν μέλλει λέγειν, quam scripturam magno cum apparatu doctrinae defendit in addendis. Wakefieldius, ἢ νῦν λέγων ἔστ', ἢ πάλιν μέλλει λέγειν. Mihi librorum Euripidis visa est servanda esse scriptura, in qua nihil est quod reprehendi possit. Stobaeum autem alia memoriter afferre, in aliis interpolasse aliquid constat.

V. 1151. Porsonus ex Stobaeo ἀεί. Euripidis libri αἰεί.

V. 1154. Libri omnes et Stobaeus LXIX. 16. πολλαὶ γὰρ ἡμῶν, αἱ μὲν εἴσ' ἐπίφθονοι, αἱ δ' εἰς ἀριθμὸν τῶν κακῶν πεφύκαμεν. Nisi quod Aug. b. sic: αἱ δὲ εἰς ἀριθμὸν κακῶν. Scholiastae contraria inter se opponenda esse animadvertentes eo confugerunt, ut ἐπίφθονοι dicerent esse ἐπαινεταί. Brunckius Musgravii emendationem οὐδέν εἰσ' ἐπίφθονοι recepit. Porsonus suspicabatur hunc versum sanum esse, in sequente autem cum Reiskio corrigendum τῶν καλῶν. Verum exemplis erat confirmandum vocabulum καλὸς de mulieribus sic adhibitum, quas facilius quis pulcras, quam bonas, indicari credat. Id Porsonus in secunda editione Reiskianae emendationi non male a me obiectum censens, parte Musgravianae coniecturae adsumpta scribi malebat: πολλαὶ γάρ· αἱ μὲν οἰδὲν εἴσ' ἐπίφθονοι. At multo certe facilior et lenior Beckii emendatio est, αἱ μὲν οὐκ ἐπίφθονοι. Schaeferus vulgatam optime se habere iudicavit: nam sensum esse: *aliae invidia premuntur*, quum sint innocentissimae: quod si viri docti Medeae locum v. 305. comparassent, omissuros fuisse fluctus in simpulo excitare. In quo non videtur cogitasse, non satis hic fuisse, invidia quasdam dici premi,

αἱ δ᾽ ἀντάριθμοι τῶν κακῶν πεφύκαμεν. 1155

nisi adderetur, quod maxime erat necessarium, iniustam esse eam invidiam, vel premi eas invidia immerito. Sed movit eum, ut sic statueret, Matthiae, qui illo Medeae loco ad eumdem finem usus erat, *ἐπίφθονος* numquam per se simpliciter malum significare, sed de eo dici contendens, qui quod supra alios emineat, invidiae sit expositus. In Medea quidem haec leguntur:

σοφὴ γὰρ οὖσα, τοῖς μέν εἰμ᾽ ἐπίφθονος,
τοῖς δ᾽ ἡσυχαία, τοῖς δὲ θατέρου τρόπου,
τοῖς δ᾽ αὖ προςάντης.

Sed quis haec recte cum Hecubae loco comparet? Ego vero cognoscere velim, ubi tandem *ἐπίφθονος* per se simpliciter de eo dicatur, qui virtute aliqua insignis, eoque invidendus sit. Immo quum proprie significet invidum atque ad reprehendendum pronum, passivo significatu haec vox dicitur de eo quod plenum invidiae et reprehensionis est. Sic in Hippol. 493.

εἰ μὲν γὰρ ἦν σοι μὴ ᾽πι συμφοραῖς βίος
τοιαῖςδε, σώφρων δ᾽ οὖσ᾽ ἐτύγχανες γυνή,
οὐκ ἄν ποτ᾽ εὐνῆς οὕνεχ᾽ ἡδονῆς τε σῆς
προςῆγον ἄν σε δεῦρο· νῦν δ᾽ ἀγὼν μέγας
σῶσαι βίον σόν· οὐκ ἐπίφθονον τόδε.

Sic ed. Lasc. quod non adnotatum video, pro *κοὐκ ἐπίφθονον τόδε.* Troad. 728.

τούτων οὕνεκ᾽ οὐ μάχης ἐρᾶν,
οὐδ᾽ αἰσχρὸν οὐδέν, οὐδ᾽ ἐπίφθονόν σε δρᾶν.

Heraclid. 203.

καὶ γὰρ οὖν ἐπίφθονον
λίαν ἐπαινεῖν ἐστί.

Rhes. 334.

ἄναξ, ἀπωθεῖν συμμάχους ἐπίφθονον.

Quod si dubitari non potest, quin *ἐπίφθονοι* sint ***reprehensione dignae***, omnino missa facere oportet quae Matthiae et Schaeferus attulerunt. Novae syntaxeos scriptori p. 218. et 309. sanam visam esse vulgatam, non miror. Alias aliorum vel coniecturas vel interpretationes praeteriri satius est. Igitur quum necessario ab emendatione petendum sit auxilium, primo quaerendum est, utra in parte sententiae vitium lateat. Si in priore, omnium maxime probabilis Beckii emendatio est, *αἳ μὲν οὐκ ἐπίφθονοι.* Cui si quis illud opponat, quod hic potius alias quidem malas, alias vero bonas, quam quasdam quidem bonas, malas vero alias esse dici debeat: non multum huic argumento tribuerim. Nam inverti talia solent, prouti cui vel concedendo aliquid caetera refutare, vel refutando aliud, aliud concedere placet. Sed gravius illud esse puto, quod non apte dicitur *αἳ δ᾽ εἰς ἀριθμὸν τῶν κακῶν πεφύκαμεν,* quum simpliciter dici deberet *αἳ δὲ κακαὶ πεφύκαμεν,* non, quod *εἰς ἀριθμὸν* pro *ἐν ἀριθμῷ* positum sit, quod recte factum, si significatur ***inserimur numero malarum***, (fallitur autem in his verbis novae

ΕΚΑΒΗ.

Ἀγάμεμνον, ἀνθρώποισιν οὐκ ἐχρῆν ποτὲ
τῶν πραγμάτων τὴν γλῶσσαν ἰσχύειν πλέον,

---

syntaxeos scriptor, qui p. 218. ea significare suspicatur *numeratione facta*, ut in Sophoclis Acrisii fragm. XI. quod ipse perperam ad hunc modum interpretatus est) sed propter ipsum nomen *ἀριθμός*, quod qui in numero malorum sunt, aliqui sunt ex malis: quare qui sic loquitur, concedere videtur, praeter istos aliquos aliquammultos alios esse malos. Atqui id ab huius loci ratione abhorret. Nam quum defendere chorus hic sexum muliebrem velit, non tam affirmare, quam non negare debet, quasdam mulieres malas esse, quumque id non neget, asseverare potius, multas esse bonas. Itaque aptissimum est, praemitti illud quod largitur: factumque id est verbis lenissimis, *αἳ μὲν εἴσ' ἐπίφθονοι.* Ex quo consequitur contrarium opponi debere versu qui sequitur. Et fieret id quidem, si scriberetur, ut olim coniiciebam, *αἳ δ' οὐκ ἐς ἀριθμὸν τῶν κακῶν πεφύκαμεν.* Sed tamen alibi Euripides *εἰς ἀριθμὸν* dicere maluit, ut in Electr. 1054. et in Iphig. Aul. 231. praetereaque consentiens scriptura librorum, qua adducti scholiastae malam praegresso versui interpretationem adhibuerunt, alius eiusque perantiqui vitii suspicionem excitat. Nam quod in libris est *εἰς ἀριθμὸν* exstitisse videtur ex *ἰσάριθμοι,* non quod hoc verbum ab Euripide scriptum credam, sed quod id in textum venerit, quum adscriptum esset explicandae genuinae voci *ἀντάριθμοι.* Multa enim sunt vocabula ab *ἀντὶ* incipientia, quae a grammaticis per vocabula ex *ἴσος* composita explicantur: ex quo fonte aliquot poetarum locis medela peti potest. Magnum eiusmodi vocabulorum numerum vel solus Hesychius suppeditat. Hoc si recte conieci, sensus erit: *multae enim nostrum, aliae quidem invidia laborant, aliae vero e contraria parte aequamus numerum malarum.* Non video quidem adiectivum hoc ab lexicographis adnotatum: sed verbo *ἀνταριθμεῖν* usi sunt Pausanias X. 20, 2. et, qui apprime, quid eo significetur, declarat, Pollux II. 93. ita scribens de dentibus: *ἐν ἑκατέρᾳ δὲ σιαγόνι τοὺς ἴσους ἀνταριθμητέον.* Itaque quum optio relinqueretur inter vulgatam sensu carentem, et aliquam non destitutam sensu coniecturam, hanc praeferre ausus sum, quae exquisitior et poeta dignior videretur.

V. 1157. Aug. b. *ἰσχύειν ποτε.* Quae hinc incipit Hecubae oratio, ad eam fortasse pertinuit Ennii versus a Cicerone non indicato fabulae titulo commemoratus in lib. III. de Orat. c. 38. et in Oratore c. 49.

num non vis huius me versutiloquas malitias.

Et fortasse alius etiam in lib. III. de Orat. c. 39. servatus,

quandoquidem iste circumvestit dictis, sepit sedulo.

ἀλλ' εἴτε χρήστ' ἔδρασε, χρήστ' ἔδει λέγειν·
εἴτ' αὖ πονηρά, τοὺς λόγους εἶναι σαθρούς,
καὶ μὴ δύνασθαι τἄδικ' εὖ λέγειν ποτέ.
σοφοὶ μὲν οὖν εἰσ' οἱ τάδ' ἠκριβωκότες,
ἀλλ' οὐ δύναιντ' ἂν διὰ τέλους εἶναι σοφοί,
κακῶς δ' ὄλοιντο· κοὔτις ἐξήλυξέ πω.
καί μοι τὸ μὲν σὸν ὧδε φροιμίοις ἔχει·
πρὸς τόνδε δ' εἶμι καὶ λόγοις ἀμείψομαι,
ὃς φῂς Ἀχαιῶν πόνον ἀπαλλάσσων διπλοῦν,
Ἀγαμέμνονός θ' ἕκατι, παῖδ' ἐμὸν κτανεῖν.
ἀλλ', ὦ κάκιστε, πρῶτα ποῦ πότ' ἂν φίλον

V. 1162. *Δύναιντ' ἂν* a Brunckio, Porsono aliisque Valckenarii monitu ad Hippol. 294. e cod. Leidensi receptum. Caeteri libri *δύνανται*.

V. 1163. Vulgo *κακῶς δ' ἀπώλοντο, κοὔτις ἐξήλυξέ πω*. A Barnesio invectum *κακῶς δ' ἀπόλοντο, κοὔτις*. Unus Kingii K., sed is valde recens codex *ἀπώλοντ' οὔτις*. Idque Kingius, Musgravius, Brunckius, Porsonus aliique recepere. Nobis idem in hoc versu vitium inesse videtur, quod in praecedente versu sustulit Valkenarius. Nam quum non satis commode *οὔτις ἐξήλυξέ πω* sine copula adiici videatur, quae vehementior quam pro communis sententiae ratione figura est, scribendum duxi *κακῶς δ' ὄλοιντο*. *Ἂν* repetendum ex priore membro: vide dissertationem de ea particula IV. 6. *Δύνανται* quum scriptum esset pro *δύναιντ' ἄν*, scriptum fuit etiam *ὄλοντο*, cuius explicatio *ἀπώλοντο* in textum immigravit.

V. 1165. Aug. c. *πρὸς τόνδ' εἶμι*.

V. 1166. Augg. b. c. *πῶς φῂς*.

V. 1168. Haec vulgo sic scripta legebantur:
ἀλλ', ὦ κάκιστε, πρῶτον οὔ ποτ' ἂν φίλον
τὸ βάρβαρον γένοιτ' ἂν Ἕλλησιν γένος,
οὔτ' ἂν δύναιτο.

Ego quum in censura Medeae ab Elmsleio editae ad v. 4. p. 334. sive in Diar. class. fasc. XXXVIII. p. 277. vel in Opusc. vol. III. p. 156. dixissem, in Soph. Oed. Col. 731. si quis, quum *μήποτ'* in quibusdam libris reperiatur, scriberet *ὃν μήποτ' ὀκνεῖν, μήτ' ἀφῆτ' ἔπος κακόν*, recte se habiturum *μήτε*, dum *μήποτε* pro *μήτε ποτὲ* dictum acciperetur: Elmsleius ad Oed. Col. l. c. simile illi exemplum in his Hecubae versibus inveniri existimavit, sed removendum censuit *μηδ' ἂν δύναιτο* scribendo. At primo non potest Euripidis locus cum Sophocleo comparari. Nam apud Euripidem, si *οὔποτε* pro *οὔτε ποτὲ* di-

τὸ βάρβαρον γένοιτ᾽ ἂν Ἕλλησιν γένος;
οὔτἂν δύναιτο. τίνα δὲ καὶ σπεύδων χάριν
πρόθυμος ἦσθα; πότερα κηδεύσων τινά,
ἢ συγγενὴς ὤν; ἢ τίν᾽ αἰτίαν ἔχων;
ἢ σῆς ἔμελλον γῆς τεμεῖν βλαστήματα,
πλεύσαντες αὖθις; τίνα δοκεῖς πείσειν τάδε;
ὁ χρυσός, εἰ βούλοιο τἀληθῆ λέγειν,
ἔκτεινε τὸν ἐμὸν παῖδα, καὶ κέρδη τὰ σά.
ἐπεὶ δίδαξον τοῦτο· πῶς, ὅτ᾽ εὐτύχει
Τροία, πέριξ δὲ πύργος εἶχ᾽ ἔτι πτόλιν,
ἔζη τε Πρίαμος, Ἕκτορός τ᾽ ἤνθει δόρυ,
τί δ᾽ οὐ τότ᾽, εἴπερ τῷδ᾽ ἐβουλήθης χάριν
θέσθαι, τρέφων τὸν παῖδα, κἂν δόμοις ἔχων,
ἔκτεινας, ἢ ζῶντ᾽ ἦλθες Ἀργείοις ἄγων;
ἀλλ᾽ ἡνίχ᾽ ἡμεῖς οὐκέτ᾽ ἦμεν ἐν φάει,
καπνῷ δ᾽ ἐσήμην᾽ ἄστυ πολεμίων ὕπο,

---

ctum esset, statim sequi debebat γένοιτο, in quo verbo versatur distinctio: οὔποτε γένοιτ᾽ ἂν φίλον, οὔτ᾽ ἂν δύναιτο. Deinde μηδ᾽ ἂν δύναιτο exemplis iis, quibus id tueri voluit Elmsleius, defendi nullo modo potest, quibus in omnibus non exstat ἄν, ut in optando, praeterquam in Herc. fur. 159. in quo neque ἂν nec μὴ est. Quare Hecubae locum consideranti, quod in eo non possunt sibi respondere οὐ et οὔτε, non posset non οὐδ᾽ ἂν δύναιτο scribendum videri, nisi alio animum adverteret tum fluctuatio scripturae in primo versu, in quo codd. Mosc. B. Flor. 17. πρῶτον μέν, Havn. autem πρῶτον μὲν οὔτ᾽ exhibent, tum scholiastae adnotatio, sic scribentis: ἀλλ᾽, ὦ κάκιστε, πονηρότατε, πρῶτον μὲν καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν οὔποτε καὶ οὐδαμῶς γένοιτο ἂν τὸ βάρβαρον γένος, φίλον καὶ προσφιλέστατον τοῖς Ἕλλησιν, ἤγουν ὁ Ἀγαμέμνων Ἕλλην, σὺ βάρβαρος, πῶς μέλλετε φιλιωθῆναι; Qui etsi postrema fortasse de suo adiecit, tamen dubitari potest, an illa alius scholiastae sint. Certe et aptissima hic et multo fortior interrogatio est. Quae quum duobus modis restitui possit, vel πρῶτα μὲν πότ᾽ ἄν, vel πρῶτα ποῦ πότ᾽ ἂν scribendo, hoc posterius praetuli, mutatum a metricis quum πρῶτον scriptum esset. Ac fortius hoc est altero. Tum οὔτ᾽ ἂν solito errore scriptum esse patet pro οὔτἄν.

V. 1177. Brunckius et Porsonus ηὐτύχει scripsere. Vulgo, ut Augg. b. c. εὐτύχει. Vide ad v. 18.

V. 1184. Porsonus cum Aldina edidit καπνῷ δ᾽ ἐσήμαιν᾽.

ξένον κατέκτας σὴν μολόντ' ἐφ' ἑστίαν;
πρὸς τοῖσδε νῦν ἄκουσον, ὡς φανεῖ κακός.
χρῆν σ', εἴπερ ἦσθα τοῖς Ἀχαιοῖσιν φίλος,
τὸν χρυσόν, ὃν φῂς οὐ σόν, ἀλλὰ τοῦδ' ἔχειν,

Lectionem membran. Reg. codicis Brunckiani, MSS. quattuor Moscov. Augg. b. c. *καπνῷ δ' ἐσήμην'* probandam putabat Brunckius: hunc enim sensum esse: *ἄστυ δὲ τῷ καπνῷ ἐσήμηνεν ὑπὸ πολεμίων ὄν.* At tum participium *ὂν* adiiciendum foret, quod et versum privaret elegantia, et dicendum potius esset *πολεμίοις ὕπο. Καπνῷ* quidem MSS. et edd. vett. *Καπνὸς* Canteri coniectura est, quam Barnesius aliique receperant. Tum plerique codd. *ἐσήμην'*. Id recte praeferendum iudicavit Schaeferus, cui quod hic locus sic visus est intelligendus esse, ut urbs fumo signum dedisse caedis perpetrandae diceretur, verbo *σημαίνειν* significatione militari posito, non est quidem quare quis neget sic haec interpretari licere, sed tamen haud paullo artificiosior haec ratio esse videtur, quam qua ego censueram praecedentia respici, dicique urbem fumo indicasse occisos esse, qui eam tenuissent, vindictamque sumere possent, si interimeretur Polydorus. Confirmat eam scholiastes cod. Guelf. *ἢ οὕτω. εἰποῦσα γὰρ ἡ Ἑκάβη τὸ ἡνίχ' ἡμεῖς οὐκέτ' ἦμεν ἐν φάει, ἐπήγαγεν ἐφεξῆς τὸ καπνῷ δ' ἐσήμην' ἄστυ πολεμίων ὕπο, τουτέστι τὸ ἡμᾶς μηκέτι εἶναι ἐν φάει ἐσήμηνε καὶ ἔδειξε τὸ ἄστυ ἐν τῷ καπνῷ ὑπὸ τῶν πολεμίων. ὧν γὰρ ἡ πόλις πυρὶ παραδέδοται, τούτων καὶ ἡ εὐτυχία δήλη ἐντεῦθεν ἐστὶν εἰς οὐδὲν χωρήσασα.* Caeterum in libris hi versus non habent notam interrogationis post *ἑστίαν*. Eam ego apposui, quod sic fortior est oratio. Cod. Aug. b. *ὑπὸ*.

V. 1187. Libri, *εἴπερ ἦσθα τοῖς Ἀχαιοῖσιν φίλος*, quod quum ego, quia prorsus putidum et prosaicum esset, in *εἴπερ ἦσθ' ὄντως Ἀχαιοῖσιν φίλος* mutavissem, vituperavit id propter numeros Elmsleius in censura meae Supplicum editionis ad v. 303. not. *) et hoc quidem recte: debebam enim *ὄντως* non in articuli locum substituere, qui postquam exciderat *ὄντως*, explendi versus caussa adiectus est, sed ponere ante *ἦσθα*. Nam quin scriptum id fuerit ab Euripide, nullus dubito, quia etsi linguae leges ferunt articulum praegressa in superioribus mentione Argivorum, tamen nimis a poetico genere dicendi recedit vulgata, vitiosa illa etiam eo, quod articulus sub gravi ictu numerorum est. Sed ambiguum est, utrum *ὄντως* an *ὀρθῶς* exciderit. Sophocles in Antigona v. 98.

τοῦτο δ' ἴσθ' ὅτι
ἄνους μὲν ἔρχει, τοῖς φίλοις δ' ὀρθῶς φίλη.

Vide Markland. ad Iph. Taur. v. 610.

δοῦναι φέροντα πενομένοις τε καὶ χρόνον
πολὺν πατρῴας γῆς ἀπεξενωμένοις·
σὺ δ' οὐδὲ νῦν πω σῆς ἀπαλλάξαι χερὸς
τολμᾷς, ἔχων δὲ καρτερεῖς ἔτ' ἐν δόμοις.
καὶ μὴν τρέφων μὲν ὥς σε παῖδ' ἐχρῆν τρέφειν
σώσας τε τὸν ἐμόν, εἶχες ἂν καλὸν κλέος.
ἐν τοῖς κακοῖς γὰρ ἁγαθοὶ σαφέστατοι
φίλοι· τὰ χρηστὰ δ' αὔθ' ἕκαστ' ἔχει φίλους.
εἰ δ' ἐσπάνιζες χρημάτων, ὃ δ' εὐτύχει,
θησαυρὸς ἄν σοι παῖς ὑπῆρχ' οὑμὸς μέγας·
νῦν δ' οὔτ' ἐκεῖνον ἄνδρ' ἔχεις σαυτῷ φίλον,
χρυσοῦ τ' ὄνησις οἴχεται, παῖδές τε σοί,
αὐτός τε πράσσεις ὧδε. σοὶ δ' ἐγὼ λέγω,
Ἀγάμεμνον, εἰ τῷδ' ἀρκέσεις, κακὸς φανεῖ.
οὔτ' εὐσεβῆ γάρ, οὔτε πιστὸν οἷς ἐχρῆν,
οὐχ ὅσιον, οὐ δίκαιον εὖ δράσεις ξένον·
αὐτὸν δὲ χαίρειν τοῖς κακοῖς σε φήσομεν
τοιοῦτον ὄντα· δεσπότας δ' οὐ λοιδορῶ.

ΧΟΡΟΣ.

φεῦ, φεῦ· βροτοῖσιν ὡς τὰ χρηστὰ πράγματα
χρηστῶν ἀφορμὰς ἐνδίδωσ' ἀεὶ λόγων.

V. 1189. Non videtur poeta satis circumspecte *πενομένους* dixisse eos, qui capta urbe praeda onusti revertebantur.

V. 1193. Porsonus ex MS. Reg. Soc. affert, *καὶ μὴν τρέφων μὲν παῖδά γ', ὥς σ' ἐχρῆν τρέφειν. Non male*, inquit, *si alii consentirent.* Sed quid sibi vult *γέ*? ad quod defendendum nihil conferunt, quae ad Phoen. 1638. congessit. Certe *παῖδ', ὅπως σ' ἐχρῆν* scribendum esset. In aliis codd. aliter depravata scriptura. Praestat vere vulgata. De ordine verborum v. Elmsl. ad Med. 460.

V. 1194. In Aug. c. abest *τε*.

V. 1195. Idem ille codex Reg. Soc. et Flor. A. Flor. 2. Vict. Havn. *σαφέστεροι*. Id hic quidem non praeferam vulgatae.

V. 1196. Aug. b. *ἔχει φίλοις*.

V. 1197. Hic quoque Augg. b. c. *εὐτύχει*.

V. 1207. Valkenarius quum ad Phoenissas v. 207. puta-

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἀχθεινὰ μέν μοι τἀλλότρια κρίνειν κακά·
ὅμως δ' ἀνάγκη. καὶ γὰρ αἰσχύνην φέρει,
πρᾶγμ' ἐς χέρας λαβόντ' ἀπώσασθαι τόδε.
ἐμοὶ δ', ἵν' εἰδῇς, οὔτ' ἐμὴν δοκεῖς χάριν,
οὔτ' οὖν Ἀχαιῶν, ἄνδρ' ἀποκτεῖναι ξένον,
ἀλλ' ὡς ἔχῃς τὸν χρυσὸν ἐν δόμοισι σοῖς.
λέγεις δὲ σαυτῷ πρόσφορ', ἐν κακοῖσιν ὤν.
τάχ' οὖν παρ' ὑμῖν ῥᾴδιον ξενοκτονεῖν·
ἡμῖν δέ γ' αἰσχρὸν τοῖσιν Ἕλλησιν τόδε.
πῶς οὖν σε κρίνας μὴ 'δικεῖν φύγω ψόγον;
οὐκ ἂν δυναίμην. ἀλλ' ἐπεὶ τὰ μὴ καλὰ
πράσσειν ἐτόλμας, τλῆθι καὶ τὰ μὴ φίλα.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

οἴμοι, γυναικός, ὡς ἔοιχ', ἡσσωμένος
δούλης, ὑφέξω τοῖς κακίοσιν δίκην.

---

bat legi posse *τἄχρηστα*, nec metrum respiciebat, nec meminerat haec verba spectare ad illa, quae supra dixerat Hecuba v. 1156. seqq. Caeterum haec quoque chori sententia satis frigida est.

V. 1209. Aug. b. *μοι ἀλλότρια.*

V. 1214. Aug. b. *ἔχεις.*

V. 1216. Manifeste ex hoc versu expressa sunt illa Ennii:
sed numquam scripstis, qui parentem aut hospitem necasset, quo quis cruciatu perbiteret.
quod fugit Columnam. Affert ex Hecuba Ennii Nonius in ***perbitere*** pag. 153. apud quem male ***scripsistis quis*** legitur. ***Qui*** iam emendavit Iacob. Gothofredus in notis ad XII. tabb. in Ottonis Thesauro vol. III. p. 178.

V. 1218. Porsonus cum vulgatis *μὴ ἀδικεῖν* edidit, quod Brunckius in *μὴ 'δικεῖν* mutarat, quamquam is vulgatam scribendi rationem defendit ad Soph. Philoct. v. 782. Aeschylus in Eumenidibus v. 86.

ἄναξ Ἄπολλον, οἶσθα μὲν τὸ μὴ 'δικεῖν.

v. 694.

φόβος τε συγγενὴς τὸ μὴ 'δικεῖν
σχήσει κατ' ἦμαρ καὶ κατ' εὐφρόνην ὁμῶς.

v. 752.

τὸ μὴ 'δικεῖν σέβοντες ἐν διαιρέσει.

Vide Elmsleium ad Heracl. 460.

V. 1222. Aug. c. *τοῖς κακοῖσι*, cum glossa *τοῖς κακοῖς.*

ΕΚΑΒΗ.

οὔκουν δικαίως, εἴπερ εἰργάσω κακά;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

οἴμοι τέκνων τῶνδ', ὀμμάτων τ' ἐμῶν, τάλας.

ΕΚΑΒΗ.

ἀλγεῖς; τί δ' ἡμᾶς; παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

χαίρεις ὑβρίζουσ' εἰς ἔμ', ὦ πανοῦργε σύ;

V. 1223. Non Beckius tantum, quem commemorat Porsonus, sed multae edd. hunc versum Hecubae tribuunt. Id quidem falso a me dictum quum scribit Matthiae, quod solas Barnesianam, Kingianam, Beckianam dicere debuerim, ipse falsus est: certe non inspexit editiones Paulli Stephani, Monacensem, Commelinianam, quae in versione, non in textu, Hecubae personam adscriptam habet. Aliae, quas Brunckius et Porsonus sequuti sunt, cum Augg. b. c. Agamemnoni assignant. Non dubitavi Hecubae versum adscribere. Agamemnonis enim si verba sunt, neque aliud quidquam dicet, quam quod paullo ante dixerat, neque, quare haec addat, satis gravem caussam habebit. Regem semel dixisse sententiam satis est. Hecuba autem ut responderet ista, satis excitabatur gravi reprehensione Polymestoris, servilem conditionem, contemptu dignam, ei exprobrantis. Caeterum libri Euripidis *οὐκοῦν δικαίως, εἴπερ εἰργάσω κακά*, nisi quod Vict. *τάδ' οὖν*, et Flor. 2. 10. in fine *τάδε* pro *κακά*, quorum in Flor. 10. adscriptum *γρ. κακά*. Schol. Townl. ad Iliad. XIII. 154. affert *οἰκ οὖν εἴπερ εἴργασται τάδε*. Aptius videtur hoc loco *κακά*.

V. 1224. Aug. b. *τῶν τ' ὀμμάτων τ' ἐμῶν*. c. *τῶν τ' ὀμμάτων*, omittens *τ' ἐμῶν*.

V. 1225. Membr. et plerique codd. ut vulgo, *ἀλγεῖς; τί δέ με παιδός*. Alii cum tribus Mosc. et Augg. b. c. *τί δαί με*. Alii ediderunt, *τί δέ με τοῦ παιδός*. Brunckii codex *τί δ' ἐμέ;* ipse edidit *τί δή με;* Veram haud dubie lectionem, nisi quod *ἀλγεῖς* sine interrogatione scripsit, (v. v. 1252.) reposuit Porsonus, *τί δ' ἡμᾶς;* Neque enim *μὲ* encliticum hic locum habet. Atque iam Scaliger: „*τί δ' αὖ* vel *τί δ' ἡμᾶς*“ ut Elmsleius docuit ad Bacch. 261. Schaeferus interpungendum censuit *τί δ'; ἡμᾶς παιδὸς οὐκ ἀλγεῖν δοκεῖς*; comparans Orest 1613. *τἀμὰ δ' οὐχὶ τλήμονα;* Alterum bene defendit Pflugkius.

ΕΚΑΒΗ.

οὐ γάρ με χαίρειν χρή σε τιμωρουμένην;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ἀλλ' οὐ τάχ', ἡνίκ' ἄν σε ποντία νοτὶς

ΕΚΑΒΗ.

μῶν ναυστολήσῃ γῆς ὅρους Ἑλληνίδος;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

κρύψῃ μὲν οὖν πεσοῦσαν ἐκ καρχησίων.

ΕΚΑΒΗ.

πρὸς τοῦ βιαίων τυγχάνουσαν ἁλμάτων;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

αὐτὴ πρὸς ἱστὸν ναὸς ἀμβήσει ποδί.

ΕΚΑΒΗ.

ὑποπτέροις νώτοισιν, ἢ ποίῳ τρόπῳ;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

κύων γενήσει πύρσ' ἔχουσα δέργματα.

V. 1227. **Porsonus dedit** *σὲ τιμωρουμένην* **cum Barnesio. Matthiae cum Brunckio pravam aliarum editionem scripturam servavit, pronomen encliticum anteposita interpunctione praebentium. Recte vero veteres edd. sine interpunctione,** *οὐ γάρ με χαίρειν χρή σε τιμωρουμένην;* **Ineptum hic** *σὲ ὀρθοτονούμενον.*

V. 1229. **Satis frigide Euripides Hecubam fecit accurate de singulis percontantem, priusquam illud diceret,**

οὐδέν μέλει μοι, σοῦ γέ μοι δόντος δίκην.

Auxit autem portenta portentis, quum canem dixit per malum in carchesia adscensuram.

V. 1232. **Aug. b.** *νηὸς* **ex correctione, quum antea fuisset** *ναός,* **quod est in c. in quo** *νηὸς* **supra scriptum.**

V. 1234. **Valde celebrata fuit illa Hecubae in canem mu-**

1235 *πῶς δ' οἶσθα μορφῆς τῆς ἐμῆς μετάστασιν;*

---

tatio, de qua videndi interpretes Hygini ad fab. CXI. et Potterus ad Lycophr. 331. Euripides ipse alibi, fr. inc. 126. de Hecuba, teste Plutarcho in libro de Iside p. 379. D.

Ἑκάτης ἄγαλμα φωςφόρον κύων ἔσει·

quod respiciens Aristophanes apud Eustathium p. 1467, 36. (Odyss. 127, 17) commemoratus a Porsono,

καὶ κύων ἀκράχολος
Ἑκάτης ἄγαλμα φωςφόρον γενήσομαι.

Servavit corruptum de hac re testimonium poetae lyrici potius, nisi fallor, quam tragici Dio Chrysostomus orat. XXXIII. p. 29. ita scribens: *ὥςπερ τὴν Ἑκάβην οἱ ποιηταὶ λέγουσιν ἐπὶ πᾶσι τοῖς δεινοῖς τελευταίαν ποιῆσαι τὰς Ἐρινύας χαροπὰν κύνα· χάλκεον δέ οἱ γναθμῶν ἐκ πολίαν φθεγγομένας ὑπακούομεν Ἰδίους Τένεδός τε περιῤῥυτὰ Θρηΐκιοί τε φίλαι ἔμοιγε πέτραι.* Ed. princeps *ὑπακουέμεν* et *φιλίην*. Accusativus *Ἰδίους* index esse lacunae videtur. Non est veri dissimile fuisse haec tali quodam modo scripta:

χαροπὰν κύνα·
χάλκεον δέ οἱ γναθμῶν ἐκ πολιᾶν φθεγγομένας
ὑπάκουε μὲν Ἰδαίους
[Ἀχὼ κατὰ πρῶνας,]
Τένεδός τε περιῤῥυτά,
Θρηΐκιοί τε φιλάνεμοι πέτραι.

Notatu dignum in his *γναθμὸς* femininum, si recte scriptum est nomen illud. Cuius illa poetae verba sint, non ausim coniectando assequi, nisi non esse Stesichori: nam is quum Hecubam ex Apolline peperisse Hectorem tradidisset, cuius famae praeter ipsum etiam Euphorio et Alexander Aetolus auctores a Tzetza ad Lycophr. 266. nominantur, capta Troia ab Apolline dixit Hecubam in Lyciam esse translatam. Pausanias X. 27, 2. *ἐς δὲ Ἑκάβην Στησίχορος ἐν Ἰλίου πέρσιδι ἐποίησεν ἐς Λυκίαν ὑπὸ Ἀπόλλωνος αὐτὴν κομισθῆναι.* Id Polygnotus sequutus, in pictura, qua lescben Delphicam ornavit, omisit figuram Hecubae. Sed quisquis est, qui versus quos attulimus scripsit, conspirat cum eo Lycophron v. 1175.

Περσέως δὲ παρθένος
Βριμὼ τρίμορφος θήσεταί σ' ἐπωπίδα
κλαγγαῖσι ταρβήσσουσαν ἐννύχοις βροτούς,
ὅσοι μεδούσης Στρύμονος Ζηρυνθίας
δείκηλα μὴ σέβωσι λαμπαδουχίαις,
θύσθλοις Φεραίαν ἐξακεύμενοι θεάν.

Locus ille Chersonesi prope Abydum *Κυνὸς σῆμα* dictus, de quo Asclepiades apud Tzetzam ad Lycophr. 315.

ὃ καὶ Κυνὸς καλοῦσι δυςμόρον σῆμα.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ὁ Θρῃξὶ μάντις εἶπε Διόνυσος τάδε.

ΕΚΑΒΗ.

σοὶ δ' οὐκ ἔχρησεν οὐδὲν ὧν ἔχεις κακῶν;

Strabo XIII. p. 595. *μεταξὺ δὲ ὁ Ῥόδιος ἐκπίπτει ποταμός, καθ' ὃν ἐν τῇ Χεῤῥονήσῳ τὸ Κυνὸς σῆμά ἐστιν, ὅ φασιν Ἑκάβης εἶναι τάφον.* Plinius H. N. IV. 18. ***Dein promontorium Cherronesi Mastusia, adversum Sigeo: cuius in fronte obliqua Cynos sema, (ita appellatur Hecubae tumulus) statio Achaeorum.*** Mentionem fecerunt etiam alii. Aliud *Κυνὸς σῆμα*, cani Xanthippi positum, mortuo Salamine, quo illum natando sequutus exspiraverat, quum Athenienses urbem suam relinquerent, memoravit Plutarchus in Themistocle cap. 10. extremo. Caeterum quod Dio illo loco quem attulimus scripsit, *ἐπὶ πᾶσι τοῖς δεινοῖς*, eo non recte quis utatur ad defendendum Wakefieldium, qui quum in Tryphiodori v. 401. recte emendaret,

σὲ δὲ βροτέης ἀπὸ μορφῆς
λυσσαλέην ἐπὶ πᾶσι θεοὶ κύνα ποιήσουσιν,

ubi *ἐπὶ παισὶ* legebatur, tamen interpretatus est male. Probatam eius interpretationem esse a Schaefero, ex eo apparet, quod quum emendationem reciperet, de permutatione istorum verborum dixit, non dixit autem de sensu. Coniungenda esse *λυσσαλέην ἐπὶ πᾶσι*, monstrat Plautus Menaechm. V. 1, 14.

ME. ***non tu scis, mulier, Hecubam quapropter canem Graii esse praedicabant.*** MV. ***non equidem scio.***
ME. ***quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis: omnia mala ingerebat, quemquem adspexerat: itaque adeo iure coepta appellari est canis.***

Et Cicero Tusc. III. 26. ***Hecubam autem putant propter animi acerbitatem quamdam et rabiem fingi in canem esse conversam.*** Honestiorem memoravit mutatae formae caussam Q. Smyrnaeus XIV. 345. qui postquam immolationem Polyxenae descripsit, sic pergit:

οἱ δ' ἐς πλόον ἐντύνοντο.
ἔνθα τέρας θνητὸν ἐπιχθονίοισι φαάνθη,
οὕνεκα δὴ Πριάμοιο δάμαρ πολυδακρύτοιο
ἐκ βροτοῦ ἀλγινόεσσα κύων γένετ'· ἀμφὶ δὲ λαοὶ
θάμβεον ἀγρόμενοι· τῆς δ' ἄψεα λάϊνα πάντα
θῆκε θεός, μέγα θαῦμα καὶ ἐσσομένοισι βροτοῖσιν.
καὶ τὴν μὲν Κάλχαντος ὑπ' ἐννεσίῃσιν Ἀχαιοὶ
νηὸς ἐπ' ὠκυπόροιο πέρην θέσαν Ἑλλησπόντου.

V. 1235. Augg. b. c. omittunt δ'.

V. 1236. De hoc oraculo scriptum in Rheso v. 972. et apud Herodotum VII. 111. Macrobiumque Sat. I. 18.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

οὐ γάρ ποτ' ἂν σύ μ' εἷλες ὧδε σὺν δόλῳ.

ΕΚΑΒΗ.

θανοῦσα δ', ἢ ζῶσ' ἐνθάδ' ἐκπλήσω βίον;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

θανοῦσα· τύμβῳ δ' ὄνομα σῷ κεκλήσεται

ΕΚΑΒΗ.

μορφῆς ἐπῳδὸν, ἢ τί, τῆς ἐμῆς ἐρεῖς;

V. 1239. Libri omnes, θανοῦσα δ' ἢ ζῶσ' ἐνθάδ' ἐκπλήσω βίον. Postrema verba cum θανοῦσα coniuncta ridiculi aliquid habere, cum ζῶσα, tautologici, censet Musgravius; ob eamque caussam πότμον legendum coniicit. Ista enim verba etiam apud Sophoclem in Antigona v. 83. permutari. Brunckius μόρον, nihil monito lectore, edidit, quae etiam Iacobsii coniectura est in animadv. in Eurip. p. 9. Porsonus nihil mutavit, quamquam βίον manifesto mendosum pronunciat. Wakefieldius inconsiderate scholiastarum interpretationem arripuit, quae duplici laborat vitio. Sensum enim hunc esse putant, ut Wakefieldii verbis utar, *aevum vero huiusce conditionis an morte expletura sum, an vita?* quae ipse quum sentiret Graecis obscuriora esse, haec addidit: *i. e. formane canina me viventem relictura est ante supremum diem, an canis moriar?* Sed primum haec verba ἐνθάδε ἐκπλήσω βίον numquam significabunt τὸν ἐνθάδε βίον ἐκπλήσω, ut volunt scholiastae; deinde, ut hoc significare possint, quomodo ὁ ἐνθάδε βίος erit vita, quam quis forma canina indutus agat? Et tamen id Schaefero quoque probatum est, qui sensum esse dicit: *finiamne vitam, quam homo vixi, sic, ut mortua canis sim, an ut viva?* Mihi quidem neque hic sensus in hoc versu inesse, neque vero quidquam mutandum videtur. Ἐνθάδε, ut et ipsa verbi potestas postulat et ostendunt sequentia, ad locum spectat, ubi se praecipitem in mare Hecuba datura sit, sensusque hic est: *moriarne ibi, an vivam?* Ἐκλῆσαι βίον non est *vivere* simpliciter, sed *ad vitae finem pervenire.* Quod si ἐνθάδε non coniungitur cum his, ἐκπλήσω βίον, sed cum illis, θανοῦσα ἢ ζῶσα, nihil remanet, in quo quis possit offendere. Hoc enim dicit, utrum moriens, an vivens ibi, ad vitae finem perveniam.

V. 1240. In Aug. b. abest σῷ. c. τὸ σόν.

V. 1241. Reiskius coniecit, μορφῆς ἐπῳδὸν ἢ τύχης ἐμῆς

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

κυνὸς ταλαίνης σῆμα, ναυτίλοις τέκμαρ.

ΕΚΑΒΗ.

οὐδὲν μέλει μοι, σοῦ γέ μοι δόντος δίκην.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

καὶ σήν γ' ἀνάγκη παῖδα Κασσάνδραν θανεῖν.

ΕΚΑΒΗ.

ἀπέπτυσ'· αὐτῷ ταῦτα σοὶ δίδωμ' ἔχειν.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

κτενεῖ νιν ἡ τοῦδ' ἄλοχος, οἰκουρὸς πικρά.

ΕΚΑΒΗ.

μήπω μανείη Τυνδαρὶς τοσόνδε παῖς.

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

καὐτόν γε τοῦτον, πέλεκυν ἐξάρασ' ἄνω.

ἐρεῖς. Porsonus edidit cum Brunckio *ἦ τι*, memorans Aldinae scripturam *ἤ τί.* Schaeferus quum nihil mutandum pronunciavit, *ἦ τι* nimirum defendens, non inspecta alia editione illud non mutari iussit, quod mutando ab illis editoribus positum erat. Nam et libri et scholiastes id, quod non mutandum erat, habent, *ἤ τί.*

V. 1247. Augg. b. c. *μή πω*, cum caeteris libris, quod tuitus est Porsonus hoc Sophoclis versu El. 403. *οὐ δῆτα· μήπω νοῦ τοσόνδ' εἴην κενή.* Vide Lobeckium ad Phryn. p. 458.

V. 1248. Vulgo *καὐτόν τε* cum Aldina legitur. Aliquot MSS. *καὐτὸν δέ.* Et sic Augg. b. d. qui codex hoc versu incipit. Brunckius e membr. *καὐτόν σε τοῦτον* edidit. Id legitur etiam in MS. Reg. Soc. ap. Pors. et codd. Ask. 2. 3. Flor. 10. 21. 25. 33. Probabam hoc ego olim, recepitque Matthiae, quod repentina illa ad Agamemnonem conversione huic quoque se iratum esse Polymestor prodat. Sed ei conversioni tum est locus, quum vel vehementius quis in eum, ad quem se conver-

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὗτος σὺ, μαίνει, καὶ κακῶν ἐρᾷς τυχεῖν;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

κτεῖν', ὡς ἐν Ἄργει φόνια λουτρά σ' ἀναμένει.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὐχ ἕλξετ' αὐτόν, δμῶες, ἐκποδὼν βίᾳ;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ἀλγεῖς ἀκούων;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὐκ ἐφέξετε στόμα;

ΠΟΛΥΜΗΣΤΩΡ.

ἐγκλείετ'· εἴρηται γάρ.

---

tit, quam quicum ante colloquebatur, incensus est, vel alia aliqua caussa est, cur eum aggrediatur. Quocirca recte dixisse Porsonum puto, si *σέ* legeretur, praecedentem versum tribuendum fuisse Agamemnoni. Edidit igitur ille *καὐτόν γε τοῦτον*, quod est in Aug. c. Flor. 2. Vict. Idque nunc adscivi. Nec *σέ* habuit scholiastes, quod qui scripserunt, veri simile est praecedentem versum ab Agamemnone dictum voluisse. Non male Reisigius in Coniect. p. 166 monuit, etiam *οὗτος σύ*, quo Agamemno Polymestorem compellat, argumento esse, Hecubae illud Polymestorem dixisse, non Agamemnoni.

V. 1250. Aug. c. *φόνιά σε λουτρὰ περιμένει.*

V. 1252. Recte vulgo *ἀλγεῖς ἀκούων;* Brunckius et Porsonus qua caussa signum interrogationis deleverint, non capio. Vide v. 1225. Deinde Aug. d. *ἐφέλξεται*, cum glossis: *καθέλξετε τὸ στόμα αὐτοῦ. γρ. οὐκ ἐφράξετε. γρ. οὐκ ἐμφράξετε. γρ. πιέζεται.* Hoc postremum quidem pertinet ad sequentem versum.

V. 1253. Scholiastes refert, legi etiam *πιέζετ'· εἴρηται γάρ.* Hoc *εἴρηται γὰρ* apertum est non de Agamemnonis iussu intelligendum esse, sed de se dicere Polymestorem: nam dixi, quod illum cognoscere volui. Caeterum hic Euripides parum quid scriberet perpendisse videtur. Nam ut Agamemno remo-

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὐχ ὅσον τάχος
νήσων ἐρήμων αὐτὸν ἐκβαλεῖτέ ποι,
ἐπείπερ οὕτω καὶ λίαν θρασυστομεῖ;
Ἑκάβη, σὺ δ', ὦ τάλαινα, διπτύχους νεκροὺς
στείχουσα θάπτε· δεσποτῶν δ' ὑμᾶς χρεὼν
σκηναῖς πελάζειν, Τρῳάδες. καὶ γὰρ πνοὰς
πρὸς οἶκον ἤδη τάσδε πομπίμους ὁρῶ.
εὖ δ' ἐς πάτραν πλεύσαιμεν· εὖ δὲ τὰν δόμοις
ἔχοντ' ἴδοιμεν, τῶνδ' ἀφειμένοι πόνων.

ΧΟΡΟΣ.

ἴτε πρὸς λιμένας σκηνάς τε, φίλαι,
τῶν δεσποσύνων πειρασόμεναι
μόχθων. στερρὰ γὰρ ἀνάγκη.

---

vere e conspectu suo Polymestorem satellitibus suis imperare potuerit, at quis credat eum adeo inconsiderate agere, ut regem Thraciae, tamquam suum aliquem militem gregarium, in desertam insulam deportari iubeat.

V. 1254. Augg. b. c. d. *που*. In d. supra scriptum *ποι*.

V. 1256. In Aug. d. abest *Ἑκάβη*.

V. 1258. In Aug. d. abest *πνοάς*.

V. 1264. Porsonus ex Harl. dedit *ἀνάγκα*. Idem in fine Orestis et Phoenissarum *σέμνα Νίκα*, idque, opinor, etiam in Iph. Taur. daturus erat. Schaeferus in Melet. crit. p. 132. „*obiter moneo*“ inquit, „*quem Porsonus Dorismum extremae illi voci ex libro Harleiano nuper demum vindicavit, dudum ex codice Naniano innotuisse.*“ At anapaesti, quibus concluduntur tragoediae, adspernantur Dorismos. Nec mirum, ut re omni composita, et in strepitu exeuntium e theatro spectatorum. Vide quae dixi ad finem Baccharum. Nec vereor ne quis opponat illud *ὦ μέγα σεμνὰ Νίκα* in versiculis, quibus Orestes, Phoenissae, Iphigenia in Tauris finiuntur. Nam in his quoque Phoenissarum pleraque exemplaria communes formas, *ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη* praebent, quas in Orestis quoque atque Iphigeniae libris inveniri credo, de quibus tacuit Matthiae. Habent eas certe in Oreste tres codices Augustani, quos ipse contuli: neque aliter legitur apud Lucianum in Piscatore cap. 39. ubi unus alterve codex Doricas formas exhibet. Eo testimonio

simul vindicantur isti versus ab inconsiderata reprehensione viri docti in Censuris Edinburgensibus vol. XXXVIII. p. 485. qui eos ab aliquo grammatico post Euripidis tempora adiectos esse existimabat. Valckenarius Phoenissis ex Oreste adscriptos suspicabatur: ac profecto, quemadmodum quos in Electra chorus accinit versus omissi non desiderarentur, sic harum quoque trium tragoediarum nulla est, quae non etiam sine illa clausula iustum sit finem habitura: sed tamen facilius carere ea Phoenissae atque Iphigenia quam Orestes possunt. At simili clausula Alcestis, Andromacha, Bacchae, Helena, et primo tantum versu mutato Medea finiuntur, quarum ab nulla removeri haec chori peroratio potest. Omnino quod ad finiendae tragoediae rationem attinet, sic tenendum: nullam tragoediam finiri trimetris, sed, si actor postrema habet, eum aut tetrametris trochaicis perorare, ut in Agamemnone, aut anapaestis, ut in Prometheo et Trachiniis; sin chorus, hunc quoque nunc trochaicos recitare, ut in Oedipo Rege et Ione, nunc anapaestos, ut in Choephoris, Aiace, Oedipo Coloneo, Philocteta, et plerisque Euripidis tragoediis; idque interdum divisum in hemichoria, respondentibus inter se systematis, ut in Septem ad Thebas; melico autem carmine si fit exitus, id aut chori antistrophicum esse, divisi in hemichoria, ut in Aeschyli Eumenidibus et Supplicibus, aut lamenta chori et actorum antistrophica, ut in Persis et Troadibus.

INDEX GRAECUS.

Numeri paginas indicant.

10 *

INDEX LATINUS.

INDEX SCRIPTORUM.

EURIPIDIS

TRAGOEDIAE.

RECENSUIT

GODOFREDUS HERMANNUS.

Voluminis I. Pars II.

IPHIGENIA IN AULIDE.

LIPSIAE

IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

MDCCCXXXI.

EURIPIDIS

IPHIGENIA

IN AULIDE.

LIPSIAE
EX OFFICINA I. B. HIRSCHFELDI.

EURIPIDIS

IPHIGENIA

IN AULIDE.

RECENSUIT

GODOFREDUS HERMANNUS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

MDCCCXXXI.

GOETHIO

TAURICA IPHIGENIA

SPIRITUM GRAIAE TENUEM CAMENAE

GERMANIS MONSTRATORI

D.

G. H.

PRAEFATIO.

Euripidis tragoediarum quae hodie exstant nulla tam largam legentibus praebet dubitandi materiam quam Iphigenia in Aulide: quam fabulam quum interpolatam ad nos pervenisse animadvertisset Sam. Musgravius, R. Porsonus autem extremam eius partem post Aeliani aevum scriptam iudicasset, attigissentque eam quaestionem etiam alii homines docti: ex longo tempore mihi propositum fuit tragoediam illam pertractare accuratius, si quid possem vel ad vitia tollenda, quibus et multis et magnis affecta est, conferre, vel quae ab interpolatoribus addita aut mutata essent, vestigiis deprehendere non nimis ambiguis. Nam illud quidem, quod Porsonus intellexit, finem fabulae, quum intercidisset, suppletum esse eo aevo, cuius poesis aliquantum ab Euripidis arte distaret, tam planum est atque apertum, ut nullum dubitationi locum relinquat. Accedit autem fides ab Aeliano, qui quum scribat in Historia animalium VII. 29. *ὁ δὲ Εὐριπίδης ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ·*

> *ἔλαφον δ' Ἀχαιῶν χερσὶν ἐνθήσω φίλαις*
> *κεροῦσσαν, ἣν σφάζοντες αὐχήσουσι σὴν*
> *σφάζειν θυγατέρα·*

hos versus Bremius in Symbolis ad philologiam Helveticis evidentissime ostendit non ex prologo, ut quibusdam visum erat, sed ex fine fabulae esse sumptos: eademque etiam Porsono sententia fuit: alio-

qui non dixisset eam partem recentiorem esse Aeliano. Sed neque pars illa ipsa prorsus contemnenda est, et quae reliqua sunt, ubi eam reciderimus, aliquanto maiorem obiiciunt difficultatem. Nam etsi in his quoque quaedam manifesto supposita sunt, tamen in aliis periculum est, ne aut mendosa pro spuriis habeamus, aut genuina esse credamus quae vel casu vel quod ab non indocto scripta sunt interpolatore nihil suspecti sonant. Ac dicendi genere usus est Euripides tenuiore, levioresque in novissimis tragoediis etiam versuum numeros fecit, ut facilius Euripideis similia quam Sophocleis aut Aeschyleis scribere aliquis interpolator potuerit. Accedit ad haec codicum, in quibus Iphigenia est, et paucitas et insignis depravatio, quum quorum librorum notitiam habemus, eos ipsos ex corruptis libris descriptos atque a metrorum correctoribus multis in locis etiam magis depravatos esse indiciis constet certissimis. Harum rerum consideratio quum me in huius tragoediae rationem inquirere volentem saepe cohibuisset atque absterruisset, et tamen simul etiam ad vincendas difficultates excitaret et quasi stimulis quibusdam impelleret: tandem subire operam illam sum conatus, praesertim quum quosdam monstrata semel a Porsono via ultra terminum evagatos esse animadverterem.

Initium tragoediae Bremius potissimum et Matthiae de interpolatione suspectum habuere: neque infitior me quoque olim Bremii argumentis commotum in eadem fuisse sententia. Sed dubitare postea coepi, tum quod, si quid illa in parte non esset genuinum, tamen neque in verbis neque in sententiis inveniebam, quod ab Euripidis ingenio usuque abhorreret; tum quod et quae genuina et quae non genuina putantur ut Euripidea videbam ab antiquis et probatis afferri

auctoribus. Quanquam enim anapaesti qui et ante prologum et post eum sunt pugnare cum prologo isto versibus iambicis scripto existimantur, tamen anapaestis illis usi sunt Macho comicus, Plutarchus, Stobaeus; ex iambis autem quaedam attulerunt Aristoteles et Clemens Alexandrinus. Obiiciat quidem aliquis, si, ut Boeckhius in libro illo statuit, quem de tragicis Graecis scripsit, Euripides minor, cuius maior ille vel pater vel patruus fuerit, interpolatam ab se ediderit Iphigeniam, nihil istis testimoniis effici, quia alios illorum scriptorum genuina, alios interpolata editione usos esse relinquatur: at illa ipsa interpolationis a minore Euripide factae suspicio tam non modo imbecillis, sed aperte falsis rationibus nititur, eas ut refelli non opus esse videatur. Nam unicum illud argumentum, quod aliquam iniicere dubitationem possit, quod est ab istius Euripidis recensione Homeri petitum, id quam vim habeat infra ostendetur. Itaque missa hac coniectura de illis exponam, quae ipsa in parte illa tragoediae inesse visa sunt interpolationis indicia.

Ac primo non alia, inquiunt, Euripidis tragoedia anapaestis incipit. Recte, superstitum quidem. At quam multae perierunt, quae quale exordium habuerint nescimus. Sed fuerit haec unica: quidni quod in aliquot fabulis Aeschylus fecit, Euripides hac facere potuit in una? Nam plane in nulla fecisse tum demum credi debebit, quum diserto monstratum fuerit idonei auctoris testimonio. Prologum vero, qualem fere Euripidis tragoediae habent, ne in hac quidem desideramus: qui si praeter consuetudinem non in ipso fabulae initio, sed medius inter anapaestos, quibus Agamemno cum sene ministro suo colloquitur, positus est: recordari debemus, eo tempore scriptam esse hanc tragoediam, quo poetas, inclinato

iam flore artis, ut novitate inventorum placerent, ad insueta confugisse minime sit mirandum. Neque ea res sine exemplo videtur fuisse, quum etiam in Plauti fabulis, quae ad mediae sunt comoediae similitudinem factae, quaedam prologum non habeant in ipso initio.

Sed afferuntur graviora. Ipsam enim inventionem sic aiunt comparatam esse, ut non solum inepta, sed etiam repugnantia contineat: de quo genere accuratissime disputavit Bremius. At his quoque sunt, nisi fallor, quae iure opponi possint. Primum Bremius non solum formam et colorem scenae, quae Agamemnonis cum sene colloquium contineat, turbari contendit interposita oratione Agamemnonis, quae versibus iambicis scripta prologi locum tenet, sed nihil etiam ait magis ridiculum fingi potuisse, quam ad senis verba v. 44.

φέρε, κοίνωσον μῦθον ἐς ἡμᾶς,

Agamemnonem non quae ille cognoscere cupiebat respondere, sed enarrare longe alia, quae scire non senis illius, sed spectatorum intersit. Deinde senem illum, si audivisset quae dicit Agamemno v. 98—110 a Menelao se adductum in litteris, quibus Iphigeniam ad se mitti iussisset, connubium cum Achille praetexuisse, de quo mendacio neminem praeter Calchantem et Ulixem et Menelaum quidquam compertum habere; nunc autem in litteris, quas se scribere viderit senex, retractasse mandata illa: haec igitur si audivisset senex, non posse eum quaerere v. 124.

καὶ πῶς Ἀχιλεὺς λέκτρων ἀπλακὼν
οὐ μέγα φυσῶν θυμὸν ἐπαρεῖ
σοὶ σῇ τ' ἀλόχῳ;

Magnam haec speciem veri habere quis neget? Sed tamen, quod ad primam harum dubitationum attinet, idonea ratio est, cur anapaesti iambis interpellentur.

Nam Agamemno, dubius animi, nec satis sciens quid scriberet Clytaemnestrae, quum saepius quae scripserat retractasset, iam cogitabundus secum repetit caussam atque originem mali, quo hanc in sollicitudinem sit coniectus: quod quum facit, consentaneum est eum non ad ea attendere, quae senex responderi volebat, oratione autem uti tranquilliore, quam qua paullo ante anapaestis loquutus erat, in quos mox iterum incidet, redeunte eo in quo ante fuit motu animi. Quod si ista rerum quas scire spectatores poeta voluit narratio nonnihil abhorrere ab iis videtur, quae, si vera res ageretur, dicturus esset Agamemno: numqui magis id mirum est, quam in caeteris Euripidis prologis omnibus? Illud alterum autem, quod senex cognita Agamemnonis fallacia quaerere non possit, num Achilles non aegre laturus sit, si sibi sponsa eripiatur, ita est comparatum, ut non minores in difficultates implicemur, si, ut Bremio videbatur, in altera recensione paucis mutatis omissum putabimus prologum versibus iambicis scriptum. Nam si scit senex immolatum iri Iphigeniam, etiam fictum esse eius cum Achille connubium sciat necesse est: itaque qui potest illum indignaturum credere, quod sponsa, quae non sit sponsa, privetur? Intelligere enim oportebat senem, si gnarus doli esset Achilles, non eum sponsam exspectare; sin ignarus, non potuisse ei virginem promitti, quae non nubendi, sed moriendi caussa arcesseretur. Contra si senex vere desponsatam Achilli esse credebat Iphigeniam, quaerere quidem num ille differri nuptias aequo animo passurus esset poterat, sed nescire eum oportebat immolari virginem voluisse Agamemnonem: atqui scire visus est, quia v. 134. dicit:

ὃς τῷ τῆς θεᾶς σὴν παῖδ' ἄλοχον
φατίσας ἦγες σφάγιον Δαναοῖς.

Praeterea unde compertum habet, Achillem esse, cui desponsata sit Iphigenia? nuptias enim, non sponsum, in anapaestis quidem, quos solos relinquit Bremius, nominaverat Agamemno. Ex his consequitur nihil profici remotis iambis, quia sic quoque necesse est similia, ut in illis, ab anapaestorum scriptore fuisse narrata, quo senex et crediderit nuptias Iphigeniae et Achillis instare, et tamen immolatum iri virginem resciverit. Non tollitur ergo repugnantia, sed sede mutata ex una recensione transfertur in alteram. Quocirca praestabit, opinor, videre, ne, quae pugnare visa sunt, accuratius perpensa non pugnent. Atque est ita, nisi fallor. Nam Agamemno quum spectatorum caussa, simulque ut seni satisfaciat, rerum ordinem exponit, ea quae arcana sunt aversus ab sene et submissiore voce, ut ille non audiat, putandus est dicere. Ea sunt primo v. 97.

οὗ δή μ' ἀδελφὸς πάντα προςφέρων λόγον
ἔπεισε τλῆναι δεινά.

Deinde v. 104.

πειθὼ γὰρ εἶχον τήνδε πρὸς δάμαρτ' ἐμήν,
ψευδῆ συνάψας ἀμφὶ παρθένου γάμον.
μόνοι δ' Ἀχαιῶν ἴσμεν ὡς ἔχει τάδε
Κάλχας, Ὀδυσσεύς, Μενέλεως θ'.

Hinc senex Agamemnonem non quod Calchas iusserat facere, sed nuptum dare Achilli Iphigeniam credit: itaque recte suspicatur indignaturum illum dilatis nuptiis. Sed ubi Agamemno ei respondit, clam Achille ista agi, nec scire illum quid essent moliti, tum vero intelligit dolose filiam suam arcessere Agamemnonem. Sed haec senis verba non sic, uti debebant, intellecta videntur. Nam quod ille dicit,

δεινά γε τολμᾷς, Ἀγάμεμνον ἄναξ,
ὃς τῷ τῆς θεᾶς σὴν παῖδ' ἄλοχον
φατίσας ἦγες σφάγιον Δαναοῖς·

eo non significat, Achilli promisisse Agamemnonem connubium filiae, sed praetextu eo usum esse apud Clytaemnestram. Ex quo apparet, senem non, ut visus erat, scire quae nescire debebat, sed comperire nunc demum quod ignorabat, fictas esse istas nuptias.

Quod supra dicebam, unum tantummodo argumentum esse, quo videri possit haec tragoedia minori esse Euripidi tribuenda, id ex parodo chori petiit Boeckhius, Euripidem istum, quem illum esse putat, qui recensionem Homeri fecit, delectatum carminibus Homericis, quae Homerus in catalogo scripsisset, ex sua recensione in hanc parodum transtulisse coniiciens. Fons huius coniecturae est scholion ad Aristophanis Ran. v. 67. in quo haec leguntur: *οὕτω δὲ καὶ αἱ διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας.* Eo in scholio *ὁμωνύμως* Boeckhius in *ὁμώνυμον* mutandum censet. At id certe *τὸν ὁμώνυμον* scribi debebat: et tamen non eo quo conveniebat loco haec verba erunt posita. Servandum vero *ὁμωνύμως*, iungendumque cum *δεδιδαχέναι*: nam sub eodem nomine docuisse has fabulas filium Euripidis dicit. Id ille si fecit, aut suas docuit, aut patris tragoedias. Si suas, haec Iphigenia non secunda, sed prima, sive, ut rectius dicam, unica, cuius notitiam habeamus, editio est; sin patris, ne sic quidem cogimur hanc pro secunda editione habere. Nam collectum est hoc ex eo, quod Alcmaeo iam prius editus esse videbatur. At etiam si Alcmaeonis nova facta esset editio, non sequeretur Iphigeniam quoque et Bacchas iam ante debuisse editas esse. Quin ne de Alcmaeone quidem repetita cogitandum videtur, quum duas eo nomine fabulas fuisse hodie constet, alteram

Ἀλκμαίωνα τὸν διὰ Κορίνθου, alterum τὸν διὰ Ψωφῖδος. Sed concedamus, potuisse illum minorem Euripidem quam maior fecisset Iphigeniam ab se correctam edere: factum id esse, unde tandem cognoscemus? Nempe ex parodo. At etiamsi quis spreta Suidae dubitatione certissimum esse existimet, Homeri editorem Euripidem, de quo Wolfius in Prolegomenis p. 185. et 162. dixit, eumdem fuisse cum celebris tragici seu filio seu fratris filio, tamen parodo illa nequaquam confirmabitur Boeckhii opinio. Nam, nisi egregie fallor, pars parodi ea, quae praecipuum in hac caussa momentum habet, neque a maiore neque a minore Euripide, sed ab illo qui finem fabulae scripsit interpolatore est profecta. Id in Elementis doctrinae metricae p. 547. et 725. obiter, incautius tamen totam parodum dicens, significavi. Nam in priore parte nihil est quod offendat lectorem, nisi forte crebrior usus articuli, de quo infra dicam. Res ipsae, quae ea parte continentur, apte inventae, docte explicatae, ornate enunciatae, omninoque sic descriptae sunt, ut neque ingenium poetae neque ars desideretur. Memorantur, iniecta mentione Atridarum, viri fortitudine, factis, inventis, artibus, forma nobilissimi: Aiaces, Protesilaus, Palamedes, Diomedes, Meriones, Ulixes, Nireus, Achilles, Eumelus. Si Nestorem, si Idomeneum, si Patroclum non nominavit poeta, nescio an laudandus sit potius quam vituperandus. Cavisse enim videtur, ne enumeraret duces more historicorum, poetae esse intelligens, aliquos de multis extollere. At quam his dissimilia sunt, quae a v. 227. sunt adiecta. Quae quid aliud continent quam ieiunam relationem numeri navium, quique iis praefuere ducum, decerptam fere ex Homero, omni carentem vigore poetico, verbis expressam frigidissimis, genere dicendi scri-

ptam vix in oratione prosa ferendo, denique non vacuam indiciis ignorati Atticismi. Nam, ne alia afferam, quis vel prosae orationis scriptor articulo utatur in his v. 229. *τὰν γυναικεῖον ὄψιν ὀμμάτων ὡς πλήσαιμι*, et v. 249. *τῶν Βοιωτῶν δ' ὅπλισμα*, quamquam hoc quidem in dubitationem vocari potest; aut quis Atticus dicat, quod v. 263. legitur, *ἠθροϊσμένους*, non illud comparandum cum *ἠϊθέων*, quod Marklandus restituit v. 171. Quod si quis singula perpendat, vix dubitaturum puto, quin strophae istae additamentum sint hominis et a poesi valde alieni, et multo Euripide recentioris, qui quae perverso iudicio deesse existimabat, de suo adiecerit, non videns tantum abesse ut desideretur quidquam, ut pannos, quales ipse assuit, etiam moleste ferre lectores debeant. Ex his igitur strophis si promuntur argumenta, quibus correctio fabulae Euripideae adscribatur minori Euripidi, qui recensionem fecerit Homeri, certe hic non poterit ille esse, qui maiorem Euripidem vel patrem vel patruum habuit. Nam ille quo tempore vivebat, non tulissent Athenienses chorum, qui tam miseros tamque inscite factos versus effunderet.

Sed de priore parodi parte quod dicebam, crebriorem usum articuli dignum animadversione esse, id ad haec spectat: *τὸν ξανθὸν Μενέλαον* v. 173. *τὰν Ἑλέναν* v. 176. *τᾶς Ἀφροδίτας* v. 179. *ἁ Κύπρις* v. 182. *ἁ Θέτις* v. 206. Nam quod v. 192. a viris doctis ex coniectura positum erat, *τᾶς Σαλαμῖνος*, nunc est remotum. Est autem de usu articuli sic tenendum: nam video permira a quibusdam tradi. Articulus quoniam origine pronomen demonstrativum est, definit infinita, idque duobus modis, aut designando certo de multis, aut quae multa sunt cunctis in unum colligendis. Ad prius illud genus ea ratio pertinet, qua res iam ante nominata vel

cogitata articulo notatur. Itaque nomen proprium, ut quo ipso res satis definiatur, caret articulo, quum primum usurpatur; quum iterum, adiicitur articulus, ut significetur eamdem rem esse, quae iam sit dicta. Sic illud, *Ζεύς, ὅςτις ὁ Ζεύς*: de quo genere quum recte iudicaverit Porsonus ad Orestis v. 412. idem non satis distincte ad Phoeniss. v. 145. scripsit: *articulum raro propriis nominibus praefigunt tragici, nisi propter emphasin quandam, aut initio sententiae, ubi particula inseritur, ut infra v.* 522. *Suppl.* 129. Nam quod de initio sententiae dicit, non alia conditione additur articulus, quam ut ea res significetur, quae vel dicta sit ante, vel necessario menti obversetur. Sic in Phoenissarum quod affert exemplo:

ταῖς γὰρ ἂν Θήβαις τόδε
γένοιτ᾽ ὄνειδος, εἰ Μυκηναίου δορὸς
φόβῳ παρείην σκῆπτρα τἀμὰ τῷδ᾽ ἔχειν.

Loquitur enim Thebanus de Thebanis. Alioqui si quis Thebas opponere Mycenis vellet, omittere deberet articulum: id quod millenis historicorum exemplis comprobari potest. Et in Supplicibus Theseus:

τὸ δ᾽ Ἄργος ἡμῖν ποῦ ᾽στίν;

Nam Adrastus dixerat:

κομίσαι σέ, Θησεῦ, παῖδας Ἀργείων θέλων.

Illa autem, quam emphasin vocat Porsonus, eamdem habet rationem, sed tam varia est, ut subtili quadam observatione opus sit, si quis vel commoditatem articuli vel incommoditatem recte velit percipere. Modo enim refertur articulus at praegressum nomen, ut *ἁ Κύπρις* in Hippolyto v. 558. modo ad notionem vel praecedentibus verbis comprehensam, ut ibidem v. 532. 539. *τᾶς Ἀφροδίτας*, quoniam de amore loquitur chorus, vel supplendam ex universo orationis argumento, ut, *ὁ μὲν οὖν Ζεύς, ὅ τ᾽ Ἀπόλλων ξυνετοὶ* in Sophoclis Oed. R. 498. quod est, *illi qui-*

dem, Iuppiter et Apollo. Quam enim emphasin esse vult Porsonus, fere nihil est nisi relatio ad id, quod quia fama et sermonibus hominum celebratum est, vel loquenti vel ei quicum is loquitur in animo versatur. Ut saepe, quum Troia memoratur, veluti in Iphig. Taur. 139. quo loco quum neque *τοῦ ἑτέρου* suppleri possit, et respondere videantur v. 172. seqq. excidisse versum puto talem fere, qualem uncis inclusum hic posui:

ὦ παῖ τοῦ τᾶς Τροίας πύργους
ἐλθόντος κλεινᾷ σὺν κώπᾳ
χιλιοναύτᾳ μυριοτεύχους
[στρατιᾶς ταγοῦ τοῦ πρεσβυγενοῦς]
τῶν Ἀτρειδᾶν τῶν κλεινῶν.

Euripides quidem, cuius propior communi sermoni poesis est, in canticis crebrius utitur articulo, quam Sophocles atque Aeschylus. Sed tamen ex Euripidis quoque carminibus saepe et Porsonus articulum a poetica dictione abhorrentem expulit, et idem fecerunt alii, nec tamen ut non aliquot relicti sint loci, qui eadem medicina indigeant. In Troadibus v. 1116. malo supplemento editum, *ταῖς Σιμοεντίσι τ' αὖ.* Codices veriorem viam monstrant:

Ἑλλάδι τᾷ μεγάλᾳ
καὶ Σιμοεντιάσιν
μέλεα πάθεα ῥοαῖσιν.

In Helena v. 1473. ubi *τᾷ Λακαίνᾳ γᾷ* legitur, scribe:

ἔκανε Φοῖβος, ὅθεν Λακαί-
νᾳ γᾷ βούθυτον ἁμέραν
ὁ Διὸς εἶπε σέβειν γόνος.

Eodem in carmine v. 1500. ut ferri possit *σωτῆρες τᾶς Ἑλένας,* nescio an scripserit poeta, quod uti fortius, ita elegantius est,

σωτῆρες ἔσθ' Ἑλένας.

Defendi potest in Electra v. 438. *τὸν τᾶς Θέτιδος:*

sed metra et strophica et antistrophica laborant, in antistropha autem ne sensui quidem inventa est medela. Strophica addito *κύκλῳ* sic scribenda videntur:

ἵν' ὁ φίλαυλος ἔπαλλε δελ-
φὶς πρῴραις κυανεμβόλοις
εἱλισσόμενος [κύκλῳ,]
πορεύων τὸν Θέτιδος.

In antistropha autem scribendum puto:

ἀνά τε Πήλιον, ἀνά τε πρύ-
μνας Ὄσσας ἱερᾶς νάπας
Νύμφαι σκοπιὰς κόρον
μάτευον.

Nymphas in Pelio interque rupes sacrae in Ossa vallis quaesivisse dicit Achillem, quem ibi venantem conspicere consueverant.

Quae nominum propriorum, eadem propemodum appellativorum ratio est. Itaque recte dictum *τᾶς ἥβας* in Hercule furente v. 646. quia praecessit *ἁ νεότας μοι φίλον*. Sed in eodem carmine etsi propter praegressum *κελαδήσω* defendi quodammodo posset v. 645. *τοῖς ὕμνοις*, tamen inepta esset finitio verbi, quod non desideraretur omissum. Quo minus dubitandum quin scripserit poeta:

τὸ γὰρ εὖ
σοῖς ὕμνοισιν ἐπανθεῖ,
Διὸς ὁ παῖς.

Postrema ipsa hymnorum verba sunt. Neque in Supplicibus v. 1014. scripserat *ἀλλὰ τῆς εὐκλείας χάριν*, sed *ἀλλά τις εὐκλείας χάρις*. In Medeae v. 843. sine metri detrimento *σοφίᾳ* deleto articulo scribetur. In Electra inconcinnum est, quod legitur v. 120.

φεῦ, φεῦ τῶν σχετλίων πόνων
καὶ στυγερᾶς ζοᾶς.

Plerique libri omittunt articulum. Quare in antistropha scribendum:

ἔλθοις δὲ πόνων ἐμοὶ
τᾷ μελέᾳ λυτήρ.

Cum adiectivo coniunctus articulus aliam sequente, aliam praegresso nomine potestatem habet. *Ἡ βασιλεία κούρη*, ***regia virgo***, **pro una notione est:** *κούρη ἡ βασιλεία* **duplicem descriptionem continet, quarum altera priorem alia nota definit,** ***virgo, quae regia est.*** **Itaque recte in Electra v. 185. dictum:**

εἰ πρέποντ' Ἀγαμέμνονος
κούρᾳ τᾷ βασιλείᾳ,
τᾷ Τροίᾳ θ', ἃ 'μοῦ πατέρος
μέμναταί ποθ' ἁλοῦσα.

Sic haec ex codicibus scribenda; in antistropha autem v. 210. nisi fallor, *οὐρείας κατ' ἐρίπνας*, **eiecto** *ναίουσα.* **Sed quis ferat illud in Helena v. 181.**

φοίνικας ἁλίου πέπλους
αὐγαῖσιν ἐν ταῖς χρυσέαις
ἀμφιθάλπουσα?

Inverte ordinem verborum, *ἐν ταῖς χρυσέαις αὐγαῖς*: **nihilo minus putidum erit, quia cunctos comprehendit articulus. At radii solis omnes aurei sunt, ut recte eos aureos radios voces, sed perperam dicas radios qui sunt aurei, quasi aliqui non sint. Recte legitur in Electra v. 435.**

ἵν' ὁ φίλαυλος ἔπαλλε δελ-
φίς.

Nam delphini intelliguntur illi omnes, qui naves istas fuerint comitati. Simillimum est hoc in Helena v. 1454. de navi:

χοραγὲ τῶν καλλιχόρων
δελφίνων,

si ad eos qui circa hanc navem luserint delphinos refertur. Sin aliqui intelliguntur, omitti debebit articulus: possetque omitti, si in antistrophico versu

codex aliquis *ξυνοῦσα* pro *ξυνελθοῦσα* praeberet. Quae in Hercule furente v. 368. leguntur, *Πηνειὸς ὁ καλλιδίνας*, et v. 784. *Δίρκα θ' ἁ καλλιῤῥέεθρος*, recte se haberent etiam postpositis nominibus propriis: nam utroque in versu, re commemorata quae loci propria est, etiam locus pro noto est. Displicet vero *τοῦ καλλινάου τ' ἐπὶ Κηφισσοῦ ῥοαῖς* in Medea v. 835. quia etsi sermo ibi de Athenis est, tamen non pro Athenis nominatur Cephissus, sed distinguitur ut certus in ea regione fluvius. Et suspectum reddunt articulum non solum edd. Lascaris et Aldi, in quibus omissus est, sed etiam aliae satis mirae librorum discrepantiae. Nam pro *ἐπὶ* codices *ἀπὸ* praebent, ad *ῥοαῖς* autem in membranis Parisinis supra scriptum *ῥοάς*, quod fuerunt qui cum Brunckio receperunt. Praeterea quum omnis illius loci ratio obscura est atque impedita, tum aliquid vitii habent etiam illa v. 840. *ἡδυπνόους αὔρας*, quorum vocabulorum prius in plerisque codd. deest, alterum autem malum pro dactylo spondeum infert. Accedit ad haec alius importunus articulus, *τὰν Κύπριν*. Nisi magnopere fallor, sic illa scripserat Euripides:

Ἐρεχθεΐδαι τὸ παλαιὸν ὄλβιοι,
καὶ θεῶν παῖδες μακάρων, ἱερᾶς
χώρας ἀπορθήτας τ' ἄπο φερβόμενοι
κλεινοτάταν σοφίαν, ἀεὶ διὰ λαμπροτάτου
βαίνοντες ἁβρῶς αἰθέρος, ἔνθα πόθ' ἁγνὰς
ἐννέα Πιερίδας Μούσας λέγουσι
ξανθὰν Ἁρμονίαν φυτεῦσαι,
ταῖς καλλινάου τ' ἀπὸ Κηφισσοῦ ῥοαῖς,
τᾶν Κύπριν κλήζουσιν ἀφυσσαμέναν
χώραν καταπνεῦσαι μετρίαις ἀνέμων
ἁδυπνόοισι πνοαῖς.

Constructio verborum haec est: *ἱερᾶς χώρας ἀπορθήτας τ' ἄπο φερβόμενοι, ταῖς καλλινάου τ' ἀπὸ Κη-*

φισσοῦ ῥοαῖς. In Troadibus v. 802. inutilem articulum removet vera Aldinae scriptura:

ἔβας, ἔβας τοξοφόρῳ συναριστεύσων ἅμ' Ἀλκμήνας γόνῳ.

Unde in antistropha suum in locum reposito δὲ scribendum:

κανόνων τυκίσματα Φοίβου
πυρὸς δὲ φοίνικι πνοᾷ καθελὼν Τροίας ἐπόρθησεν χθόνα.

Sed satis de his.

Redeo ad Iphigeniam. Ac non optime prospectum est huic fabulae ab librorum instrumento. Nam vulgata scriptura manavit ex editione Aldina, quae quem codicem sequuta est, is eiusdem fere pretii est, cuius caeteri codices. Fontem enim omnes eumdem videntur habere, ita ut modo illi codices, modo Aldinus liber veriorem scripturam conservaverit, eamque non antiquissimam, sed ab aliquo metrorum correctore hic illic vitiatam. Codices illi sunt tres Parisini, quos Marklandus litteris A. B. C. notavit. His ego quoque notis usus sum, non Musgravianis, qui quum eosdem codices usurpaverit, Marklandi codicem A designavit littera E, codicem B autem littera G. Tum quem Marklandus C vocavit, Musgravio est liber P. id est collatio codicis cuiusdam MS. a Puteano adscripta exemplo editionis Aldinae. Horum trium librorum descriptionem repetiit Matthiae in suae editionis volumine sexto. p. IX. seq. His accedunt, quorum scripturas Matthiae acceperat, codices Florentini primus et secundus, fere illi consentientes cum Parisinis, nisi quod primus interdum vitiosior est, et varietas lectionis a P. Victorio ex veteri codice in margine editionis Aldinae adnotata, quae plerumque cum iisdem codicibus conspirat. Hi codices itemque editiones veteres quid praeberent,

singulis locis indicandum duxi, ut, qui mea editione uterentur, non cogerentur aliunde petere instrumentum, quo ad scripturae veritatem cognoscendam iudicandamque opus esset. Indicavi autem has scripturas nonnumquam quod ad editiones attinet accuratius quam Matthiae, qui quasdam earum non videtur aut rarius inspexisse. Quamquam si quid illae ab Aldina discrepant, non videtur id ex codicibus acceptum, sed modo per errorem, modo ex doctorum hominum coniecturis illatum. Ac Matthiae praeter Aldinam fere memoravit Brubachianam, quae nullam anni quo edita est notationem habet; deinde Hervaginanas, priorem anni MDXXXVII. alteram anni MDXLIV; tum Stiblinianam editam a. MDLXII. et tragoedias selectas, quas emisit H. Stephanus a. MDLXVII; porro Canteri editionem anni MDLXXI. denique Commelinianam anni MDXCVII. His ego, excepta priore Hervagiana, usus sum omnibus: praeter has autem adhibui editionem Frobenianam, quae Basileae a. MDXXIV. edita Hecubam et Iphigeniam in Aulide complectitur, atque illam, quam excudit Paullus Stephanus anno MDCII.

Hi libri omnes quum Iphigeniam sic scriptam exhibeant, ut dubitari non possit quin cuncti ex uno communi fonte profluxerint, illud valde memorabile est, quod eae partes, quae ab interpolatore profectae sunt, multo magis quam quod genuinum est corruptae sunt et vitiis inquinatae turpissimis. Sunt autem illae partes tum parodi strophae posteriores, de quibus supra dictum, quae magnis hiant lacunis, tum anapaesti, de quibus infra aperiam; tum denique ultimae scenae, quas suppositas esse Porsonus iudicavit. Haec consideranti non potest non ad primum adspectum in mentem venire, non esse illa librariorum, sed ipsius interpolatoris peccata, ut hominis

indocti minimeque illa artis poeticae scientia imbuti, quae ad orationem apte componendam faciendosque versus probabiles requiratur. Et video fuisse qui ita sentirent. At ne interpolatori quidem isti iniquiores esse decet, nec, si non quae Euripide digna essent scripsit, continuo detrudendus est in illam classem scriptorum, qui prorsus ignorant suscepti negotii rationem legesque. Id sapienter monuit Porsonus, quum se non adeo male de homine isto sentire scribit, ut eum plane rudem fuisse condendorum trimetrorum existimet. Ac profecto satis id ipse ille scriptor monstravit. Primo enim aperte antiquior est illis, qui trimetros ex solis pedibus disyllabis fecerunt, vocalesque illas, quae ancipites dici solent, *α, ι, υ,* promiscue pro longis et brevibus habuerunt: nam et trisyllabis pedibus saepe usus est, nec prosodiae veteris regulas ignoravit, nisi ipsi imputare quae ab librariis peccata sunt volumus. Librariorum autem atque alicubi etiam recentis alicuius metrici illa peccata esse, luculenter ex eo apparet, quod interdum tam magna sunt atque immania, ut prorsus incredibile sit eumdem hominem in multis probabiliter factis versibus aliquot versus scripsisse tanta vitiorum enormitate insignes. Deinde quae parodo chori adiecit, etsi in iis et ingenium poeticum et dictionem carmine chorico poetae Attici dignam desideramus, tamen neque inusitatis metris scripta et diligenter observatis antistrophicorum numeris exaequata esse animadvertimus: eademque cura etiam illos de quibus mox dicam anapaestos, licet corruptissimi esse videantur, elaboratos esse deprehendimus. Quocirca levitatis potius ac temeritatis quam cauti et providi iudicii esse arbitror, quae male atque inepte scripta in libris sunt, tamquam futiles imperiti hominis conatus contemnere, ac non potius interpola-

torem illum culpa, quae non ipsius est, liberare, quodque eum scripsisse veri simile sit, reddere ipsi velle.

Sed non licet tamen his acquiescere. Obiicietur enim, nimis tamen mirum ac pene incredibile esse, quod in his tantum partibus fabulae, quas interpolator fecerit, et non etiam in genuinis tanta multitudo vitiorum reperiatur. Et profecto verendum est ne parum veri similia dicere existimemur, nisi huius rei aliquam probabilem caussam afferre possimus. At tantum abest ut desit quo nos expediamus ex hoc discrimine, ut ipsa quae nunc est huius tragoediae conditio, quid statuendum sit, prodere videatur haud ambigue. Nam quum ex eo quod Aelianus servavit fragmento cognoscamus alium atque nunc est fabulae finem fuisse, non ita quidem, ut non, quemadmodum nunc, cerva in locum Iphigeniae sufficeretur, sed tamen ut Diana in scenam prodierit, et vel Agamemnoni vel Clytaemnestrae significaverit, qui esset exitus futurus sacrificii: qui factum putabimus, ut illo quem Euripides tragoediae huius finem esse voluit careamus, pro eoque valde dissimilia ab alio poeta supposita inveniamus? Non possunt huius rei, si quid video, nisi duae caussae cogitari. Nam aut in antiquissimo libro, in quo servata est haec fabula, defuit finis, aut ille recentior poeta, non probans quod deum ex machina introduxisset Euripides, abiecit illam scenam, pro eaque substituit illa, quae nunc habemus. Si mutila fuit fabula, nihil mirum, exstitisse qui periculum faceret integrandi; est autem quod miremur illud supplementum, si integra fuit. Nam cur hanc tantum scenam, quae ad universum fabulae argumentum haud magni momenti est, mutavit, caetera autem, ut videtur, servavit paucis versibus exceptis omnia? Vereor ut ad hanc quaestionem responderi possit quod satisfaciat. Sed tamen quoniam

etiam aliis in partibus fabulae certe additum aliquid deprehendimus, videatur ille forsitan singularis iudicii homo fuisse, qui, quod ei intercessio Dianae displiceret, alio modo rem constituerit ad finem perducere. Id veri simile sit necne, iudicari poterit inventione argumenti considerata. Quare de hac paucis exponamus.

Finxit Euripides, quoniam Calchas sacrificium Iphigeniae a Diana expeti dixisset, Agamemnonem litteras misisse ad Clytaemnestram, quibus Iphigeniam quasi nupturam Achilli Aulidem mitti iuberet. Tragoediam ipsam sic est exorsus, ut Agamemnonem, quem huius consilii vehementer poeniteret, alias faceret litteras scribentem, quibus significaret nuptias illas in proximum annum differri, manendumque nunc Mycenis esse Iphigeniae. Eas litteras fido seni perferendas tradit, cum quo dum colloquitur, simul prologi fungitur officio, ut quid rei agatur spectatores cognoscant. Abit senex. Tum chorus mulierum Chalcidicarum, quae classis spectandae caussa Aulidem venerant, narrat quid viderint. Interea Menelaus senem illum comprehenderat, resignataque epistola cognoverat, quid moliretur frater. Senex evocat e tentorio Agamemnonem. Inde gravis rixa fratrum et mutua exprobratio, progrediens eo, ut Menelaus, quoniam filiam sacrificandam dare recusat Agamemno, abire velit, alia machinaturus. Sed eo ipso momento adest nuncius, Clytaemnestram cum Iphigenia ad nuptias celebrandas advenire referens. Ibi quum Agamemno declinari iam sacrificium non posse sentiens infelicem suam et virginis sortem conqueritur, misericordia tactus Menelaus ipse quoque hortatur fratrem ut morti eripiat filiam. Hanc tantam tamque repentinam voluntatis atque animi mutationem ipse poeta viderat aliqua excusatione opus ha-

bere: sed converti ad miserationem fecit Menelaum propterea, ut appareret, servare iam Agamemnonem ne si vellet quidem filiam posse: ostendit enim fratri, si nolit illam mactandam praebere, sibi ipsi universaeque genti exitium esse paratum. Inde chorus moderatos amores laudat, detestans raptum Helenae. Venit nunc Clytaemnestra cum Iphigenia et parvulo Oreste, carpento vectae, acceditque ad eas Agamemno. Inde mutua salutatio, et colloquia, ut consentaneum est, ambigua et plena sollicitudinis, postremo non sine quadam altercatione, quum Clytaemnestra sacrorum nuptialium curam nolit Agamemnoni permittere. Tum chorus eo quod canit stasimo excidium Troiae praesagit. Iam Achilles, morae in Aulide impatientibus Graecis, Agamemnonem conventurus, Clytaemnestram invenit, qua nuptias filiae illi ignotas memorante, dum deceptos se esse intelligunt, senex ille, qui interceptam a Menelao epistolam perferre iussus fuerat, ex aedibus egressus, morti destinatam esse Iphigeniam patefacit. Indignati ambo: Clytaemnestraque opem Achillis implorante, hic promptum se praebet, sed ne quid temerius agatur, exorari a Clytaemnestra vult Agamemnonem, qui si non flectatur, tum sese intercessurum spondet. Digressis, chorus nuptias Pelei et Thetidis celebrat, Troiae fatales, impiique iniicit mentionem sacrificii Iphigeniae. Tum Clytaemnestra adstante Iphigenia opperitur Agamemnonem, cui quasi ad nuptias abducturo filiam aperit se scire quid agatur studetque persuadere ut desistat ab isto consilio; simul autem mollissimis precibus eum exorare conatur filia. Inevitabilem ille necessitatem obtendens abit. Inde lamenta matris et filiae. Ibi venit Achilles, exercitum magna vociferatione et contentione sacrificium virginis expetere nuncians, se vero ad eam vi defendendam paratum

praebens. At illa iam sponte se offert mactandam: quo non, ut visa est, valde se aliam praebet atque ante fuerat: neque enim mirum aut ab natura alienum est, virginem, quae ex domesticae vitae umbra in castrensem strepitum ad connubium cum ignoto viro, longe a patria et parentibus discessura, adducta est, timidam et mollem conspici, postquam autem in atrocissimae necis necessitatem est coniecta, collecto animi robore, ubi frustra pro se deprecata erat, mortem, quam evitari non posse videt, fortiter subire. Iam vero admiratus animi magnitudinem virginis Achilles incenditur amore, magisque etiam quam ante servare eam cupit: sed illa detrectante non amplius resistit, nisi ut promittat, si poeniteat eam capti consilii, adstiturum ad aram in armis. Iam filia et mater sibi vale dicunt, disceditque funebri cum cantu Iphigenia, accinente sacrum paeanem choro.

Hucusque genuina Euripidis. Patet nihil reliquum esse, nisi ipsum sacrificium. Id quum in scena peragi mos vetaret, verbis exponi ab aliquo debebat. Poterat autem aut peractum enarrari ab nuncio, aut quemadmodum eventurum esset praedici ab dea. Horum posterius Euripidi placuisse ex Aeliano cognovimus, neque obscurum esse potest, cur id praetulerit. Nam si nuncius rem referret, nihil ille nisi quod actum esset poterat enarrare. Ita acciperemus, per miraculum Iphigenia e conspectu sublata cervam ad aram iacuisse, nesciremus autem quid factum esset virgine: id quod prorsus a more et lege Graecae tragoediae abhorret. Quocirca Euripides, ut satisfaceret spectatoribus, Dianam introduxit, idque haud dubie statim post illum chori paeanem, quae miseram matrem consolaretur, non morituram esse filiam affirmans. Haec igitur non solum de sacrificio explicabat, qua in oratione illa dixit, quae sunt apud Aelianum,

ἔλαφον δ' Ἀχαιῶν χερσὶν ἐνθήσω φίλαις κεροῦσσαν, ἣν σφάζοντες αὐχήσουσι σὴν σφάζειν θυγατέρα,

sed commemorabat etiam ministerium in templo suo in Tauris, cui Iphigeniam destinasset: neque improbabile est adiecisse eam alia quoque, quae ad Agamemnoniae domus fata apertius tectius significanda pertinerent.

Revertamur nunc ad interpolatorem fabulae. Non apparet profecto quid illum, si in codice suo Dianae orationem invenisset, adducere potuerit, ut ea recisa alium, eumque multo deteriorem componeret finem tragoediae. Sentire enim, nisi plane hebes esset, debebat, optime rem instituisse Euripidem, a quo si discederet, omittenda esse, quae maxime cognoscere cuperent spectatores. Accedit quod eo invento se sui dissimilem praebuisset. Nam quae aliis in locis huius fabulae mutavit, non demendo contrahendoque, sed addendo atque amplificando studuit ornatiora reddere. Quare illud multo mihi veri similius videtur, ignotam ei fuisse illam qua Euripidis tragoedia finiebatur orationem Dianae, quumque videret, deesse finem fabulae, in id eum incidisse, quod planissimum erat, ut per nuncium referretur, quomodo peractum esset sacrificium, praesertim quum haberet ea in re quam imitando exprimeret similem narrationem in Hecuba. Fecit id autem tam parum cogitate, ut, quoniam in Hecuba filius Achillis Polyxenam iugulat, hic Achillem, qui modo ad defendendam Iphigeniam paratissimus fuerat, non interficientem quidem eam, sed tamen in sacrificio sacras caerimonias obeuntem faceret.

Haec si non improbabiliter disputasse videbimur, qua forma hodie habemus hanc tragoediam, ea non poterit pro nova recensione haberi, sed nihil est nisi

vetus tragoedia, fine truncata, cui quae deesse videbantur, aliquot post Euripidem seculis ignotus scriptor adiecit, augens ille eam paucis quoque aliis in locis aliquot versuum accessione. Infelici autem casu accidit ut nullus eorum librorum, in quibus integra erat Euripidis fabula, quorum unum Aelianus habuit, sed tantum ille codex superstes maneret, in quo iste recentior homo mutilam fabulam additamentis suis auxisset. Quod si illum ipsum codicem, quo iste homo usus est, eum esse putamus, ex quo descripti sunt illi libri, ex quibus nos acceptam habemus hanc tragoediam, facillime illud videtur explicari posse, de quo supra instituimus dicere, qui factum sit, ut supplementa ista aliquanto vitiosius quam genuini versus Euripidis scripta inveniantur. Habebat, opinor, interpolator ille codicem Iphigeniae, in quo vel ultimum folium deesset, vel, ut saepe factum est, scriba desisset scribere priusquam absolvisset tragoediam. Itaque ille possessor huius libri constituit apud se tum quae in fine deessent supplere, tum etiam quibusdam aliis in locis paullum amplificare, quae ipsi Euripides minus enucleate scripsisse videbatur. Haec ille supplementa adscripsit illi ipsi libro, addens, delens, corrigens. Et quae in fine addidit, quoniam in ultima pagina satis spatii erat, pleraque commode legi ab librariis qui ex eo codice fabulam describerent potuerunt, difficilius tamen anapaesti, qui plus negotii huic scriptori quam iambi fecisse videntur, ita ut iterum iterumque corrigendo librarios, quo modo atque ordine verba scribenda essent, incertos redderet. In media autem fabula quae inseruit, perscripsit in marginibus. Id evidenter confirmari videtur sex illis versibus, quos librarius, qui codicem illum descripsit, quoniam nesciebat quo loco inserendi essent, alienum in locum intulit: de quibus

dixi ad v. 1436. Simul intelligitur, qui factum sit, ut in parodi parte, quam adiecit interpolator, aliquot verba versusque interirent, laesis scilicet attritisve marginibus. In anapaestis autem illis, v. 602. seqq. de quibus iam dicturus sum, idem videtur accidisse quod in postremis fabulae anapaestis, ut propter correctiones factas in scribendo errarent librarii. Eos anapaestos ego ut non credam ita dissolutis numeris, ut in libris leguntur, ab ipso poeta scriptos esse, has habeo caussas. Primo, quae in iis vitia sunt, tam sunt magna atque aperta, ut ne imperitissimo quidem homini imputari possint, sed manifesto librariorum prodant vel inscitiam vel negligentiam. Deinde eadem etiam ad emendandum tam sunt facilia, ut prorsus incredibile sit, hunc fabulae interpolatorem, quem non nimis indoctum neque omnis artis expertem fuisse videmus, non animadvertisse quantilla opera ex iisdem verbis bonos rectisque pedibus incedentes anapaestos facere posset. Denique vero illud quoque accedit, quod Seidlerus observavit, hos anapaestos respondere iis qui praecedunt: in quo eo gravius momentum est, quod responsio illa etiam accuratior doctiorque est, quam suspicabatur Seidlerus. Quum enim qui praecedunt anapaesti non unum sint systema, sed duo, eamdem exacte rationem tenuit interpolator: neque ille, quum alterum horum systematum dimidiato versu longius fecit, erroris in se culpam admisit, sed recte observavit legem aequalitatis. Nam in Euripidis versibus hemistichium, quo exaequabantur illa systemata, per librariorum negligentiam excidisse, sensus verborum ostendit. Quae quum ita sint, quis malit vitia quae sunt in illis anapaestis ei qui eos scripsit, quam librariis, et praeter hos metrorum correctoribus tribuere? Nam hos quoque aliquam culpae partem sustinere eo cognoscitur,

quod et in Euripideis versibus et in iis quos interpolator fecit paroemiacus, quo prius systema terminatur, inscite in versum acatalectum est mutatus. Quod si emendate scripti legerentur in libris hi interpolatoris anapaesti, dubitari non nihil posset an ipsius essent Euripidis. Nam quod quis forsitan obiiciat, non hemichoria post chori canticum, sed totius chori coryphaeum anapaestis loqui solere, id quidem non eiusmodi est, ut non, ubi res postulare videretur, aliter institui potuerit. Atque hic quidem satis apte alterius hemichorii dux admirari regiarum mulierum splendorem et fortunam, alterius autem monere ut eas de carpento descendentes comiter exciperent puellae potuit. Sed tamen veri simile est interpolatorem haec ut adiiceret adductum esse illis, quae paullo post Clytaemnestra dicit:

ὑμεῖς δὲ, νεάνιδές, νιν ἀγκάλαις ἔπι
δέξασθε καὶ πορεύσατ' ἐξ ὀχημάτων.
καί μοι χερός τις ἐνδότω στηρίγματα,
θάκους ἀπήνης ὡς ἂν ἐκλίπω καλῶς.

Accedit quod oratio languidior et minus elegans est, quam ut ab Euripide profecta esse videatur.

Caeterum si qui erunt, et scio non defore, qui me non solum in restituendis iis, quae ab interpolatore scripta sunt, sed etiam in emendandis genuinis huius tragoediae partibus maiore quam conveniat audacia usum esse existimabunt, non mirabor id ego quidem in illis, qui leviter inspecto libro multa viderint nunc aliter atque antehac esse scripta: sed eos, qui accuratius huius rei rationem consideraverint, aliter spero esse iudicaturos. Nam duae potissimum caussae sunt, quae non suadeant tantum, sed vehementer commoneant interpretis et critici officio fungi volentem, ut libero et codicum auctoritate non constricto iudicio utatur: una, quod, quum libri qui hanc

tragoediam habent ex uno omnes communi sint fonte derivati, re vera unius tantum testis fide nititur quae in iis est scriptura; altera, quod libri illius antiqui, ex quo nostri codices editionesque prodierunt, insignis fuit depravatio, eaque aucta etiam ab aliquo metrorum correctore, fortasse Demetrio Triclinio, cuius manifestissima deprehenduntur mutationum vestigia. Omnino autem, qui recte iudicare de opera, quam quis in emendando aliquo veteri scriptore posuerit, volunt, non ea tantum, quae mutata vident, sed illa quoque, quae non sunt mutata, respicere debent, omnemque diligenter examinare lectionis varietatem ac discrepantiam. Haec enim illud est, ex quo cognoscitur, rectamne quis an pravam in emendando viam sit ingressus, quia pro illo lectionum apparatu aliae aliis in scriptoribus leges sequendae sunt critico. Nam si χειροτέχναι illi, quorum opera in observatione legum orthographicarum et constantia dialecti aliisve pusillarum mendarum remotionibus versatur, modesti ac sobrii critici audiunt, valde suspecta ea est commendatio, et saepe nihil nisi inertiae quaedam aut ignaviae testificatio, facilis paratu nihil agendo, et, quia reprehendendi copiam rarius facit, laus esse visa. Placeat hoc iis, qui verborum caussa antiquos scriptores legunt: ego critici officium esse arbitror facere ut sensus verborum intelligatur pernoscaturque; quaeque scripserunt antiqui ut vel docerent vel delectarent, ea sic restituere, ut ne pugnet cum eo consilio scriptura. Id ut quantum possem assequerer operam dedi. Quod si quid recte dixerim, id manebit, etiam si vituperabitur; si quid secus, id ne laudatum quidem non interire ipse cupio.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Η ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.
ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.
ΧΟΡΟΣ.
ΜΕΝΕΛΑΟΣ.
ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.
ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.
ΑΧΙΛΛΕΥΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.*)

*) Ante nuncii personam positus in libris *Θεράπων*. At hic idem est cum eo, qui supra *πρεσβύτης* dicitur: vide ad v. 861.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ
ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Η ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ὦ πρέσβυ, δόμων τῶνδε πάροιθεν
στεῖχε.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

στείχω.
τί δὲ καινουργεῖς, Ἀγάμεμνον ἄναξ;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

πεύσει.

V. 1. Flor. 1. 2. τῶνδε δόμων.

V. 2. Flor. 1. 2. στεῖχε. πρεσβῦτα στείχω.

V. 4. Libri πεύσῃ, quod servavi, magis quia potuit sic scribere Euripides, quam quod sic scripsisse credam. Nam sicuti modo στεῖχε dicenti respondet senex στείχω, sic σπεύδω quum respondet, videtur id ad σπεῦδε referri. Estque id altero haud paullo aptius. Nam quae multa de his versibus viri docti disputarunt, ea, quod ne in mentem quidem venire cuiquam debebant, refutare nihil attinet. Collabuntur omnia, nec quidquam inepte a poeta institutum esse patet, si recte interpretere. Progressus ante tentorium Agamemno evocat senem. Is intus et στείχω respondet, et dicit τί δὲ καινουργεῖς, Ἀγάμεμνον ἄναξ. Tum sive πεύσει respondenti Agamemnoni, sive, ut nobis videtur, iterum adhortanti, dum exit, dicit σπεύδω. Dehinc Agamemno neque quod signorum caelestium motus minus quam minister calleat, neque exordium sermonis ingrati ab re aliena anxie anquirens, sed ipsa consilii quod cepit natura iubente, ut qui quam primum abire nuncium velit, quaerit quota sit hora.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

σπεύδω.
μάλα τοι γῆρας τοὐμὸν ἄϋπνον,
καὶ ἐπ' ὀφθαλμοῖς ὀξὺ πάρεστιν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει;

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

Σείριος, ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου
Πλειάδος ᾄσσων ἔτι μεσσήρης.

V. 5. Edd. vett. *μάλα τὸ γῆρας.* Deest *τὸ* in Flor. 1. Heathio debetur *τοι.* *Ἄϋπνον* dictum intellecto *ἐστί.* Non est enim cum *πάρεστι* coniungendum.

V. 6. Mire trepidarunt interpretes in verbis minime obscuris. Quoniam, quod dicit senex *μάλα τοι γῆρας τοὐμὸν ἄϋπνον,* idem est ac si diceret *τὸ ἐμὸν γῆρας πολὺ ἔχει τὸ ἄϋπνον,* hoc *ἄϋπνον* in mente habens addit *καὶ ἐπ' ὀφθαλμοῖς ὀξὺ πάρεστιν,* insomniam citam sibi adesse fugato ab oculis somno significans.

V. 8. Imperitiam rerum caelestium plerique interpretes duce Scaligero exprobrarunt Euripidi, qui Sirium vicinum fecerit Pleiadibus. Curiosius caeteris hanc rationem perscrutatus est Boeckhius in libro quem scripsit de tragicis Graecis p. 277. Is monet Vergiliis occidentibus in caelo occidentali Atheniensibus Sirium supra horizontem eminere gradibus XI. quod fieri mense Februario post mediam noctem: eoque in positu stellarum aptissime Sirium dici potuisse *ἐγγὺς τῆς Πλειάδος ᾄσσοντα.* Sed quoniam *μεσσήρης,* quod culminantem significet, obstare putat, imperitiae culpam in interpolatorem coniicit. At quid cogit *μεσσήρης* proprie dictum accipere de stella medio in caelo stante? Immo quod additum est *ἔτι* prodere videtur, superlatione quae consueta est familiari sermoni *μεσσήρη* nihil aliud significare, quam nondum proximum occasui esse Sirium, necdum in eo ut mergi Oceano videatur: qua dicendi figura eo credibilius est senem uti, quod se intempestive e cubili excitatum esse moleste fert. Si Hesychius, ubi apud eum *μεσσόρης* legitur, *μεσσήρης,* ut coniiciunt, cum hac interpretatione posuit: *ὁ μέσος ὠκεανοῦ καὶ οὐρανοῦ τόπος·* accommodatissima haec explicatio est ei quam putamus Euripidis verborum sententiam esse. Ennius, qui hanc tragoediam Latinam fecit, haec vertit liberius. Eius haec affert Varro de L. L. p. 29. ed. Spengelii: ***et Agamemno:***

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὔκουν φθόγγος γ᾽ οὔτ᾽ ὀρνίθων
οὔτε θαλάσσης· σιγαὶ δ᾽ ἀνέμων·
τόνδε κάτ᾽ Εὔριπον ἔχουσιν.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

τί δὲ σὺ σκηνῆς ἐκτὸς ἀΐσσεις,
Ἀγάμεμνον ἄναξ;
ἔτι δ᾽ ἡσυχία τῇδε κατ᾽ Αὖλιν,
καὶ ἀκίνητοι φυλακαὶ τειχέων.
στείχωμεν ἔσω.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ζηλῶ σὲ, γέρον,
ζηλῶ δ᾽ ἀνδρῶν ὃς ἀκίνδυνον

---

in altisono caeli clupeo: *cavum enim clupeum.* Idem p. 353. *nox intempesta*, *quo tempore nihil agitur.* Quid noctis videtur in altisono caeli clupeo? temo superat stellas sublime cogens etiam atque etiam noctis iter. *hic multam noctem ostendere vult a temonis motu.* Horum versuum emendatio non melius cessit Boeckhio p. 279. quam Scaligero ad Varronem p. 143. et ad Festum v. *septemtriones*, qui eosdem attulisse videtur Ennii versus, sed solum reliquum est *superat.* Patet aut deesse aliquid in versibus istis, aut abundare. Ac vereor ne interpres aliquis *stellas* vel *stella* adscripserit. In quo si non fallor, sic scripsisse videbitur Ennius:

AG. quid noctis videtur in altisono
caeli clupeo? MIN. temo superat,
cogens sublime etiam atque etiam
noctis iter.

V. 12. Flor. 1. 2. ἔχουσι. Ald. ἔχουσιν.

V. 15. Blomfieldius τήνδε κατ᾽ Αὖλιν, quae usitatior est loquendi ratio. Nec tamen opus mutari quod libri habent τῇδε.

V. 17. Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. στείχωμεν ἔσω. Edd. vett. στείχομεν εἴσω. Quae sequuntur Agamemnonis verba affert omnia Stobaeus LVIII. 2. et omisso postremo versu Plutarchus de tranquillitate animi p. 471. C. apud quem vulgo γέρων, sed in Aldina γέρον legitur. Respicit etiam Cicero Q. Tusc. III. 24.

βίον ἐξεπέρασ᾽ ἀγνώς, ἀκλεής·
τοὺς δ᾽ ἐν τιμαῖς ἧσσον ζηλῶ.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

καὶ μὴν τὸ καλόν γ᾽ ἐνταῦθα βίου.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τοῦτο δέ γ᾽ ἐστὶν τὸ καλὸν σφαλερόν·
γλυκὺ μέν, λυπεῖ δὲ προςιστάμενον.
τοτὲ μὲν τὰ θεῶν οὐκ ὀρθωθέντ᾽
ἀνέτρεψε βίον, τοτὲ δ᾽ ἀνθρώπων
γνῶμαι πολλαὶ
καὶ δυςάρεστοι διέκναισαν.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

οὐκ ἄγαμαι ταῦτ᾽ ἀνδρὸς ἀριστέως·
οὐκ ἐπὶ πᾶσίν σ᾽ ἐφύτευσ᾽ ἀγαθοῖς,

V. 20. Apud Stobaeum legitur ἧσσον ἐπαινῶ.

V. 22. Ald. ἐστὶ. Flor. 1. omittit τὸ ante καλόν. Legitur autem in libris τοῦτο δέ γ᾽ ἐστὶν τὸ καλὸν σφαλερόν, καὶ τὸ φιλότιμον. Marklandi coniecturarum altera, καὶ φιλότιμον, cohaerentiam verborum perturbat; altera, τό τε φιλότιμον, proceleusmaticum infert alienum ab hoc genere anapaestorum. Lentingius addend. ad Androm. 230. Χὠ φιλότιμον. Delevi verba interpretis vel τὸ καλὸν declarare volentis, vel nescientis recte ad explicanda praegressa verba sine copula inferri γλυκὺ μέν.

V. 23. Observarunt interpretes respexisse ad hunc versum Machonem comicum apud Athenaeum VI. p. 244. A. his verbis:
γλυκὺ μέν, προςιστάμενον δὲ λυπεῖ πανταχῇ.

V. 28. Hos sex versus, ordine turbato, quod librarius, quae in altera columna perscripta erant post ea, quae in priore erant, posuerat, apud Stobaeum CV. 6. scriptos in iustum ordinem restituit Grotius. Ex Stobaeo sumptum ἀριστέως. Euripidis libri ἀριστέος.

V. 29. Hunc et quattuor sequentes versus attulit Plutarchus in consolatione ad Apollonium p. 103. B. et item omisso ultimo in libro de audiendis poetis p. 33. E. Cod. Par. A. οὐκ ἐπὶ πᾶσι δ᾽ ἐφύτευσ᾽. In Stobaei edd. οὐκ ἐπὶ πᾶσιν ἔφυς.

Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς.
δεῖ δέ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι·
θνητὸς γὰρ ἔφυς. κἂν μὴ σὺ θέλῃς,
τὰ θεῶν οὕτω βουλόμεν' ἔσται.
σὺ δὲ λαμπτῆρος φάος ἀμπετάσας
δέλτον τε γράφεις
τήνδ', ἣν πρὸ χερῶν ἔτι βαστάζεις,
καὶ ταὐτὰ πάλιν γράμματα συγχεῖς,
καὶ σφραγίζεις, λύεις τ' ὀπίσω,
ῥίπτεις τε πέδῳ πεύκην, θαλερὸν
κάτα δάκρυ χέων, καὶ τῶν ἀπόρων
οὐδενὸς ἐνδεὴς μὴ οὐ μαίνεσθαι.
τί πονεῖς; τί πονεῖς;
τί νέον, τί νέον περί σοι, βασιλεῦ;
φέρε, κοίνωσον μῦθον ἐς ἡμᾶς.
πρὸς δ' ἄνδρ' ἀγαθὸν πιστόν τε φράσεις·
σῇ γάρ μ' ἀλόχῳ τότε Τυνδάρεως
πέμπειν φερνὴν
συννυμφοκόμον τε δικαιοῖ.

V. 33. Apud Plutarchum in consolatione ad Apollonium legitur *τῶν θεῶν οὕτω βουλομένων ἔσται.* Apud Stobaeum non male scriptum *τὰ θεῶν οὕτω νενόμισται.*

V. 42. Bis scriptum *τί πονεῖς* habent codd. Paris. Flor. 2. Ald. Froben. H. Steph. Semel Flor. 1. Brub. Herv. 1. 2. Stiblin. P. Steph. Commelin. Id amplexus Blomfieldius alterum *τί νέον* deleri volebat.

V. 43. Prima videtur P. Stephani editio *περί σοι* dedisse. Antiquiores *περὶ σοί.*

V. 45. Omittunt *δ'* Flor. 1. 2.

V. 46. Quod in margine ut aliorum scripturam adnotavit Barnesius *ποτέ*, vereor ne ipsius inutilis coniectura sit.

V. 47. 48. Libri *πέμπεν φερνὴν συννυμφοκόμον τε δίκαιον.* Elmsleius et in censura Marklandi editionis et ad Medeae v. 1380. augmenti omissione offensus, *πέμπει* scribendum censuit, recte ille de augmenti neglectu indicans, quod etsi abiicitur aliquando in anapaestis, tamen hoc in verbo et similibus servatur necessario: habet enim haec quoque res certas rationes, non illas

ἐγένοντο Λήδᾳ Θεστιάδι τρεῖς παρθένοι,
Φοίβη, Κλυταιμνήστρα τ', ἐμὴ ξυνάορος,
Ἑλένη τε· ταύτης οἱ τὰ πρῶτ' ὠλβισμένοι
μνηστῆρες ἦλθον Ἑλλάδος νεανίαι.
δειναὶ δ' ἀπειλαὶ καὶ κατ' ἀλλήλων φόνος
ξυνίσταθ', ὅςτις μὴ λάβοι τὴν παρθένον.
τὸ πρᾶγμα δ' ἀπόρως εἶχε Τυνδάρεῳ πατρί,
δοῦναί τε μὴ δοῦναί τε, τῆς τύχης ὅπως
ἅψαιτ' ἄριστα. καί νιν εἰςῆλθεν τάδε,

---

omnibus perspectas. Facile probassem πέμπει, nisi dubitationem iniecisset δίκαιον, quod vocabulum aut inutile est, si adiectum est ornatus caussa, aut frangit vim argumenti. Nam si se dignum comitem sponsae missum esse dicit, quid ipse de se sentiat indicat, non autem, quod facere debet qui se commendare vult, quo honore dignus ab aliis habitus sit ostendit. Quare scribendum iudicavi, σῇ γάρ μ' ἀλόχῳ τότε Τυνδάρεως πέμπειν φερνὴν συννυμφοκόμον τε δικαιοῖ.

V. 53. Librorum scripturam φόνος Marklandus mutari volebat in φθόνος. Matthiae vix se putare ait per ἓν διὰ δυοῖν dictum esse ἀπειλαὶ καὶ φόνος. Mihi quidem hoc vel maxime placet, quamquam non dixerim id esse pro ἀπειλαὶ φόνου. Est hoc exemplum in iis, ex quibus illi, qui ista figura abuti amant, cognoscere poterunt, quid sit quod recte ἓν διὰ δυοῖν appellatur. Habet enim locum in iis, quae et coniuncta et disiuncta cogitari possunt, non in illis, quae disiuncta absurda sunt.

V. 54. Flor. 1. ὅςτις ἂν μὴ. Flor. 2. ὅςτις μὴ, supra adscripto ἄν.

V. 56. Flor. 1. omittit τῆς. Marklandus, comparans Aeschyli illud in Suppl. 384.

ἀμηχανῶ δὲ καὶ φόβος μ' ἔχει φρένας
δρᾶσαί τε μὴ δρᾶσαι τε καὶ τύχην ἑλεῖν,

coniecit τῆς τύχης θ' ὅπως ἅψαιτ' ἄριστα. At valde haec inter se dissimilia sunt. Nam τύχην ἑλεῖν est *fortunae rem committere*, quod et ad δρᾶσαι et ad μὴ δρᾶσαι pertinet, ut, seu faciat, seu non faciat, eventum dicat aeque dubium esse. Tyndareus autem de ipso eventu deliberat, sitne melior si det filiam alicui procorum, an si non det. Quare Euripides non recte adiecisset copulam. Hoc enim dicit, explicans verba sua: *Tyndareo anceps erat iudicium, daretne an non daret, ut prosperiorem caperet fortunam.*

V. 57. Apud Hesychium quum adnotatum sit ἄθραυστα,

ὅρκους συνάψαι δεξιάς τε συμβαλεῖν
μνηστῆρας ἀλλήλοισι, καὶ δι' ἐμπύρων
σπονδὰς καθεῖναι κἀπαράσασθαι τάδε,
ὅτου γυνὴ γένοιτο Τυνδαρὶς κόρη,
τούτῳ συναμυνεῖν, εἴ τις ἐκ δόμων λαβὼν
οἴχοιτο, τόν τ' ἔχοντ' ἀπωθοίη λέχους,
κἀπιστρατεύσειν καὶ κατασκάψειν πόλιν,
Ἕλλην' ὁμοίως βάρβαρόν θ', ὅπλων μέτα.
ἐπεὶ δ' ἐπιστώθησαν, εὖ δέ πως γέρων
ὑπῆλθεν αὐτοὺς Τυνδάρεως πυκνῇ φρενί,
διδοὺς ἑλέσθαι θυγατρὶ μνηστήρων ἕνα,

ἀπρόςκοπα· Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι· valde probabiliter Hemsterhusius id ad hunc versum pertinere, in eoque olim scriptum fuisse ἅψαιτ' ἄθραυστα coniiciebat, cui et Valckenarius ad Herodotum III. 1. atque in epistola ad Röverum p. 42. et alii sunt assensi. Matthiae recte quidem negat θραύειν vel θραύεσθαι esse pedem *offendere:* nam ἄθραυστα τῆς τύχης ἅψασθαι Hemsterhusius interpretatus erat *sic uti fortuna*, *ut nec ipse pedem offendas*, *neque aliorum in offensionem incurras:* sed illud dicere videtur argutius, quum θραύειν sit *frangere*, adverbiaque verbis iuncta qualitatem aliquam verborum illorum, atque ita hominum quoque ad quos illa verba referantur significent, τῆς τύχης ἄθραυστα ἅπτεσθαι designaturum esse ita uti fortuna, ut et ipsum illud ἅπτεσθαι sit ἄθραυστον, et is, qui fortuna utitur, ἄθραυστος: itaque glossam Hesychii ex alio potius fabulae loco petitam, vel errore tributam Euripidi esse existimat Quorum hoc ei concedimus, fortasse in alio huius fabulae loco, quam non integram habemus, scriptum fuisse illud ἄθραυστα; non concedimus autem hic dici non potuisse. Neque enim necesse est ad ipsum ἅπτεσθαι referri ἄθραυστα, dummodo recte dicatur ὁ ἁψάμενος esse ἄθραυστος. Atqui frangi atque affligi credibile erat Tyndareum, si bello peteretur ab iis, quibus non dedisset filiam.

V. 62. Libri συναμύνειν, quod emendavit Heathius.

V. 63. Ἀπωθοίη praebuerunt codd. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. pro ἀπώσασθαι, quod est in impressis.

V. 64. Edd. κἀπιστρατεύειν καὶ κατασκάπτειν. Futura reposuit Marklandus, quia Par. C. qui Musgravio est liber P. habet κατασκάψειν, quod praebuerunt etiam Paris. B. Flor. 1. 2. Vict.

V. 68. Libri δίδωσιν ἑλέσθαι. Alii quum δίδωσ' emen-

ὅτου πνοαὶ φέροιεν Ἀφροδίτης φίλαι·
ἣ δ' εἵλεθ', ὡς δὲ μήποτ' ὤφελεν λαβεῖν,
Μενέλαον. ἐλθὼν δ' ἐκ Φρυγῶν ὁ τὰς θεὰς
κρίνας ὅδ', ὡς ὁ μῦθος ἀνθρώπων ἔχει,
Λακεδαίμον', ἀνθηρὸς μὲν εἱμάτων στολῇ,
χρυσῷ τε λαμπρός, βαρβάρῳ χλιδήματι,
ἐρῶν ἐρῶσαν ᾤχετ' ἐξαναρπάσας
Ἑλένην πρὸς Ἴδης βούσταθμ', ἔκδημον λαβὼν
Μενέλαον· ὃ δὲ καθ' Ἑλλάδ' οἰστρήσας δρόμῳ
ὅρκους παλαιοὺς Τυνδάρεω μαρτύρεται,

---

dassent, Elmsleius in Censuris Edinburgensibus fasc. XXXIV. p. 494. *διδοὺς* scribendum esse vidit. Eum sequutus sum. Fugerat librarios, apodosin fieri his verbis, *ἣ δ' εἵλετο.*

V. 69. Libri *ὅτου*, quod Heathius in *ὅπου*, Boissonadus in *ὅτῳ*, Lentingius in *ὅποι* mutandum putabant. Par. B. *ἀφροδίτην.* Recte legi *ὅτου*, additum *φίλαι* ad *πνοαὶ* arguit. Nam *ὅτου πνοαὶ Ἀφροδίτης* nihil aliud est quam *cuius amor.* Similiter *πνέων χάριν* dicit Aeschylus in Agam. 1215.

ἀλλ' ἦν παλαιστὴς κάρτ' ἐμοὶ πνέων χάριν.

Itaque hic sensus est: *cuius eam gratus ipsi amor ferret ad optandum.*

V. 70. Libri *ὥς γε*, quod mirer ab nemine esse correctum.

V. 71. Haec usque ad *Μενέλαον* v. 77. affert Clemens Alexandrinus in Paedagogo III. 2.

V. 72. Apud Clementem legitur *κρίνων ὅδ', ὡς ὁ μῦθος Ἀργείων ἔχει.*

V. 73. MSS. Clementis *στολήν.*

V. 77. Edd. plena interpunctione in fine praecedentis versus posita, *Μενέλαος οὖν καθ' Ἑλλάδ'.* Sed et Clemens *Μενέλαον* habet praegressis verbis iunctum et Paris. A. B. C. ambo Florentini, Vict. in quibus omnibus deinde scriptum *ὁ δὲ καθ' Ἑλλάδ'.* Deinde in editis est *οἰστρήσας μόνος.* Codices, ut videtur, omnes, quod diserte de suis testatur Marklandus, *μόρῳ.* Multa hariolati sunt viri docti, in quibus Toupius quod coniecit *πόθῳ*, id si probaretur, recte iudicavit Gaisfordius etiam *οἰστρηθεὶς* legendum esse. At recte dictum *οἰστρήσας*, quod est ab *οἰστρᾶν*, in quo verbo ruendi significatio inest. Exempla inveniuntur apud Aeschylum Prom. 835. et Theocritum VI. 27. ubi ex codd. nonnullis *οἰστρῇ* pro vulgato *οἰστρεῖ* scribendum. Reposui ego, quod praeter alia Marklando in mentem venit, *δρόμῳ*, quod et facillimum est et verbo reique aptissimum.

ὡς χρὴ βοηθεῖν τοῖσιν ἠδικημένοις.
τοὐντεῦθεν οὖν Ἕλληνες ᾄξαντες δορί,
τεύχη λαβόντες, στενόπορ' Αὐλίδος βάθρα
ἥκουσι τῆςδε, ναυσὶν ἀσπίσιν θ' ὁμοῦ,
ἵπποις τε πολλοῖς ἅρμασίν τ' ἠσκημένοι.
κἀμὲ στρατηγεῖν κάρτα Μενέλεω χάριν
εἵλοντο, σύγγονόν γε. τἀξίωμα δὲ
ἄλλος τις ὤφελ' ἀντ' ἐμοῦ λαβεῖν τόδε.
ἠθροισμένου δὲ καὶ ξυνεστῶτος στρατοῦ
ἥμεσθ' ἀπλοίᾳ χρώμενοι κατ' Αὐλίδα.
Κάλχας δ' ὁ μάντις ἀπορίᾳ κεχρημένοις
ἀνεῖλεν Ἰφιγένειαν, ἣν ἔσπειρ' ἐγώ,
Ἀρτέμιδι θῦσαι τῇ τόδ' οἰκούσῃ πέδον,
καὶ πλοῦν τ' ἔσεσθαι καὶ κατασκαφὰς Φρυγῶν

V. 80. Aristoteles Rhet. III. 11, 2. *καὶ τοὐντεῦθεν οὖν Ἕλληνες ἀΐξαντες ποσί, τὸ ἀΐξαντες ἐνέργεια καὶ μεταφορά.* Quae versus scriptura ab emendatoribus profecta videtur. Valde enim corrupta legi in codd. testantur: in iis est, quod in margine ed. Venetae adnotatum, *ἀΐξαντες δοροί.*

V. 83. Edd. vett. *ἵπποις τε πολλοῖς θ' ἅρμασίν γ' ἠσκημένοι.* Codd. Paris. omittunt *γ'*. Emendavit Reiskius.

V. 84. Libri *κἀμὲ στρατηγεῖν, κᾆτα Μενέλεω χάριν.* Elegantem adnotatam habeo coniecturam Seidleri, *κἀμὸν στρατηγεῖν κρᾶτα.* Heathius *κᾆτα* in *κάρτα* mutandum censebat, quod ego miror non aliis quoque placuisse, Marklando autem aeque incertum visum esse ut *δῆτα, ἀλλά, πᾶσι.* Nam quid aptius dicat Agamemno, cui molesta hoc in rerum statu imperatoria dignitas est, quam Menelai maxime caussa se summum ducem lectum esse? Idque confirmat etiam, quum addit *σύγγονόν γε.* Ad hunc locum spectant, quae Matthiae ad v. 325. commemoravit, verba Eustathii p. 57, 30. *ὅτι δὲ τοῖς Ἀχαιοῖς ἐξ αἱρέσεως ἦν βασιλεὺς ὁ Ἀγαμέμνων, Εὐριπίδης ἐν Ἰφιγενείᾳ δηλοῖ σαφέστατα.* Et p. 185, 3. *τὸ δὲ πολλαῖς νήσοις καὶ Ἄργεϊ παντὶ ἀνάσσειν δεῖγμά ἐστι τοῦ μὴ ἁπλῶς χειροτονητὸν εἶναι εἴτ' οὖν αἱρετὸν βασιλέα τὸν Ἀγαμέμνονα κατά τινας, οἷς καὶ ὁ Εὐριπίδης ἐν τῇ κατ' αὐτὸν Ἰφιγενείᾳ συνηγορεῖ.*

V. 89. Libri *κεχρημένος.* Emendavit Heathius.

V. 92. Codd. et Parisini et Florentini *κατασφαγάς.* Sed recte impressi *κατασκαφάς.*

θύσασι, μὴ θύσασι δ' οὐκ εἶναι τάδε.
κλύων δ' ἐγὼ ταῦτ', ὀρθίῳ κηρύγματι
Ταλθύβιον εἶπον πάντ' ἀφιέναι στρατόν,
ὡς οὔποτ' ἂν τλὰς θυγατέρα κτανεῖν ἐμήν.
οὗ δή μ' ἀδελφὸς πάντα προςφέρων λόγον
ἔπεισε τλῆναι δεινά. κἂν δέλτου πτυχαῖς
γράψας ἔπεμψα πρὸς δάμαρτα τὴν ἐμὴν
πέμπειν Ἀχιλλεῖ θυγατέρ' ὡς γαμουμένην,
τό τ' ἀξίωμα τἀνδρὸς ἐκγαυρούμενος,
συμπλεῖν τ' Ἀχαιοῖς οὕνεκ' οὐ θέλοι λέγων,
εἰ μὴ παρ' ἡμῶν εἶσιν εἰς Φθίαν λέχος.
πειθὼ γὰρ εἶχον τήνδε πρὸς δάμαρτ' ἐμήν,
ψευδῆ συνάψας ἀμφὶ παρθένου γάμον.
μόνοι δ' Ἀχαιῶν ἴσμεν ὡς ἔχει τάδε
Κάλχας, Ὀδυσσεύς, Μενέλεώς θ'. ἃ δ' οὐ καλῶς
ἔγνων τότ', αὖθις μεταγράφω καλῶς πάλιν
ἐς τήνδε δέλτον, ἣν κατ' εὐφρόνης σκιὰν
λύοντα καὶ συνδοῦντά μ' εἰςεῖδες, γέρον.
ἀλλ' εἶα χώρει τάςδ' ἐπιστολὰς λαβὼν
πρὸς Ἄργος. ἃ δὲ κέκευθε δέλτος ἐν πτυχαῖς,
λόγῳ φράσω σοι πάντα τἀγγεγραμμένα·
πιστὸς γὰρ ἀλόχῳ τοῖς τ' ἐμοῖς δόμοισιν εἶ.

V. 97. Aversus ab sene et submissiore voce, ut is non audiat, haec dicit Agamemno, *οὗ δή μ' ἀδελφὸς πάντα προςφέρων λόγον ἔπεισε τλῆναι δεινά.* Vide quae dicimus in praefatione.

V. 102. Edd. veteres *τοὔνεκ'*. Emendavit Barnesius.

V. 103. Par. B. *εἰς Τροίαν.*

V. 104. Haec quoque usque ad *Μενέλεώς θ'* ita dicuntur, ut non exaudiat senex.

V. 105. Edd. vett. *ἀντὶ παρθένου.* Correxerunt Marklandus et Musgravius.

V. 109. Flor. 1. *κατ' εὐφρόνης*, omisso *σκιάν.* Ea librarii cuiuspiam negligentia factum, ut in Flor. 2. Paris. A. B. in quibus ipsis quoque deest *σκιάν*, scriberetur *κατ' εὐφρόνην.*

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

λέγε καὶ σήμαιν', ἵνα καὶ γλώσση
σύντονα τοῖς σοῖς γράμμασιν αὐδῶ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

πέμπω σοι πρὸς ταῖς πρόσθεν
δέλτοις, ὦ Λήδας ἔρνος,
μὴ στέλλειν τὰν σὰν Ἶνιν πρὸς
τὰν κολπώδη πτέρυγ' Εὐβοίας
Αὖλιν ἀκλύσταν.
εἰς τὰς ἄλλας ὥρας γὰρ δὴ
παιδὸς δαίσομεν ὑμεναίους.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

καὶ πῶς Ἀχιλεὺς λέκτρων ἀπλακὼν
οὐ μέγα φυσῶν θυμὸν ἐπαρεῖ

V. 115. 116. Hi duo versus post v. 118. scripti erant. Iustum ordinem restituit Reiskius.

V. 120. Multa permira commenti sunt viri docti, ut Aulidem *πτέρυγα Εὐβοίας* dici potuisse ostenderent. Quod a me monitum erat, *στέλλειν Αὖλιν* coniungi debere, durissimum esse contendit Matthiae. Ego quid hoc duri sit, si quis mitti dicatur Aulidem ad prominentem angulum Euboeae, non perspicio. Duae enim, ut saepissime, consociatae sunt verbi constructiones, una, per vicinam regionem ad quem locum tendendum sit designans, *στέλλειν πρὸς τὰν κολπώδη πτέρυγ' Εὐβοίας*; altera, locum nominans ipsum, *στέλλειν Αὖλιν ἀκλύσταν*. Nam *στέλλειν* etiam cum nudo construitur accusativo. Sophocles Oed. R. 433.

οὐ γάρ τί σ' ᾔδη μῶρα φωνήσοντ'· ἐπεὶ
σχολῇ γ' ἂν οἴκους τοὺς ἐμοὺς ἐστειλάμην.

Euripides Med. 668.

τί δ' ὀμφαλὸν γῆς θεσπιῳδὸν ἐστάλης;

Ἀκλύσταν dicit Aulidem, quod tutam ab Euripi aestu stationem praebeat navibus.

V. 122. Articulum omittunt Par. A. Flor. 1. 2. Recte additus est in editis, proximum annum indicans.

V. 124. Libri *λέκτρ' ἀμπλακών*. Iam Scaliger *λέκτρων*.

V. 125. Vulgo *φυσσῶν* et *ἐπαίρει*. Elmsleio debetur *ἐπαρεῖ*. In Ald. et quibusdam aliis antiquis edd. interpunctum

σοὶ σῇ τ᾽ ἀλόχῳ;
τόδε καὶ δεινόν. σήμαιν᾽ ὅ τι φῄς.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ὄνομ᾽, οὐκ ἔργον, παρέχων Ἀχιλεὺς
οὐκ οἶδε γάμους, οὐδ᾽ ὅ τι πράσσομεν,
οὐδ᾽ ὅτι κείνῳ παῖδ᾽ ἐπεφήμισα
νυμφείους εἰς ἀγκώνων
εὐνὰς ἐκδώσειν λέκτροις.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

δεινά γε τολμᾷς, Ἀγάμεμνον ἄναξ,
ὃς τῷ τῆς θεᾶς σὴν παῖδ᾽ ἄλοχον
φατίσας ἦγες σφάγιον Δαναοῖς.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οἴμοι, γνώμας ἐξέσταν,
αἰαῖ, πίπτω δ᾽ εἰς ἄταν.
ἀλλ᾽ ἴθ᾽ ἐρέσσων σὸν πόδα, γήρᾳ
μηδὲν ὑπείκων.

ἐπαίρει; σοὶ, σῇ τ᾽ ἀλόχῳ τόδε καὶ δεινόν. In aliis et post *ἐπαίρει* et post *ἀλόχῳ* signum interrogationis positum. Emendate Stibliniana.

V. 130. Libri *ἐπέφησα.* Correxit Marklandus.

V. 132. Libri *ἐνδώσειν.* Correxit Marklandus.

V. 134. Libri *οὕτω τῆς θεᾶς.* Canterus, ut in Paris. C. scriptum, *ὃς τῷ τῆς θεᾶς.* Eum Barnesius et caeteri editores sunt sequuti. Recte quidem, modo ne quis putet his verbis, *τῷ τῆς θεᾶς σὴν παῖδ᾽ ἄλοχον φατίσας* significari, promissam esse Achilli virginem. Sic enim accipienda sunt, quemadmodum Agamemno dixerat *κείνῳ παῖδ᾽ ἐπεφήμισα*, i. e. *qui quum te eam nuptum dare Achilli simulaveris, sacrificandam Graecis adducebas.* Explicatum de hoc loco in praefatione.

V. 138. Festus v. *pedum: sed in eo versu qui est in Iphigenia Ennii:*

procede: gradum proferre pedum,
nitere, cessas?

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

σπεύδω, βασιλεῦ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

μή νυν μήτ' ἀλσώδεις ἵζου
    κρήνας, μήθ' ὕπνῳ θελχθῇς.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

εὔφημα θρόει.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

πάντῃ δὲ πόρον σχιστὸν ἀμείβων
λεῦσσε, φυλάσσων μή τίς σε λάθῃ
τροχάλοισιν ὄχοις παραμειψαμένη
παῖδα κομίζουσ' ἐνθάδ' ἀπήνη
Δαναῶν πρὸς ναῦς.

---

id ipsum baculum significari quum ait Verrius, mirari satis non possum, quum sit ordo talis, et per eum significatio aperta: gradum preferre pedum cessas? nitere. Fallitur Boeckhius in libro de tragicis Graecis p. 281. his verbis Ennium primos huius fabulae versus vertisse putans. Quo pertinerent, viderat Scaliger ad Varronem, docuissetque inspicientem Ennii editio Columnae.

V. 139. Par. B. *σπεύσω.*

V. 140. Vulgo *μὴ νῦν.* Correxit Marklandus.

V. 144. Vulgo *μή τί σε.* Correxit Marklandus.

V. 145. Par. A. *τροχάλοις.*

V. 147. Post *Δαναῶν πρὸς ναῦς* in libris haec scripta sunt. *ΠΡ. ἔσται. ΑΓ. κλῄθρων δ' ἐξόρμα. ἤν γάρ νιν πομπαῖς ἀντήσας, πάλιν ἐξορμάσεις τοὺς χαλινοὺς, ἐπὶ Κυκλώπων ἱεὶς θυμέλας.* Sic Aldus et antiquissimae editiones. Codd. Paris. B. C. Flor. 1. 2. Vict. *ἔσται τάδε.* Deinde Par. B. *κλῄθρων ἐξόρμα.* Porro edd. Cant. P. Stephani, Commel. Barnes. *ἀντήσαις.* H. Stephanus *ἀντήσῃς*, quod est in Parisinis tribus, ambobus Florentinis, et Vict. Praeclare Blomfieldius in Musei critici fasc. II. p. 186. emendavit, *πάλιν ἐξόρμα, σεῖε χαλινούς.* Non videtur mentem eius perspexisse Matthiae. Obiicit enim, *σείειν χαλινοὺς* sine auctore dictum esse, quam Latinorum esse

ἢν γάρ νιν πομπαῖς ἀντήσῃς,
πάλιν ἐξόρμα, σεῖε χαλινούς,
ἐπὶ Κυκλώπων ἱεὶς θυμέλας.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

ἔσται τάδε.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

κλήθρων δ' ἐξόρμα.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

πιστὸς δὲ φράσας τάδε πῶς ἔσομαι,
λέγε, παιδὶ σέθεν τῇ σῇ τ' ἀλόχῳ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

σφραγῖδα φύλασσ' ἣν ἐπὶ δέλτῳ

---

formulam, frena seu lora concutere dicentium, sed eam de equite vel auriga usurpatam equos concitante, non de eo qui equitem cum equo redire cogat. At illud ipsum dici volebat Blomfieldius: *averte retro eos, qui Iphigeniam adducent, et instiga loris concussis equos, ut quam celerrime Mycenas veniatis.* Neque vero opus est exemplis, ut Graecos quoque σείειν χαλινοὺς isto significatu dixisse ostendatur. Nam quod res ipsa poscit, quavis dici lingua potest. Atqui ubicumque terrarum equis utuntur homines, motu eos frenorum ad cursum incitari sciunt. Sed alio hic locus vitio affectus est. Nam illud senis ἔσται τάδε, quodque addit Agamemno κλήθρων δ' ἐξόρμα, non suo loco posita esse ex iis quae sequuntur apparet; quia ἢν γὰρ ἀντήσῃς aperte eo refertur, quod monuerat senem Agamemno, ne eum praeteriret plaustrum quo Aulidem veheretur Iphigenia. Praeterea inepte iuberetur abire senex, et tum demum adderetur, retro avertendos esse qui virginem adducerent. Nec poterat id per ἢν γὰρ addi, sed dicendum fuisset ἢν δέ. Itaque hunc versum post illa, ἐπὶ Κυκλώπων ἱεὶς θυμέλας collocavi. Infelici manu haec attigit Camperus ad Androm. p. 292.

V. 148. Dubitari potest an νιν a metricis insertum sit, ut versum acatalectum efficerent: eademque de τάδε dubitatio est v. 151. Si Euripides posuit νιν, putandum est ex πομπαῖς pendere, quia id idem est quod τοῖς πέμπουσί νιν.

V. 151. Vide ad v. 147.

τήνδε κομίζεις. ἴθι. λευκαίνει
τόδε φῶς ἤδη λάμπουσ' ἠὼς
πῦρ τε τεθρίππων τῶν Ἀελίου.
σύλλαβε μόχθων.
θνητῶν δ' ὄλβιος εἰς τέλος οὐδείς,
οὐδ' εὐδαίμων·
οὔπω γὰρ ἔφυ τις ἄλυπος.

ΧΟΡΟΣ.

ἔμολον ἀμφὶ παρακτίαν — στροφή.
ψάμαθον Αὐλίδος ἐναλίας,
Εὐρίπου διὰ χευμάτων
κέλσασα, στενόπορθμον
Χαλκίδα, πόλιν ἐμάν, προλιποῦσ',
ἀγχιάλων ὑδάτων τροφὸν
τᾶς κλεινᾶς Ἀρεθούσας,
Ἀχαιῶν στρατιὰν ὡς κατιδοίμαν
ἀρῄων τε πλάτας ναυσιπόρους
ἡϊθέων, οὓς ἐπὶ Τροί-

V. 155. Vulgo τῇδε. Par. B. Flor. 2. τήνδε, supra scripto in utroque τῇδε. Non cadit in hoc, quod Marklandus ait, supra scriptam lectionem plerumque veriorem esse et correctiorem.

V. 169. Vulgo ὡς ἴδοιμ' ἄν. Marklandus ex Paris. A. affert καὶ ἴδοιμ' ἂν ut pro ὡς ἴδοιμ' ἂν scriptum. Sed falli videtur. Nam Musgravius ex eo codice, qui ipsi littera E notatur, ὡς καὶ ἴδοιμ' ἂν affert. Hinc facilius ὡς κατιδοίμαν G. Dindorfius et Camperus ad Electr. p. 408. quam ὡς ἐσιδοίμαν, quae Elmsleii emendatio est.

V. 170. Libri Ἀχαιῶν τε πλάτας. Non solum insolens est ista nominis repetitio, nisi ubi opponuntur inter se praedicata, quod quum fit, non τέ, sed δὲ usurpatur, sed plane inepta. Eo minus dubitari potest, quin librario hic error debeatur, ab simili vocabulo ad superiorem versum oculis aberranti. Itaque posui ἀρῄων. Ἀτρειδᾶν Camperus ad Electr. p. 246. servans ἡμιθέων.

V. 171. Libri ἡμιθέων. Hoc quoque ineptum esse vidit Marklandus, cuius coniectura ἡϊθέων merito probata est Musgravio. Epicam formam facile fert carmen choricum. Deinde Par. A. καὶ pro ὡς, quae caeterorum est librorum scriptura. Scaliger οὕς.

αν ἐλάταις χιλιόναυσιν
τὸν ξανθὸν Μενέλαον
ἁμέτεροι πόσεις
ἐνέπουσ' Ἀγαμέμνονά τ' εὐπατρίδαν
στέλλειν ἐπὶ τὰν Ἑλέναν, ἀπ'
Εὐρώτα δονακοτρόφου
Πάρις ὁ βουκόλος ἃν ἔλαβε,
δῶρον τᾶς Ἀφροδίτας,
ὅτ' ἐπὶ κρηναίαισι δρόσοις
Ἥρᾳ Παλλάδι τ' ἔριν, ἔριν
μορφᾶς ἁ Κύπρις ἔσχεν.
πολύθυτον δὲ δι' ἄλσος Ἀρ- ἀντιστρ.
τέμιδος ἤλυθον ὀρομένα,
φοινίσσουσα παρῆδ' ἐμὰν
αἰσχύνᾳ νεοθαλεῖ,
ἀσπίδος ἔρυμα καὶ κλισίας
ὁπλοφόρους Δαναῶν θέλουσ'
ἵππων τ' ὄχλον ἰδέσθαι.
κατεῖδον δὲ δύ' Αἴαντε συνέδρω,
τὸν Οἰλέως Τελαμῶνός τε γόνον,
τοὺς Σαλαμῖνος στέφανον,

V. 178. Vulgo ἔλαβεν. Flor. 1. 2. Vict. ἔλαβε, ultima Glyconei soluta.

V. 182. Flor. 1. 2. Vict. ἔσχε.

V. 184. Libri ὁρωμέναν. Emendavit Canterus.

V. 185. Vulgo παρηΐδ'. Marklandus παρῆδ'. In accentu scribendo consuetudinem ab aliis introductam tenui, licet ratio παρήδ' exarari postulet, de qua dictum ad Suppl. 87.

V. 189. Vulgo ἵππων ὄχλον τ' ἰδέσθαι. Omittunt τ' Paris. A. B. Flor. 1. 2. Transposuit Heathius.

V. 191. Vulgo τὸν Ὀϊλέως. Correxit Elmsleius.

V. 192. Ald. Froben. τοῖς Σαλαμῖνος. Brub. et quae insequutae sunt τῆς Σαλαμῖνος. Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. τοῖς Σαλαμινίοις. Ex Paris. C. Marklandus Σαλαμινίοις affert, quasi hic codex non habeat articulum: sed Musgravius omnes tres codd. τοῖς Σαλαμινίοις habere ait. Emsleius τᾶς Σαλα-

Πρωτεσίλαον τ' ἐπὶ θάκοις
πεσσῶν ἡδομένους μορ-
φαῖσι πολυπλόκοις
Παλαμήδεά θ', ὃν τέκε παῖς ὁ Ποσει-
δᾶνος, Διομήδεά θ' ἡδο-
ναῖς δίσκου κεχαρημένον,
παρὰ δὲ Μηριόνην, Ἄρεος
ὄζον, θαῦμα βροτοῖσι,
τὸν ἀπὸ νησαίων τ' ὀρέων
Λαέρτα τόκον, ἅμα δὲ Νι-
ρέα, κάλλιστον Ἀχαιῶν·
τὸν ἰσάνεμόν τε ποδοῖν — ἐπῳδός.
λαιψηροδρόμον Ἀχιλῆα,
τὸν ἃ Θέτις τέκε καὶ
Χείρων ἐξεπόνασεν,
εἶδον αἰγιαλοῖσι

μῖνος. At multum praestat *τοὺς Σαλαμῖνος στέφανον*, de quo genere loquendi dictum ad Viger. p. 932. seq. Aldinae scriptura hic, ut aliis in locis, propior vero est, quam quod codices praebent.

V. 194. Recte Marklandus, quos *πεσσῶν ἡδομένους μορφαῖσι πολυπλόκοις* dicit poeta, Protesilaum et Palamedem per schema Alcmanicum intelligendos esse monet. Palamedis enim hic quoque ludus inventum esse perhibetur. Quare non probo, quod Matthiae Aiaces et Protesilaum dici voluit. De singulis convenientia eorum ingeniis praedicat poeta.

V. 199. Nuper editum *Ἄρεως*. Servandam duxi librorum scripturam *Ἄρεος*. Vide ad v. 178.

V. 205. Si recte in libris legitur *Ἀχιλῆα*, neque id *Ἀχιλλέα* scripserat Euripides, ut versus Glyconeus esset, putandus est ex amphibracho, dactylo, et trochaeo esse compositus.

V. 208. Libri sic:

εἶδον αἰγιαλοῖσι,
παρά τε κροκάλαις
δρόμον ἔχοντα σὺν ὅπλοις.

Vereor magnopere ne non his metris usus sit Euripides: sed servavi, quia nihil variant libri. Rectius, nisi fallor, duo priores versiculi in unum vel hoc modo coniungerentur,

ἴδον αἰγιαλοῖς παρά τε κροκάλαις,

vel,

παρά τε κροκάλαις
δρόμον ἔχοντα σὺν ὅπλοις.
ἅμιλλαν δ᾽ ἐπόνει ποδοῖν
πρὸς ἅρμα τέτρωρον
ἑλίσσων περὶ νίκας.
ὁ δὲ διφρηλάτας ἐβοᾶτ᾽
Εὔμηλος Φερητιάδας,
ᾧ καλλίστους ἰδόμαν
χρυσοδαιδάλτους στομίοις
πώλους κέντρῳ θεινομένους,
τοὺς μὲν μέσους ζυγίους
λευκοστίκτῳ τριχὶ βαλιούς,
τοὺς δ᾽ ἔξω σειροφόρους
ἀντήρεις καμπαῖσι δρόμων
πυῤῥότριχας, μονόχαλα δ᾽ ὑπὸ σφυρὰ
ποικιλοδέρμονας· οἷς παρεπάλλετο

εἶδον ἐπ᾽ αἰγιαλοῖς παρά τε κροκάλαις,

nisi tertius quoque dactylici numeri perpetuatione sic cohaerebat:

εἶδον ἐπ᾽ αἰγιαλοῖς παρά τε κροκά-
λαισιν ἔχοντα δρόμον σὺν ὅπλοισιν.

V. 214. Libri βοᾶτ᾽. Emendavit, ut Glyconeum metrum postulabat, G. Dindorfius.

V. 215. Par. B. Φερετητιάδας.

V. 216. Legebatur εἰδόμαν, quod correxit G. Dindorfius.

V. 217. Editum erat:

χρυσοδαιδάλτους στομίοισι πώλους
κέντρῳ θεινομένους.

Codd. Paris. et Flor. 1. 2. qui στομίοις praebent, veram monstrant rationem metrorum, quae etiam sine codicum auctoritate restitui debuerat.

V. 219. Hunc et duos sequentes versiculos, nisi etiam aliis in rebus exilis esset Euripides, facile crederem ab interpolatore illo profectos esse, qui strophas quae sequuntur fecit.

V. 220. Flor. 1. τριχόν.

V. 221. Libri σειραφόρους. Correxit G. Dindorfius.

V. 222. Paris. A. λαμπαῖσι. Flor. 1. καμπαῖς.

V. 223. Flor. 1. 2. μονόλαχα.

V. 224. Codd. omnes et edd. vett. ποικιλλοδέρμονας. Emendate scripsit H. Stephanus a. 1567.

Πηλεΐδας σὺν ὅπλοισι παρ' ἄντυγα
    καὶ σύριγγας ἁρματείους.
[ναῶν δ' εἰς ἀριθμὸν ἤλυθον   στροφὴ ά.
καὶ θέαν ἀθέσφατον,
τὰν γυναικεῖον ὄψιν ὀμμάτων
ὡς πλήσαιμι μᾶλλον ἁδονᾶν.
καὶ κέρας μὲν ἦν
δεξιὸν πλάτας ἔχων
Φθιώτας ὁ Μυρμιδὼν Ἄρης
πεντήκοντα ναυσὶ θουρίαις.
χρυσέαις δ' εἰκόσιν κατ' ἄκρα Νη-
ρῇδες ἕστασαν θεαί,
    πρύμναις σῆμ' Ἀχιλλείου στρατοῦ.
Ἀργείων δὲ ταῖσδ' ἰσήρετμοι   ἀντ. ά.
νᾶες ἕστασαν πέλας·
ὧν ὁ Μηκιστέως στρατηλάτας
παῖς ἦν, Ταλαὸς ὃν τρέφει πατήρ,
Καπανέως τε παῖς
Σθένελος· Ἀτθίδος δ' ἄγων
ἑξήκοντα ναῦς ὁ Θησέως

V. 225. Legebatur *σὺν ὅπλοις*. L. Dindorfius *σὺν ὅπλοισι* dedit. Paris. A. *ἐπ' ἄντυγα*. *Πηλεΐδας* pro vulgato *Πηλείδας* Elmsleii monitu scriptum.

V. 227. De his strophis explicatum in praefatione.

V. 229. Scripsi *τὰν γυναικεῖον* pro *τὰν γυναικείαν*, quod legebatur.

V. 230. Libri *ὡς πλήσαιμι μείλινον ἁδονάν*. Frustra ex longinquo petitur, quod ante pedes est, *μᾶλλον* et *ἁδονᾶν*. Id reposui.

V. 233. Legebatur *Μυρμιδόνων*. Scripsi *Μυρμιδών*, ut v. 1358. Recte enim ibi ex docti Britanni emendatione L. Dindorfius edidit *στρατὸς δὲ Μυρμιδὼν οὔ σοι παρῆν*.

V. 235. Libri *κατ' ἄκραν*. Emendatum a Piersono Verisim. p. 26.

V. 236. Par. A. qui Musgravio est E. *ἕστασι*, et in margine *γρ. ἕστασαν*.

V. 244. Vulgo *νῆας*. Paris. C. Flor. 1. 2. Vict. ut metrum poscit, *ναῦς*. Nam forma quidem ista, *νῆας*, non est cur vituperetur,

παῖς ἑξῆς ἐναυλόχει, θεὰν
Παλλάδ' ἐν μωνύχοις ἔχων πτερω-
τοῖσιν ἅρμασιν θετὸν
εὔσημόν τε φάσμα ναυβάταις.
τῶν Βοιωτῶν δ' ὅπλισμα, ποντίας — στροφὴ β'.
πεντήκοντα νῆας εἰδόμαν
σημείοισιν ἐστολισμένας·
τοῖς δὲ Κάδμος ἦν
χρύσεον δράκοντ' ἔχων
ἀμφὶ ναῶν κόρυμβα·
Λήϊτος δ' ὁ γηγενὴς
ἆρχε ναΐου στρατοῦ.
Φωκίδος δ' ἀπὸ χθονός,
Λοκρὰς δὲ τοῖσδ' ἴσας ἄγων
ναῦς ἦν Οἰλέως τόκος, κλυτὰν

---

qua non hic solum scriptor v. 250. sed etiam Aeschylus usus est Suppl. v. 752.

V. 247. Pallas alato curru vecta, insigne Atticarum navium, quum θετὸν εὔσημόν τε φάσμα ναυβάταις dicitur, θετὸν intelligendum videtur quod sibi ex composito adsciverint.

V. 249. Ambigo tamne invenustum hunc poetam esse credam, ut τῶν Βοιωτῶν δ' ὅπλισμα scriberet, an tam venustum, ut poneret τὸ δὲ Βοιωτῶν ὅπλισμα.

V. 251. Libri scripti et impressi εὐστολισμένας. Emendavit Scaliger vel Heinsius.

V. 256. Flor. 1. ἀρχεναΐου.

V. 257. Libri Φωκίδος δ'. Marklandus δ' in τ' mutavit, ut haec, Φωκίδος τ' ἀπὸ χθονός, coniungerentur cum praegressis, referrenturque ad εἰδόμαν. Probarunt alii, non satis, ut mihi videtur, considerate. Nam cum sequentibus potius haec cohaerere et versus antistrophici ostendunt, et Homeri prodit comparatio Iliad. II. v. 524. et 534. ubi et Phocensium quadraginta naves et totidem numerantur Locrensium. Ex quo intelligitur recte se habere δ'.

V. 258. Libri Λοκροῖς. Scaliger et Canterus Λοκρός. Heathius Λοκρῶν. Marklandus, quod merito probavit Matthiae, Λοκράς. In Flor 1. hic versus positus est post v. 260.

V. 259. Libri ναῦς 'Οϊλέως τόκος κλυτάν. Matthiae metri indicio ναῦς ἦλθ' Οἰλέως. Id ego malui ἦν scribere. Sic enim hic loquitur etiam v. 231. 252.

Θρονιάδ' ἐκλιπὼν πόλιν.
ἐκ Μυκήνας δὲ τᾶς Κυκλωπίας ἀντ. β'.
Ἀτρέως παῖς ἔπεμπε ναυβάτας
ναῶν ἑκατὸν ἠθροϊσμένους.
σὺν δ' ἀδελφὸς ἦν
ταγός, ὡς φίλος φίλῳ,
τᾶς φυγούσας μέλαθρα
βαρβάρων χάριν γάμων
πρᾶξιν Ἑλλὰς ὡς λάβοι.
ἐκ Πύλου δὲ Νέστορος
Γερηνίου κατειδόμαν
πρύμνας σῆμα ταυρόπουν ὁρᾶν,

V. 261. Ald. et proximae edd. *τὰς Κυκλωπίας*. Canterus *τᾶς*, ut in Vict. scriptum. Deinde Par. B. Flor. 1. 2. *Κυκλωπείας*.

V. 262. Libri *παῖς Ἀτρέως*. Inverti ordinem verborum. Quamvis enim hic non sane optimus poeta sit, tamen in metris satis est diligens, ut iniuriam facturus sit, qui eum tam imperite verba collocasse credat.

V. 264. Miro errore libri *σὺν δ' Ἄδραστος ἦν ταγός*. Matthiae putat hunc poetam aliquam sequutum esse obscuram famam, fortasse ex male intellecto versu Iliad. II. 572. ubi Homerus inter urbes, quas Agamemno ditione tenuerit, memorat

καὶ Σικυῶν', ὅθ' ἄρ' Ἄδρηστος πρῶτ' ἐμβασίλευεν.

Nam Menelaum si commemorasset hic noster, quamvis mirum sit quod eius nulla in toto carmine mentio fiat, haud dubie navium etiam numerum ad viri primarii nomen additurum fuisse; nec Menelaum proprie dici potuisse expeditioni interfuisse *τᾶς φυγούσας μέλαθρα πρᾶξιν Ἑλλὰς ὡς λάβοι*, sed *αὐτὸς ὡς λάβοι*. His argumentis non multum tribuam, sed certissimum esse puto, de Menelao hoc dici. Quem etsi *ὅπατρον* exquisitiore vocabulo appellare potuit hic poeta, tamen credibilius est usitatum et litterarum similitudine propius accedens nomen *ἀδελφὸς* positum fuisse. Id credam in perantiquo et male habito libro corrosum, ut recte legi non posset, occasionem praebuisse corruptioni. Manifesto expressit poeta illa Homeri Iliad. II. 586. omissis, quibus non opus esse putabat:

τῶν οἱ ἀδελφεὸς ἦρχε, βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος,
ἑξήκοντα νεῶν, ἀπάτερθε δὲ θωρήσσοντο.
ἐν δ' αὐτὸς κίεν ᾗσι προθυμίῃσι πεποιθώς,
ὀτρύνων πολεμόνδε· μάλιστα δὲ ἵετο θυμῷ
τίσασθαι Ἑλένης ὁρμήματά τε στοναχάς τε.

τὸν πάροικον Ἀλφεόν.
Αἰνιάνων δὲ δωδεκάστολοι — στροφὴ γ'.
νᾶες ἦσαν * * *
* * * ὧν ἄναξ
Γουνεὺς ἄρχε· τῶνδε δ' αὖ πέλας
Ἤλιδος δυνάστορες,
οὓς Ἐπειοὺς ὠνόμαζε πᾶς λεώς·
Εὐρύτου δ' ἄνασσε τῶνδ'

V. 272. Edd. veteres sine articulo *πάροικον*. Repositus est ex tribus codd. Paris. ambobus Flor. et Vict.

V. 273. Quae hinc sequuntur, non epodum, ut putabatur, sed antistrophica esse monui in Elem. doctr. metr. p. 726. Sed descriptis ex lacero codice, in quo aliquot versus interciderant, quae reliqua erant ab imperito correctore male conglutinata esse res ipsa clamat. Nam etsi discedit in quibusdam rebus hic poeta ab Homero, tamen sunt etiam, in quibus si eum non sequutus esset, plane absurda, historiaeque et communi famae contraria dixisset. Itaque sic exhibui has lacinias, quemadmodum scriptas fuisse in illo codice, unde librorum lectio manavit, probabile est. Nam in libris nostris nullum lacunae signum invenitur. Atque hic quidem scriptum: *Αἰνιάνων δὲ δώδεκα στόλοι ναῶν ἦσαν, ὧν ἄναξ Γουνεὺς ἄρχε*, nisi quod Ald. Froben. Brub. Herv. 1. 2. *Ἰουνεὺς* habent. Homerus Il. 748. horum duo et viginti naves numerat. Permire dictum esset *δώδεκα στόλοι ναῶν* de navibus duodecim, quod facilius quis de totidem classibus dictum crederet. At metrum ostendebat *νᾶες* scribendum esse: ex quo consequitur eas *δωδεκαστόλους* appellari, ut *μονόστολος* unam significat. Quoniam apud Homerum scriptum est,

τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί,

facile coniici potest, hunc nostrum sic scripsisse:

Αἰνιάνων δὲ δωδεκάστολοι
νᾶες ἦσαν [ἔκ τε Περ-
ραιβίας,] ὧν ἄναξ
Γουνεὺς ἄρχε.

V. 279. Libri sic: *Εὔρυτος δ' ἄνασσε τῶνδε. λευκήρετμον δ' Ἄρη Τάφιον ἦγεν· ὧν Μέγης ἄνασσε Φυλέως λόχευμα, τὰς Ἐχίδνας λιπὼν νήσους*. Brodaeus *Ἐχίνας* scribendum vidit. Caetera absurda sunt et inter se pugnantia. Non Eurytus, sed filius Euryti, neque is solus, sed tres simul alii erant, quos noster dicit, *Ἤλιδος δυνάστορες*. Homerus Il. 618.

τῶν αὖ τέσσαρες ἀρχοὶ ἔσαν, δέκα δ' ἀνδρὶ ἑκάστῳ
νῆες ἕποντο θοαί, πολέες δ' ἔμβαινον Ἐπειοί.
τῶν μὲν ἄρ' Ἀμφίμαχος καὶ Θάλπιος ἡγησάσθην,

* * * * *
* * * * * * *
* * * * * λευ-
κήρετμον δ' * * Ἄρη
Τάφιον ἡγεμὼν Μέγης,
Φυλέως λόχευμα,
τὰς Ἐχίνας λιπὼν * * * *
νήσους ναυβάταις ἀπροσφόρους.
* * * * * δεξιῷ κέρας ἀντ. γ'.

υἷες ὁ μὲν Κτεάτου, ὁ δ' ἄρ' Εὐρύτου Ἀκτορίωνος·
τῶν δ' Ἀμαρυγκείδης ἦρχεν κρατερὸς Διώρης·
τῶν δὲ τετάρτων ἦρχε Πολύξεινος θεοειδής,
υἱὸς Ἀγασθένεος Αὐγηϊάδαο ἄνακτος.

Sequuntur ibi statim, quos Meges ducebat:

οἳ δ' ἐκ Δουλιχίοιο Ἐχινάων θ' ἱεράων
νήσων, αἳ ναίουσι πέρην ἁλὸς Ἤλιδος ἄντα·
τῶν αὖθ' ἡγεμόνευε Μέγης ἀτάλαντος Ἄρηϊ,
Φυλείδης, ὃν ἔτικτε Διῒ φίλος ἱππότα Φυλεύς.

Haec noster quoque et sequutus est et debuit sequi. Ac facile patet ἦγεν ὤν corruptum esse ex ἡγεμών. Inde librarius aliquis, quod verbum deesset, praegressum ἄνασσε iteravit. Lacunas vero etiam metra produnt. Eas pro huius poetae stilo non difficile est ad hunc modum explere:

Εὐρύτου δ' ἄνασσε τῶνδ'
[ἔκγονος κλυτός,
σὺν τρισὶν τέταρτος ὢν
ταξιάρχοισι.] λευ-
κήρετμον δ' [ἔτασσ'] Ἄρη
Τάφιον ἡγεμὼν Μέγης,
Φυλέως λόχευμα,
τὰς Ἐχίνας λιπὼν [θοαῖς ναυσὶν]
νήσους ναυβάταις ἀπροσφόρους.

V. 288. Sequuntur statim in libris haec: Αἴας δ' ὁ Σαλαμῖνος ἔντροφος δεξιὸν κέρας πρὸς τὸ λαιὸν ξύναγε. τῶν ἄσσον ὥρμει πλάταισιν ἐσχάταισι συμπλέκων δώδεκ' εὐστροφωτάταισι ναυσίν. Haec quoque maioribus quam metri vitiis affecta esse apertissimum est. Ne commemorem inepte positum πλάταισι, ea hic narrantur, quae plane contraria sunt famae ab Homero proditae, eique tali, ut eam mutare nullo modo licuerit. Praedicantur enim de Aiace, quae in Ulixem cadunt, eaque sic, ut ipsa inter se pugnent. Nam quomodo idem et coniungere utrumque cornu, et stare in extremo sinistro potuit? Nam in dextro stationem fuisse Achillis, supra dixerat v. 231. Ulixes is erat, qui quod

λαιὸν * ξυνᾶγε, τῶν
ἄσσον ὥρμει πλάταις·
Αἴας θ᾽ ὁ Σαλαμῖνος ἔντροφος,
ἐσχάταισι συμπλέκων
δώδεκ᾽ εὐστροφωτάταισι ναυσίν· ὡς
ἄϊον καὶ ναυβάταν
εἰδόμαν λεών·
ᾧ τις εἰ προςαρμόσει
βαρβάρους βάριδας,
νόστον οὐκ ἀποίσεται,
ἐνθάδ᾽ οἷον εἰδόμαν

---

medium locum teneret, coniungere cornua dicendus erat: in eumdemque etiam illud quadrat *τῶν ἄσσον ὥρμει πλάταις*, quum Homerus quoque, ubi Dulichii et Echinadum copias enumeravit, statim addat:

αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἦγε Κεφαλλῆνας μεγαθύμους.

De cuius statione iisque qui in cornubus erant, celebratissimi versus sunt:

στῆ δ᾽ ἐπ᾽ Ὀδυσσῆος μεγακήτεϊ νηῒ μελαίνῃ,
ἥ ῥ᾽ ἐν μεσσάτῳ ἔσκε, γεγωνέμεν ἀμφοτέρωσε,
ἠμὲν ἐπ᾽ Αἴαντος κλισίας Τελαμωνιάδαο,
ἠδ᾽ ἐπ᾽ Ἀχιλλῆος, τοί ῥ᾽ ἔσχατα νῆας ἐΐσας
εἴρυσαν, ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν.

Ex his facile intelligitur, versum, quo Aiacis mentio fit, loco suo motum esse; idque metra confirmant; quae autem de coniungendis cornubus dicuntur, ad Ulixem spectare, cuius nullam hoc carmen, uti in libris legitur, habet memoriam. Itaque lacera fragmenta curavi ut suis locis restituerentur, mutata nonnihil. Nam, ut supra dicebam, ex attrito codice descripta sunt et pro describentis captu atque iudicio mutata. Licebit ea sic integrare:

[Λαρτίου παῖς δὲ] δεξιῷ κέρας
λαιὸν [ὃς] ξυνᾶγε, τῶν
ἄσσον ὥρμει πλάταις·
Αἴας θ᾽ ὁ Σαλαμῖνος ἔντροφος,
ἐσχάταισι συμπλέκων
δώδεκ᾽ εὐστροφωτάταισι ναυσίν.

V. 296. Edd. vett. *προςαρμόσοι.* Par. A. Vict. 1. 2. *προςαρμόσει.*

V. 299. Edd. *ἔνθα δ᾽ ἄϊον εἰδόμαν.* Marklandus non perfecit emendationem, quum *ἐνθάδ᾽*, etsi recte, scribendum coniecit. Et habet *ἐνθάδ᾽* Vict. Sed etiam *ἄϊον* in *οἷον*, mutandum erat, non solum, quod ineptum est *ἄϊον*, quum *κλύοντα* sequatur,

ναΐον πόρευμα,
τὰ δὲ κατ' οἴκους κλύουσα συγκλήτου
μνήμην σώζομαι στρατεύματος.]

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

Μενέλαε, τολμᾷς δείν', ἅ σ' οὐ 'τολμᾶν χρεών.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ἄπελθε· λίαν δεσπόταισι πιστὸς εἶ.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

καλόν γέ μοι τοὔνειδος ἐξωνείδισας.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

κλαίοις ἄν, εἰ πράσσοις ἃ μὴ πράσσειν σε δεῖ.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

οὐ χρῆν σε λῦσαι δέλτον, ἣν ἐγὼ 'φερον.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οὐδὲ σὲ φέρειν δεῖ πᾶσιν Ἕλλησιν κακά.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

ἄλλοις ἁμιλλῶ ταῦτ'· ἄφες δὲ τήνδ' ἐμοί.

---

sed etiam quod tota sententia inutilis esset, nisi diceretur, *prouti et vidi et audivi instructum esse exercitum.*

V. 301. Τὰ δὲ Vossii emendatio est pro vulgato τάδε.

V. 302. Flor. 1. μνήμης.

V. 304. Edd. vett. λίαν γε. Omittunt γε Paris. A. B. C. Flor. 1. 2.

V. 306. Flor. 1. εἰ πράσσεις. Fortasse vere, inquit Matthiae: cui non assentior. Non enim *si non obtemperas*, sed *si non obtemperabis* id est, quod hic dici conveniebat.

V. 307. Flor. 1. ἐχρῆν pro οὐ χρῆν. Deinde edd. vett. φέρω. Paris. A. B. C. φέρον. Flor. 1. 2. Vict. 'φερον.

V. 308. Elmsleius οὐδὲ σὲ φέρειν γ' ἅπασιν Ἕλλησιν κακά.

V. 309. Edd. vett. ἄλλως ἁμιλλᾷ. Barnesius ἁμιλλῶ, quod confirmarunt Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. Sed etiam ἄλλοις

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οὐκ ἂν μεθείμην.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

οὐδ᾽ ἔγωγ᾽ ἀφήσομαι.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

σκήπτρῳ τάχ᾽ ἄρα σὸν καθαιμάξω κάρα.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

ἀλλ᾽ εὐκλεές τοι δεσποτῶν θνήσκειν ὕπερ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

μέθες· μακροὺς δὲ δοῦλος ὢν λέγεις λόγους.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

ὦ δέσποτ᾽, ἀδικούμεσθα. σὰς δ᾽ ἐπιστολὰς
ἐξαρπάσας ὅδ᾽ ἐκ χερῶν ἐμῶν βίᾳ,
᾿Αγάμεμνον, οὐδὲν τῇ δίκῃ χρῆσθαι θέλει.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἔα·
τίς ποτ᾽ ἐν πύλαισι θόρυβος καὶ λόγων ἀκοσμία;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὁὑμός, οὐχ ὁ τοῦδε μῦθος κυριώτερος λέγειν.

---

scribendum esse Marklandus intellexit. Nam id cum Agamemnone disceptandum dicit senex.

V. 312. Flor. 1. σοι pro τοι.

V. 318. Libri τίς δῆτ᾽ ἐν πύλαισι, sed grammaticus qui hunc versum affert in Bekkeri Anecd. p. 369, 8. praebet, τίς ποτ᾽ ἐν θύραισι. In Flor. 2. ad τίς supra scriptum ἀρχή, ad ἀκοσμία autem τέλος. Par. C. Flor. 1. 2. Vict. πύλαις.

V. 319. In libris huic versui senis nomen adscriptum est. At tribuendus erat Menelao, cuius partes hac in scena cum Aga-

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

σὺ δὲ τί τῷδ᾽ ἐς ἔριν ἀφῖξαι, Μενέλεως, βίᾳ τ᾽ ἄγεις;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

βλέψον εἰς ἡμᾶς, ἵν᾽ ἀρχὰς τῶν λόγων ταύτας λάβω.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

μῶν τρέσας οὐκ ἀνακαλύψω βλέφαρον, Ἀτρέως γεγώς;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

τήνδ᾽ ὁρᾷς δέλτον, κακίστων γραμμάτων ὑπηρέτιν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

εἰσορῶ, καὶ πρῶτα ταύτην σῶν ἀπάλλαξον χερῶν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οὔ, πρὶν ἂν δείξω γε Δαναοῖς πᾶσι τἀγγεγραμμένα.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἦ γὰρ οἶσθ᾽ ἃ μή σε καιρὸς εἰδέναι, σήμαντρ᾽ ἀνείς;

---

memnonis partibus alternant. Id ut numeri docent, sic ipsa quoque verba monstrant. Nam senex quum evocaverit Agamemnonem, Menelai erat dicere non illum, sed se esse audiendum.

V. 322. Aut ex hoc versu, aut e v. 332. expressus est, quem in exemplum indignationis, quae maxime pronunciatione fiat, Iulius Rufinianus §. 11. p. 205. ex Ennii Iphigenia affert:

Menelaus me obiurgat? id meis rebus regimen restitat.

Sic emendavit Bentleius in epistola ad Millium p. 488. ed. Lips. quod legebatur *restat.*

V. 325. Vulgo, οὔ, πρὶν ἂν δείξω Δαναοῖς ἅπασι. Paris. B. οὔ, πρὶν ἂν δείξω γε Δαναοῖς πᾶσι. Credo sic etiam Flor. 1. 2. habere, ex quibus Matthiae aeque ut ex Musgravii cod. G. qui est ille Paris. B. nihil nisi γε protulit, non de ἅπασι vel πᾶσι monens.

V. 326. Ald. Froben. Hervag. 1. ἦ γὰρ ᾖσθ᾽. Brub. Herv. 2. et quae sequutae, ἦ γὰρ οἶσθ᾽, ut Flor. 1. 2. Vict.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὥστε σ' ἀλγῦναί γ' ἀνοίξας, ἃ σὺ κάκ' εἰργάσω λάθρᾳ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ποῦ δὲ κἄλαβές νιν; ὦ θεοί, σῆς ἀναισχύντου φρενός.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

προσδοκῶν σὴν παῖδ' ἀπ' Ἄργους, εἰ στράτευμ' ἀφίξεται.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τί δέ σε τἀμὰ δεῖ φυλάσσειν; οὐκ ἀναισχύντου τόδε;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὅτι τὸ βούλεσθαί μ' ἔκνιζε. σὸς δὲ δοῦλος οὐκ ἔφυν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὐχὶ δεῖν', εἰ τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

πλάγια γὰρ φρονεῖς, τὰ μὲν νῦν, τὰ δὲ πάλαι, τὰ δ' αὐτίκα.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

εὖ κεκόμψευσαι· πονηρὸν γλῶσσ' ἐπὶ φθόνον σοφή.

V. 332. Libri: οὐχὶ δεινά; τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι; Ut potuerit sic dici, at usus iubebat οὐχὶ δεῖν' εἰ τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι scribi.

V. 334., Libri: ἐκκεκόμψευσαι. πονηρὸν γλῶσσ' ἐπίφθονον σοφή. Ruhnkenius ad Timaeum p. 154. emendavit εὖ κεκόμψευσαι. Perfecit emendationem Musgravius scribens πονηρὸν γλῶσσ' ἐπὶ φθόνον σοφή. Vera haec esse, ipsa rei ratio monstrat. Quod Matthiae obiicit, Graecos non dicere σοφὸς ἐπί τι, etsi non statim exemplum in promptu habeo, nego verum esse. Saepe illi quidem σοφὸς εἴς τι vel πρός τι dicunt, sed quid est cur non potuerint etiam ἐπί τι dicere? Certissime vero, si quidem ἄπορον

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

νοῦς δέ γ᾽ οὐ βέβαιος ἄδικον κτῆμα, κοὐ σαφὲς φίλοις.
βούλομαι δέ σ᾽ ἐξελέγξαι, καὶ σὺ μήτ᾽ ὀργῆς ὕπο
ἀποτρέπου τἀληθές, οὔτε κατατενῶ λίαν ἐγώ.
οἶσθ᾽ ὅτ᾽ ἐσπούδαζες ἄρχειν Δαναΐδαις πρὸς Ἴλιον,
τῷ δοκεῖν μὲν οὐχὶ χρῄζων, τῷ δὲ βούλεσθαι θέλων,
ὡς ταπεινὸς ἦσθα, πάσης δεξιᾶς προςθιγγάνων,
καὶ θύρας ἔχων ἀκλῄστους τῷ θέλοντι δημοτῶν,
καὶ διδοὺς πρόςρησιν ἑξῆς πᾶσι, κεἰ μή τις θέλοι,
τοῖς τρόποις ζητῶν πρίασθαι τὸ φιλότιμον ἐκ μέσου;
κᾆτ᾽ ἐπεὶ κατέσχες ἀρχάς, μεταβαλὼν ἄλλους τρόπους
τοῖς φίλοισιν οὐκέτ᾽ ἦσθα τοῖς πρὶν ὡς πρόσθεν φίλος,
δυςπρόσιτος, ἔσω τε κλῄθρων σπάνιος. ἄνδρα δ᾽ οὐ χρεὼν
τὸν ἀγαθὸν πράσσοντα μεγάλα τοὺς τρόπους μεθιστάναι,
ἀλλὰ καὶ βέβαιον εἶναι τότε μάλιστα τοῖς φίλοις,

ἐπὶ φρόνιμα dicere licuit Sophocli Oed. R. 692. Ipse quod dedit Matthiae, *ἐκκεκόμψευσαι πονηρόν,* non dixisset Euripides, sed *ἐκκεκόμψευσαι πονηρά.*

V. 336. Typographi error est *μὴ τῆς ὀργῆς ὕπο* in edd. Commelin. et P. Stephani pro *μήτ᾽ ὀργῆς ὕπο,* quod in codd. Paris. et ed. Ald. *μή τ᾽* scriptum. Iniuria *μήτ᾽* suspectum esse ait Matthiae, quod nihil ei respondeat. Respondet vero *οὔτε,* oblitteratum illud ab librariis in versu qui sequitur.

V. 337. Libri *οὔτοι καταινῶ λίαν σ᾽ ἐγώ.* Omittunt *σ᾽* codd. Paris. A. B. Ex nostra emendatione L. Dindorfius edidit *οὔτε κατατενῶ λίαν ἐγώ.* Quae Matthiae ad hunc locum pertinere suspicabatur Eustathii verba, supra ad v. 84. quo ille respiciebat, attulimus.

V. 340. Libri *ὡς ταπεινὸς ἦς, ἁπάσης.* Marklandus *ἦσθ᾽ ἁπάσης* vel *ἦσθα πάσης.* Hoc verum.

V. 341. Edd. antiquissimae et Vict. *ἀκλῄστους.* Hervag. 2. et inde aliae *ἀκλείστους.*

V. 345. Ald. Froben. Herv. 1. *οὐκ ἔτ᾽ οἶσθα.* Brub. Herv. 2. reliquae, et codices *οὐκ ἔτ᾽ ἦσθα.*

V. 346. Edd. vett. *κλείθρων.* Paris. B. Flor. 1. 2. *κλῄθρων.*

ἡνίκ' ὠφελεῖν μάλιστα δυνατός ἐστιν εὐτυχῶν.
ταῦτα μέν σε πρῶτ' ἐπῆλθον, ἵνα σε πρῶθ' εὗρον κακόν.
ὡς δ' ἐς Αὖλιν ἦλθες αὖθις, χὠ Πανελλήνων στρατός,
οὐδὲν ἦσθ', ἀλλ' ἐξεπλήσσου τῇ τύχῃ τῇ τῶν θεῶν,
οὐρίας πομπῆς σπανίζων. Δαναΐδαι δ' ἀφιέναι
ναῦς διήγγελλον, μάτην δὲ μὴ πονεῖν ἐν Αὐλίδι.
ὡς δ' ἄνολβον εἶχες ὄμμα σύγχυσίν τε, μὴ νεῶν
χιλίων ἄρχων τὸ Πριάμου πεδίον ἐμπλήσας δορός.
κἀμὲ παρεκάλεις· τί δράσω; τίνα δὲ πόρον εὕρω πόθεν;
ὥστε μὴ στερέντα σ' ἀρχῆς ἀπολέσαι καλὸν κλέος.
κᾆτ' ἐπεὶ Κάλχας ἐν ἱεροῖς εἶπε σὴν θῦσαι κόρην
Ἀρτέμιδι, καὶ πλοῦν ἔσεσθαι Δαναΐδαις, ἡσθεὶς φρένας,
ἄσμενος θύσειν ὑπέστης παῖδα· καὶ πέμπεις ἑκών,
οὐ βίᾳ, μὴ τοῦτο λέξῃς, σῇ δάμαρτι, παῖδα σὴν

V. 350. Edd. vett. *ταῦτα μέν σοι πρῶτ' ἐπῆλθον, ἵνα σε πρῶθ' εὕρω κακόν.* Par. A. omittit *σοι.* Pro eo *σε* Par. C. Flor. 1. 2. Deinde *εὗρον* scribendum viderunt Reiskius et Marklandus.

V. 351. Flor. 1. 2. Vict. *ἦλθεν.* Deinde Vict. *αὖτις.* Tum Florentini *καὶ ὁ.*

V. 355. Flor. 1. omittit *δ'.* Deinde edd. vett. *ὄνομα.* Sed tres codd. Paris. ambo Florentini, Vict. *ὄμμα.*

V. 356. Libri, *χιλίων ἄρχων Πριάμου τε πεδίον ἐμπλήσας δορός.* Recte Elmsleius *τὸ Πριάμου πεδίον* in censuris Edinburgensibus fasc. XXXVII. p. 71. Monent et numeri et res. Nam classi praeesse nihili erat, nisi bellum gereretur. Matthiae quum se in aoristo *ἐμπλήσας* haerere scripsit, requirique videri *ἐμπλήσων*, vereor ne a vera ratione aberraverit. Non dixisset, opinor, Euripides *ἐμπλήσων*, sed debuit scribere *ἐμπλήσας*, quia sensus est, *si adempta esset belli inferendi copia.*

V. 357. Libri *τίνα δὲ πόρον εὕρω ποθέν;* Id Matthiae contra metrum esse ratus, edidit *τίνα πόρον τ' εὕρω ποθέν;* Recte L. Dindorfius *πόθεν.*

V. 358. Editum erat *ἀρχᾶς,* quod correxit Marklandus. Atque *ἀρχῆς* Flor. 1. 2.

V. 360. Flor. 1. *Ἀρτέμιδος.*

δεῦρ' ἀποστέλλειν, Ἀχιλλεῖ πρόφασιν ὡς γαμουμένην.
χᾆθ' ὑποστρέψας λέληψαι μεταβαλὼν ἄλλας γραφάς,
ὡς φονεὺς οὐκέτι θυγατρὸς σῆς ἔσει, μάλιστά γ' ὤν.
οὗτος αὑτός ἐστιν αἰθήρ, ὃς τάδ' ἤκουσεν σέθεν.
μυρίοι δέ τοι πεπόνθασ' αὐτὸ πρὸς τὰ πράγματα·
ἐκπονοῦσ' ἑκόντες, εἶτα δ' ἐξεχώρησαν κακῶς,
τὰ μὲν ὑπὸ γνώμης πολιτῶν ἀσυνέτου, τὰ δ' ἐνδίκως
ἀδύνατοι γεγῶτες αὐτοὶ διαφυλάξασθαι πόλιν.
Ἑλλάδος μάλιστ' ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω,
ἣ θέλουσα δρᾶν τι κεδνόν, βαρβάρους τοὺς οὐδένας
καταγελῶντας ἐξανήσει διὰ σὲ καὶ τὴν σὴν κόρην.
μηδέν' οὗ χρέους ἕκατι προστάτην θείμην χθονός,

V. 364. Edd. λέλησαι. Sed codd. Paris. tres, ambo Florentini, et Vict. λέληψαι.

V. 365. Editum erat, ὡς φονεὺς οὐκέτι θυγατρὸς σῆς ἔσῃ μάλιστά γε. Matthiae Brodaeum probat, qui μάλιστά γε a praecedentibus separata ironice dici existimabat. In eamdem sententiam κάλλιστά γε ex sua coniectura edidit L. Dindorfius. Eius frater quum in editione poetarum scenicorum servasset librorum scripturam, in corrigendis eiici hunc versum iussit. At ille tam genuinus est, ut sit etiam necessarius: sed corrigendum erat μάλιστά γ' ὤν. *Scripsisti*, inquit, *te iam non fore interfectorem filiae, quum fueris maxime.* Eo refertur quod statim addit: *hic idem aether est, qui id ex te audivit.* Quae verba sublato versu illo non haberent quo referrentur.

V. 366. Librorum scripturam οὗτος αὐτὸς correxit Marklandus.

V. 368. Libri ἐκπονοῦσ' ἔχοντες. Canterus et Scaliger ἐκπονοῦσ' ἑκόντες.

V. 369. Vulgatum γνώμας Marklandus commutavit cum γνώμης, quod est in Flor. 1. 2. Deinde edd. antiquissimae non habent virgulam post ἐνδίκως, quae in H. Stephani, Canteri, aliisque edd. apparet, non recte addita. Non enim hoc dicit Menelaus, qui negotia volentes receperint, mox ea turpiter omittere vel iniuste per pravam voluntatem civium, vel iure propter suam ipsorum imbecillitatem: neque enim iure an iniuria omittant quaeritur, sed coactine ab aliis, an suarum debilitate virium. Quare ἐνδίκως ἀδύνατοι γεγῶτες iungenda sunt, id est *vere impotentes.* Nam ἐνδίκως ut πανδίκως nonnunquam idem est quod *plane*, *vere.*

V. 374. Libri μηδέν' ἂν χρέους ἕκατι προστάτην θείμην χθονός. In his et sententia inepta est, quia alicuius tamen usus

μηδ' ὅπλων ἄρχοντα· νοῦν χρὴ τὸν στρατηλάτην ἔχειν·
πόλεος ὡς ἄρχων ἀνὴρ πᾶς, ξύνεσιν ἣν ἔχων τύχῃ.

ΧΟΡΟΣ.

δεινὸν κασιγνήτοισι γίγνεσθαι λόγους
μάχας θ', ὅταν ποτ' ἐμπέσωσιν εἰς ἔριν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

βούλομαί σ' εἰπεῖν κακῶς εὖ, βραχέα, μὴ λίαν ἄνω
βλέφαρα πρὸς τἀναιδὲς ἀγαγών, ἀλλὰ σωφρονεστέρως,

---

aut utilitatis caussa quivis praeficitur rei publicae, et ratio grammatica laborat. Nam ἂν si posuisset Euripides, οὐδέν' ἂν et οὐδ' ὅπλων scripsisset. Utrique vitio medelam adhibuimus μηδέν' οὗ χρέους ἕκατι scribendo. Nam de eo hic agitur, non sui commodi caussa quemquam summae rei esse praeficiendum.

V. 375. 376. Legebatur atque interpungebatur: νοῦν χρὴ τὸν στρατηλάτην ἔχειν πόλεως, ὡς ἄρχων ἀνὴρ πᾶς, ξύνεσιν ἣν ἔχων τύχῃ. Πόλεος Grotius. Interpunctionem nemo correxit, licet aperte vitiosam. Nam et molestum est πόλεος ibi positum, ubi non exspectatur, neque quidquam ad sententiam confert: illi autem sententiae, ὡς ἀνὴρ πᾶς, ξύνεσιν ἣν ἔχων τύχῃ, deest id, quo fiat, ut ea sententia ne sit inepta. Nam quod dicit Menelaus, hoc est: *absit ut ego sui commodi studiosum virum aut curandis rebus civilibus aut bello gerendo praefici velim: prudentem enim ducem esse oportet:* (nimirum si non est prudens, ne dux quidem est:) *quia civitatis quivis alius, qui sapit, rector est.* Patet autem haec Atheniensium caussa dici.

V. 377. 378. Affert hos versus Stobaeus LXXXIV. 3.

V. 379. Ald. βούλομαι σ' εἰπεῖν κακῶς εὖ, βραχέα μὴ λίαν ἂν ῷ. Sic etiam reliquae edd. vett. nisi quod ὦ sine iota subscripto. Flor. 1. λίαν ἂν ἀνῷ. Flor. 2. λίαν ἂν ὦ, adscripto γρ. ἀνῷ. Vict. ἀνῷ. Paris. C. λίαν ἄνω, ut Stobaeus XXXI. 2. qui hunc et duos sequentes versus affert. Paris. A. B. ἄνω pro varia lectione. In κακῶς εὖ Stobaeus cum Euripidis libris consentit, videturque defendi posse, si intelligatur *male dicere bono quodam modo.* Minus argute dixisset, βούλομαί σ' εἰπεῖν, κακῶς εὖ, βραχέα: sed omnium maxime simplex oratio talis fuisset, βούλομαί σ' εἰπεῖν κακῶς μέν, βραχέα δ', οὐ λίαν ἄνω βλέφαρα πρὸς τἀναιδὲς ἀγαγών.

V. 380. Ald. σωφρονέστερ. Inde Froben. Brub. et aliae σωφρονέστερος. Sed H. Stephanus σωφρονέστερον edidit. Stobaeus praebuit σωφρονεστέρως.

ὡς ἀδελφὸν ὄντ᾽. ἀνὴρ γὰρ χρηστὸς αἰδεῖσθαι φιλεῖ.
εἰπέ μοι, τί δεινὰ φυσᾷς, αἱματηρὸν ὄμμ᾽ ἔχων;
τίς ἀδικεῖ σε; τοῦ κέχρησαι; λέκτρα χρήστ᾽ ἐρᾷς λαβεῖν·
οὐκ ἔχοιμ᾽ ἄν σοι παρασχεῖν· ὧν γὰρ ἐκτήσω, κακῶς
ἦρχες. εἶτ᾽ ἐγὼ δίκην δῶ σῶν κακῶν ὁ μὴ σφαλείς;
ἢ δάκνει σε τὸ φιλότιμον τοὐμόν; ἀλλ᾽ ἐν ἀγκάλαις
εὐπρεπῆ γυναῖκα χρῄζεις, τὸ λελογισμένον παρεὶς
καὶ τὸ καλόν, ἔχειν; πονηροῦ φωτὸς ἡδοναὶ κακαί.
εἰ δ᾽ ἐγὼ γνοὺς πρόσθεν οὐκ εὖ μετετέθην εὐβουλίᾳ,
μαίνομαι; σὺ μᾶλλον, ὅςτις ἀπολέσας κακὸν λέχος

V. 381. Edd. *ἀνὴρ γὰρ αἰσχρὸς αἰδεῖσθ᾽ οὐ φιλεῖ.* Flor. 1. 2. *αἰσχρῶς.* Iidem codd. et tres Parisini ac Vict. *οὐκ αἰδεῖσθαι φιλεῖ*, nisi quod Vict. *ἐδεῖσθαι.* Veram scripturam restituit Grotius apud Stobaeum, apud quem legebatur, *ἀνὴρ γὰρ χρηστὸς χρηστὸν αἰδεῖσθαι φιλεῖ.* Lenting. ad Androm. 384. *ἀνήρ γ᾽ οὐκ αἰσχρός.*

V. 383. Edd. vett. *λέκτρ᾽ ἐρᾷς γε χρηστὰ λαβεῖν.* Paris. A. B. Flor. 1. 2. omittunt *γε.* Emendavit Heathius. Elmsleius Med. 581. not. *u.* coniiciebat *λέκτρ᾽ ἐρᾷς χρηστῶν λαβεῖν.* Sed facile intellectu est cur praestet *χρηστά.* Delevi vero signum interrogandi, quod his verbis erat appositum. Non enim interrogare videtur Agamemno, sed eloqui quid secum cogitet Menelaus.

V. 385. Edd. vett. *δίκην δώσω κακῶν.* Emendavit Dawesius in Misc. crit. p. 341. Apud Iulium Rufinianum in libello de figuris sententiarum et elocutionis §. 37. p. 222. ut exemplum comparationis rerum atque personarum inter se contrariarum afferuntur hi versus, quos recte ad Iphigeniam Ennii retulit Columna:

ego proiector, quod tu peccas: tu delinquis, ego arguor
pro malefactis? Helena redeat, virgo pereat innocens?
tua reconcilietur uxor, mea necetur filia?

Bentleius in epistola ad Millium p. 488. ed. Lips. primum versum sine iusta caussa sic refingebat:

ut ego plectar, quod tu peccas; tu delinquis ego arguar
pro malefactis?

Mihi quidem videtur Rufinianus duo ex hac scena exempla posuisse, unum, ex hoc versu Euripidis sumptum:

ego proiector, quod tu peccas; tu delinquis, ego arguor:

in quo, quoniam quae praecedebant et sequebantur non habemus, non temere indicativos cum coniunctivis commutem; alterum, quo Ennius ea vertit liberius, quae v. 398. seqq. leguntur:

pro malefactis Helena redeat: virgo pereat innocens?
tua reconcilietur uxor; mea necetur filia?

ἀναλαβεῖν θέλεις, θεοῦ σοι τὴν τύχην διδόντος εὖ.
ὤμοσαν τὸν Τυνδάρειον ὅρκον οἱ κακόφρονες
φιλόγαμοι μνηστῆρες. ἡ δέ γ' ἐλπὶς, οἶμαι μέν, θεός,
κἀξέπραξεν αὐτὸ μᾶλλον ἢ σὺ καὶ τὸ σὸν σθένος.
οὓς λαβὼν στράτευ'· ἐγᾦμαι, μωρίαν εἴσει φρενῶν·
οὐ γὰρ ἀσύνετον τὸ θεῖον, ἀλλ' ἔχει συνιέναι
τοὺς κακῶς παγέντας ὅρκους καὶ συνηναγκασμένους.
τἀμὰ δ' οὐκ ἀποκτενῶ 'γὼ τέκνα· κοὐ τὸ σὸν μὲν εὖ
παρὰ δίκης ἔσται κακίστης εὐνίδος τιμωρίᾳ,
ἐμὲ δὲ συντήξουσι νύκτες ἡμέραι τε δακρύοις,

V. 393. 394. Edd. vett. *ἥδέ γ' ἐλπὶς οἶμαι μὲν θεὸς ἐξέπραξεν αὐτὸ μᾶλλον.* Non Barnesius, ut ait Matthiae, *ἡ δέ γ'* emendavit, sed ita iam ed. P. Stephani, tum Commelin. Codd. Paris. et Vict. *κἀξέπραξεν.* Verissime. ***Spes**, inquit, **opinor quidem, dea est**, **effecitque illud magis**, **quam tu roburque tuum.*** Sed haec Euripides non satis cogitate scripsit, confundens iurantes et iurata facientes. Nam iuraverant, quod unusquisque Helenam sibi coniugem fore sperabat: in qua re nullae Menelai partes fuerunt: congregati autem ad bellum Troianis inferendum sunt, ut quidem Agamemno censet, non auctoritate Menelai, sed quia iurati fidem dederant.

V. 395. Edd. vett. *οὓς λαβὼν στράτευέ γ'· οἶμαι δ' εἴσῃ μωρίᾳ φρενῶν τοὺς κακῶς παγέντας ὅρκους καὶ συνηναγκασμένους.* Paris. A. B. omittunt *γ'* post *στράτευε,* quasi legissent, inquit Marklandus, *στράτευες,* pro *ἐστράτευες.* Plene ergo *στράτευε* exhibent, non elisa ultima. Alii alia coniecerunt: ego, quod et res postulare, et suadere litterarum formae videbantur, reposui.

V. 396. Hic versus a Theophilo ad Autolycum II. 54. p. 258. ed. Wolf. et Stobaeo serm. XXVIII. 10. servatus est, qui eum una cum sequente versu afferunt. Mirum est, fuisse qui his testibus fidem derogarent, plusque tribuerent omittentibus eum libris Euripidis, quos ex perquam corrupto codice omnes manasse tot luculentissimis documentis cognoscitur. Postquam exciderat, nemo non videt in praecedente versu librarios *μωρίαν* in *μωρίᾳ* mutare debuisse.

V. 397. Apud Theophilum *πραγέντας* et *ταγέντας,* deinde *κατηναγκασμένους* codices praebent, ut apud Stobaeum legitur. Editum est apud Autolycum *συνηναγκασμένους,* quae est Euripidis librorum scriptura.

V. 398. Flor. 2. *τὰ δ' ἀμ' οὐκ.* Deinde libri, *καὶ τὸ σὸν μὲν εὖ.* Cur *κοὐ* scripserim, dicetur ad v. 401.

V. 399. MSS. et edd. *πέρα δίκης.* Emendavit Reiskius. Dein. vulgo *τιμωρία.*

ἄνομα δρῶντα κοὐ δίκαια παῖδας οὓς ἐγεινάμην.
ταῦτά σοι βραχέα λέλεκται καὶ σαφῆ καὶ ῥᾴδια·
εἰ δὲ μὴ βούλει φρονεῖν εὖ, τἄμ᾽ ἐγὼ θήσω καλῶς.

ΧΟΡΟΣ.

οἵδ᾽ αὖ διάφοροι τῶν πάρος λελεγμένων
μύθων, καλῶς δ᾽ ἔχουσι, φείδεσθαι τέκνων.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

αἰαῖ, φίλους ἄρ᾽ οὐχὶ κεκτήμην τάλας.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

εἰ τοὺς φίλους γε μὴ θέλεις ἀπολλύναι.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

δείξεις δὲ ποῦ μοι πατρὸς ἐκ ταὐτοῦ γεγώς;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

συσσωφρονεῖν γάρ, οὐχὶ συννοσεῖν ἔφυν.

V. 401. Edd. vett. *ἐγείναμεν*. Paris. B. C. Vict. *ἐγεινάμην*, uti ediderat H. Stephanus. Marklandus, qui bene sentiebat non apte procedere orationem, signum interrogationis huic versui apposuit. Et habet hoc non exiguam commendationem a versione Ennii, de qua dictum ad v. 385. Verum etsi acute perspexit Marklandus, qua re laboraret hic locus, tamen, si haec interrogans dicit Agamemno, non apta est *καὶ* particula in illis, *καὶ τὸ σὸν μὲν εὖ παρὰ δίκης ἔσται.* Nam quum praecesserit, quod sine interrogatione graviter enunciatum est, *τἄμὰ δ᾽ οὐκ ἀποκτενῶ ᾽γὼ τέκνα*, non *καί*, sed *πῶς γάρ;* vel *τί δέ;* inferri debebat. Id vero quum per librorum scripturam non licitum videatur, contrario modo restituenda erat iusta sententiarum cohaerentia, sine interrogatione adiectis etiam caeteris. Quare *κοὐ τὸ σὸν μὲν εὖ παρὰ δίκης ἔσται κακίστης εὐνίδος τιμωρίᾳ* scripsi. Hoc dicit: ***non ego liberos meos interficiam: nec tua res pessimae coniugis vindicatione bene per iustitiam cadet, me autem dies noctesque cruciabit malefacti conscientia.*** Dativus *τιμωρίᾳ* Musgravio debetur. Incidit in *κοὐ* etiam Lenting. ad Androm. 307.

V. 409. Libri *συσσωφρονεῖν σοι βούλομ᾽, ἀλλ᾽ οὐ συννοσεῖν.* Correctum est ex Plutarchi libro de discrimine adulatoris et

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ἐς κοινὸν ἀλγεῖν τοῖς φίλοισι χρὴ φίλους.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

εὖ δρῶν παρακάλει μ', ἀλλὰ μὴ λυπῶν ἐμέ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οὐκ ἄρα δοκεῖ σοι τάδε πονεῖν σὺν Ἑλλάδι;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἑλλὰς δὲ σὺν σοὶ κατὰ θεὸν νοσεῖ τινά.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

σκήπτρῳ νυν αὔχει, σὸν κασίγνητον προδούς·
ἐγὼ δ' ἐπ' ἄλλας εἶμι μηχανάς τινας,
φίλους τ' ἐπ' ἄλλους.

---

amici p. 64. C. qui hoc versu utens posuit *συσσωφρονεῖν γάρ, οὐχὶ συννοσεῖν ἔφυ.*

V. 414. Edd. antiquissimae *νυν*, quod postea *νῦν* scribi coeptum. In *αὐχεῖς* consentiunt codices et impressi: sed Tyrwhittus vidit *αὔχει* scripsisse Euripidem.

V. 416. Quae ab his verbis, *ὦ Πανελλήνων ἄναξ*, usque ad v. 443. leguntur, ut a barbaro atque inepto interpolatore scripta damnavit L. Dindorfius, cuius iudicium sequutus est frater in editione poetarum scenicorum. Reprehensiones illas iniustas esse, nec quidquam magis pro genuino habendum quam hos versus, facile patebit rem non cupide consideranti. Tangentur singula suis locis. Atque hic quidem obiicitur, quod inauditum sit in tragoedia veterum, nuncium in medio versu orationem suam incipere. Profecto: sed id non magis mirum, quam quod in caeteris quas habemus tragoediis integro versu istae orationes incipiunt. Nam dispar caussa est, quum hic festinans accurrat servus, ut adventum Iphigeniae nunciet: quod aperte eo consilio a poeta institutum est, ut colloquii inter Agamemnonem et Menelaum alius evaderet exitus, quam qui exspectari debebat. Repentinum illud quo magis eluccesceret, in medio versu interpellat servus illud colloquium eo ipso momento, quo abiturus erat Menelaus. Eo fit ut is iam maneat, et, quum advenisse Iphigeniam accepit, patremque dolore et sollicitudine cruciatum videt, fratris cognataeque virginis misereseat,

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὦ Πανελλήνων ἄναξ,
Ἀγάμεμνον, ἥκω παῖδά σοι τὴν σὴν ἄγων,
ἣν Ἰφιγένειαν ὠνόμαζες ἐν δόμοις.
μήτηρ δ' ὁμαρτεῖ, σὴ Κλυταιμνήστρα δάμαρ,
καὶ παῖς Ὀρέστης, ὥς τι τερφθείης ἰδών,
χρόνον παλαιὸν δωμάτων ἔκδημος ὤν.

---

mutataque mente dissuadeat sacrificium, Agamemno autem, quoniam infectus reddi adventus Iphigeniae non potest, eo rem devenisse intelligat, ut iam, etiamsi velit, non possit servare filiam. Quemadmodum nuncii, sic etiam quaevis aliae personae, quae in scenam prodeunt, integro cum versu ordiri sermones suos solent. Et tamen in simili caussa, ut hic, apud Sophoclem in Philocteta v. 974. Vlixes ex improviso adstans, medio in versu loqui incipit:

ὦ κάκιστ' ἀνδρῶν, τί δρᾷς;

V. 418. Edd. ἣν Ἰφιγένειαν ὠνόμασάς ποτ' ἐν δόμοις. Liber P. ὠνόμαξας. Atque ita etiam Flor. 1. 2. Vict. In utroque Paris. Musgravius ὠνόμαξας ἐν δόμοις, omisso ποτ' esse ait; Marklandus autem ex A. B. C. profert ὠνόμαξαις ἐν δόμοις. Unde ipse ὠνόμαζες scribendum censuit, quod defendit Lenting. ad Androm. 380. Bremius et Matthiae aoristum putant aptiorem esse. Est, si significatur *nomen dedisti*; non est, si *appellabas*. Rectius, si temporis ratio accurate servanda est, aoristus poneretur in illo Aeschyli in Agam. v. 690. de Helena:

τίς ποτ' ὠνόμαζεν ὧδ'
ἐς τὸ πᾶν ἐτητύμως;

Infra certe in Iphigenia v. 1072. vix dubium esse potest quin poeta ἐξονόμαξεν scripserit.

V. 419. Libri σῆς Κλυταιμνήστρας δέμας. Elmsleius, σὴ Κλυταιμνήστρα δάμαρ, ut in Iphig. Taur. 22. Satis leviter, inquit Matthiae. Immo, ut ego quidem arbitror, cogitate et perspecte. Alienissimum est enim illud blandimentum σῆς, patetque, quum semel δάμαρ per errorem in δέμας abisset, ei voci librarios reliqua accommodasse. Itaque recepi emendationem, quam etiam flagitare videtur dictio tragica.

V. 420. Libri ὥστε τερφθείης ἰδών, aperto vitio. Emendavi ὥς τι, et nescio an id in codicibus fuerit, quum veterrimae edd. non, ut solent ὥστε, sed vel ὥςτε vel ὥς τε exhibeant. L. Dindorfio, semel suspicionibus incenso, nemo non sentire videbatur, frigidum illud τι sententiae nocere plus quam prodesse. Sat scio, non visum iri aliis frigidum esse, si quis dicat, patri diu domo absenti adspectum parvuli filii aliquid voluptatis afferre.

V. 421. Error est edd. Herv. 1. Cant. P. Stephani, Commelin. ἔκδηλος pro ἔκδημος.

ἀλλ᾽, ὡς μακρὰν ἔτεινον, εὔρυτον παρὰ
κρήνην ἀναψύχουσι θηλύπουν βάσιν
αὐταί τε πῶλοί τ᾽· εἰς δὲ λειμώνων χλόην
καθεῖμεν αὐτάς, ὡς βορᾶς γευσαίατο.
ἐγὼ δὲ πρόδρομος σῆς παρασκευῆς χάριν
ἥκω· πέπυσται γὰρ στρατός, ταχεῖα δὲ
διῇξε φήμη, παῖδα σὴν ἀφιγμένην.
πᾶς δ᾽ εἰς θέαν ὅμιλος ἔρχεται δρόμῳ,
σὴν παῖδ᾽ ὅπως ἴδωσιν· οἱ δ᾽ εὐδαίμονες
ἐν πᾶσι κλεινοὶ καὶ περίβλεπτοι βροτοῖς.
λέγουσι δ᾽, ὑμέναιός τις, ἢ τί πράσσεται;
ἢ πόθον ἔχων θυγατρὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ
ἐκόμισε παῖδα; τῶν δ᾽ ἂν ἤκουσας τάδε·

V. 422. Haec quoque reprehensa sunt, et primo quidem quod, quum *ἔτεινον* dictum esset, sequi debuerit *ἀνέψυχον*: quam reprehensionem silentio praeteriri satius est; deinde quod enunciationum per *ὡς* adnexarum haec aeterna et immutabilis lex sit, ut eas quarum rationem reddant consequantur, non ut praepostere antecedant. At vel illae sententiae, quae per *γὰρ* adnexae rationem praemittunt saepissime, legem istiusmodi nullam esse ostendunt: et, si in *ὡς* particula talem legem observassent Graeci, temere id et sine caussa fecissent: non observarunt autem. Xenophon Cyrop. IV. 2, 29. *Κροῖσος δὲ ὁ Λυδῶν βασιλεύς, ὡς θέρος ἦν, τάς τε γυναῖκας ἐν ταῖς ἁρμαμάξαις προανεπέμψατο τῆς νυκτός, ὡς ῥᾷον πορεύοιντο κατὰ ψῦχος, καὶ αὐτὸς ἔχων τοὺς ἱππέας ἐπηκολούθει.*

V. 424. Edd. vett. *αὐταί τε πῶλοί γ᾽.*

V. 426. Vehementissime in nuncium invehitur L. Dindorfius, quod praecurrisse se dicat, ut Agamemnonem in adventum filiae praepararet, praesertim quum totum exercitum eam rem inaudivisse narret. At non Agamemnonem ille in adventum filiae praeparare vult, sed parari ab Agamemnone, quae rite excipiendae virgini nupturae fieri oporteat.

V. 427. Flor. 1. *πέπεισται.* Flor. 1. Vict. *ταχεῖα γάρ.* Interpungebatur: *πέπυσται γὰρ στρατός. ταχεῖα δὲ διῇξε φήμη παῖδα σὴν ἀφιγμένην.* Emendavit distinctionem L. Dindorfius, quam ipse plane barbaram esse ait, ego non barbaram, sed huic loco non aptam esse existimo.

V. 428. Edebatur *διῆξε,* quod emendavit Marklandus.

V. 432. Flor. 1. *πράσσετε.* Paris. B. C. Flor. 2. Vict. *πράσσεται,* ultimae syllabae supra adscripto *ε.*

Ἀρτέμιδι προτελίζουσι τὴν νεανίδα,
Αὐλίδος ἀνάσσῃ. τίς νιν ἄξεταί ποτε;
ἀλλ' εἶα, τἀπὶ τοισίδ' ἐξάρχου κανᾶ,
στεφανοῦσθε κρᾶτα, καὶ σύ, Μενέλεώς τ' ἄναξ,
ὑμέναιον εὐτρέπιζε, καὶ κατὰ στέγας
λωτὸς βοάσθω καὶ ποδῶν ἔστω κτύπος·
φῶς γὰρ τόδ' ἥκει μακάριον τῇ παρθένῳ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἐπῄνεσ'. ἀλλὰ στεῖχε δωμάτων ἔσω·
τὰ δ' ἄλλ', ἰούσης τῆς τύχης, ἔσται καλῶς.
οἴμοι, τί φῶ δύστηνος; ἄρξομαι πόθεν;
εἰς οἷ' ἀνάγκης ζεύγματ' ἐμπεπτώκαμεν.
ὑπῆλθε δαίμων, ὥςτε τῶν σοφισμάτων
πολλῷ γενέσθαι τῶν ἐμῶν σοφώτερος.
ἡ δυςγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον.

V. 435. Hic quoque *προτελίζουσι* ut inusitata verbi forma reprehensa est. Non inusitatam fuisse codices Pollucis III. 38. monstrant: sed eam Kühnius scilicet non antiquae Graeciae esse opinabatur.

V. 437. Ald. Froben. H. Steph. et ex coniectura Canterus, *τἀπὶ τοῖσι δ'*. Brub. Herv. 1. 2. Stiblin. Cant. P. Steph. Commelin. *τἀπὶ σοῖσι δ'*. Flor. 1. 2. *τἀπὶ τοῖσιν*.

V. 438. Effugit reprehensionem, quod solum dignum reprehensione erat. Legebatur enim:

στεφανοῦσθε κρᾶτα· καὶ σὺ, Μενέλεως ἄναξ,
ὑμέναιον εὐτρέπιζε.

Sentiebat Marklandus, absurde Menelaum iuberi curare nuptias, quod Agamemnonis erat. Unde coniecit, *στεφανοῦ τε κρᾶτα καὶ σὺ, Μενέλεως ἄναξ.* At inconcinne tum adiiceretur *ὑμέναιον εὐτρέπιζε.* Quare interpunctionem mutavi, adiecique copulam, *τ'*.

V. 443. Improvide iudicatum est *ἰούσης τῆς τύχης* nihili esse et nemini veterum sic dictum pro ***favente fortuna.*** *Ἰούσης τῆς τύχης* non est ***favente fortuna***, sed ***cursum suum persequente.*** Sophocles in Oed. R. 1458.

ἀλλ' ἡ μὲν ἡμῶν μοῖρ' ὅποιπερ εἶσ' ἴτω.

V. 444. Libri *ἄρξομαι σέθεν*, et veterrimae quidem editiones nulla interpunctione adiecta. Emendavit Grotius.

V. 445. Flor. 1. 2. *ἐς οἷά γ' ἀνάγκης.*

καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ἔχει,
ἅπαντά τ' εἰπεῖν. τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν
ἄνολβα ταῦτα· προστάτην δὲ τοῦ βίου
τὸν ὄγκον ἔχομεν, τῷ τ' ὄχλῳ δουλεύομεν.
ἐγὼ γὰρ ἐκβαλεῖν μὲν αἰδοῦμαι δάκρυ,
τὸ μὴ δακρῦσαι δ' αὖθις αἰδοῦμαι τάλας,
εἰς τὰς μεγίστας συμφορὰς ἀφιγμένος.
εἶεν, τί φήσω πρὸς δάμαρτα τὴν ἐμήν;
πῶς δέξομαί νιν; ποῖον ὄμμα συμβάλω;
καὶ γάρ μ' ἀπώλεσ' ἐπὶ κακοῖς ἃ μοι πάρα
ἐλθοῦσ' ἄκλητος. εἰκότως δ' ἅμ' ἕσπετο
θυγατρὶ νυμφεύσουσα, καὶ τὰ φίλτατα

V. 449 — 451. Ennius apud Hieronymum in Epith. Nepotiani:

plebes in hoc regi antestat loco: licet
lacrumare plebi, regi honeste non licet.

Sed Graeca quum in libris sic scripta legerentur:

καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ἔχει,
ἄνολβά τ' εἰπεῖν· τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν
ἅπαντα ταῦτα,

permira commenti sunt viri docti, ut ineptum illud ἅπαντα removerent. Omnium autem maxime incredibile est, quum Musgravius vidisset verba ista ἄνολβα et ἅπαντα sedem suam permutasse, non id statim ab omnibus esse probatum, eoque magis, quod etiam illud ineptum est, ignobilibus licere δακρῦσαι ἄνολβά τ' εἰπεῖν.

V. 451. 452. Libri προστάτην γε τοῦ βίου τὸν δῆμον ἔχομεν. Plutarchus in Nicia cap. 5. haec rectius scripta exhibet: προστάτην δὲ τοῦ βίου τὸν ὄγκον ἔχομεν, τῷ δ' ὄχλῳ δουλεύομεν.

V. 457. Paris. B. ὄνομα. Deinde edd. συμβαλῶ. Sed Flor. 1. 2. Vict. συμβάλω.

V. 458. Male codd. Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. ἅ μοι πάρος, quae arguta videtur grammatici alicuius correctio esse. Edd. ἅ μοι πάρα, apto et usitato genere dicendi, quod servandum esse senserat Gaisfordius.

V. 460. Pro librorum scriptura νυμφεύουσα Matthiae ex Marklandi coniectura νυμφεύσουσα edidit, cuius emendationis non erat quod eum poeniteret, quia Bremius monuisset praesenti quasi munus aliquod Clytaemnestrae indicari, ut si νυμφαγωγὸς diceretur. Quod etsi verum est, tamen hoc loco, ubi sermo de eo est, quod se facturam speret Clytaemnestra, sed non sit factura, multo aptius est futurum, quod commendatur et altero futuro sequente, et frequentissima permutatione illarum formarum.

δώσουσ᾽, ἵν᾽ ἡμᾶς ὄντας εὑρήσει κακούς.
τὴν δ᾽ αὖ τάλαιναν παρθένον, τί παρθένον;
Ἅιδης νιν, ὡς ἔοικε, νυμφεύσει τάχα,
ὥς ᾤκτισ᾽· οἶμαι γάρ νιν ἱκετεύσειν τάδε·
ὦ πάτερ, ἀποκτενεῖς με; τοιούτους γάμους
γήμειας αὐτὸς χὤςτις ἐστί σοι φίλος.
παρὼν δ᾽ Ὀρέστης ἐγγὺς ἀναβοήσεται
οὐ συνετὰ συνετῶς· ἔτι γάρ ἐστι νήπιος.
αἰαῖ, τὸν Ἑλένης ὥς μ᾽ ἀπώλεσεν γάμον
γήμας ὁ Πριάμου Πάρις, ὃς εἴργασται τάδε.

ΧΟΡΟΣ.

κἀγὼ κατῴκτειρ᾽, ὡς γυναῖκα δεῖ ξένην
ὑπὲρ τυράννων συμφορὰς καταστένειν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ἀδελφέ, δός μοι δεξιᾶς τῆς σῆς θιγεῖν.

V. 464. Libri *ἱκετεῦσαι.* Quod Matthiae dicit, non omissum esse *ἄν*, ut Marklando videbatur, sed esse pro praesente Latinorum, non satis intelligo. Ferri posset aoristi infinitivus in re nulli tempori adstricta, ut si quis diceret *οἶμαί τινα ἐν τοιαύτῃ συμφορᾷ ὄντα ἱκετεῦσαι τάδε*: v. ad Soph. Ai. 1061. Hic quo pacto defendi possit, non video. Quare *ἱκετεύσειν* scripsi, quod etiam Marklandus an reponendum esset dubitabat. Hoc vero illi invenustissimum in mentem venit, ironice Agamemnonem dicere *ἱκετεῦσαι*, quod sermo Iphigeniae *κατάρα* potius quam *ἱκέτευσις* sit.

V. 470. *Πριάμου* excidit in Brub. Deinde libri *ὅς μ᾽ εἴργασται τάδε.* Maiore quam opus erat mutatione Valckenarius ad Phoeniss. 1069. citat, *γήμας ὁ Πριάμου παῖς μ᾽ ὃς εἴργασται τάδε.* Marklandum *ὅ μ᾽ εἴργασται τάδε* corrigentem, id ut sit *quae res*, quemadmodum v. 996. probarunt Porsonus ad Hec. 13. et Matthiae. At non omnia quae possunt dici, propterea dicta sunt. Recte sic loqueretur, si infinitivus praecessisset: *ὥς μ᾽ ἀπώλεσεν τὸ γῆμαι Πάριν Ἑλένην.* Nunc aliter conformata oratione non minus illud *ὅ*, quam in Hecubae v. 13. duram et contortam reddit sententiam. Ferri posset, si constaret epicorum more *ὃ* in iambis dixisse tragicos pro *ὅς*, quod in choricis tantum admisisse videntur: vide ad Bacchas v. 536. Quare recte indicasse puto L. Dindorfium, qui *μ᾽* uncis inclusit.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

δίδωμι· σὸν γὰρ τὸ κράτος, ἄθλιος δ' ἐγώ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

Πέλοπα κατόμνυμ', ὃς πατὴρ τοὐμοῦ πατρὸς
τοῦ σοῦ τ' ἐκλήθη, τὸν τεκόντα τ' Ἀτρέα,
ἦ μὴν ἐρεῖν σοι τἀπὸ καρδίας σαφῶς,
καὶ μὴ 'πίτηδες μηδέν, ἀλλ' ὅσον φρονῶ.
ἐγώ σ' ἀπ' ὄσσων ἐκβαλόντ' ἰδὼν δάκρυ
ᾤκτειρα, καὐτὸς ἀνταφῆκά σοι πάλιν,
καὶ τῶν παλαιῶν ἐξαφίσταμαι λόγων,
οὐκ εἰς σὲ δεινός· εἰμι δ' οὗπερ εἶ σὺ νῦν·
καί σοι παραινῶ μήτ' ἀποκτείνειν τέκνον,
μήτ' ἀνθελέσθαι τοὐμόν. οὐ γὰρ ἔνδικον
σὲ μὲν στενάζειν, τἀμὰ δ' ἡδέως ἔχειν,
θνήσκειν τε τοὺς σούς, τοὺς δ' ἐμοὺς ὁρᾶν φάος.
τί βούλομαι γάρ; οὐ γάμους ἐξαιρέτους
ἄλλους λάβοιμ' ἄν, εἰ γάμων ἱμείρομαι;
ἀλλ' ἀπολέσας ἀδελφὸν, ὅν μ' ἥκιστ' ἐχρῆν,
Ἑλένην ἕλωμαι, τὸ κακὸν ἀντὶ τἀγαθοῦ;
ἄφρων, νέος τ' ἦν, πρὶν τὰ πράγματ' ἐγγύθεν
σκοπῶν ἐσεῖδον οἷον ἦν κτείνειν τέκνα.

V. 477. Barnesius, qui ἦ μήν μ' ἐρεῖν σοι τἀπὸ καρδίας σαφῶς edidit, quum se ita restituisse Aldinae editionis et Scaligeri auctoritate et versus necessitate dixit, id sic intelligendum est, μ' a Scaligero, τἀπὸ ex Aldina propter metrum acceptum esse. Scilicet in edd. P. Stephani et Commelini per errorem editum est σοι ἀπὸ. Veram scripturam caeterae edd. habent.

V. 484. Edd. Herv. 2. Cant. P. Stephani, Commelin. per errorem ἀντελέσθαι. Caeterae, quod ex Paris. B. affert Marklandus, ἀνθελέσθαι.

V. 491. Edd. vett. ἄφρων, νέος τ' ἦν πρίν· τὰ πράγματα δ' ἐγγύθεν σκοπῶν ἐσεῖδον, οἷον ἦν κτείνειν τέκνα. Barnesius in margine et Marklandus τὸ πρᾶγμα δ'. Praestare visum est, quod Lentingius in novis actis Soc. Trai. I. p. 65. et Matthiae coniecerunt.

ἄλλως τέ μ' ἔλεος τῆς ταλαιπώρου κόρης
ἐςῆλθε, συγγένειαν ἐννοουμένῳ,
ἣ τῶν ἐμῶν ἕκατι θύεσθαι γάμων
μέλλει. τί δ' Ἑλένης παρθένῳ τῇ σῇ μέτα;
ἴτω στρατεία διαλυθεῖσ' ἐξ Αὐλίδος.
σὺ δ' ὄμμα παῦσαι δακρύοις τέγγων τὸ σόν,
ἀδελφέ, κἀμὲ παρακαλῶν εἰς δάκρυα.
εἰ δέ τι κόρης σῆς θεσφάτων μέτεστί σοι,
μὴ 'μοὶ μετέστω· σοὶ νέμω τοὐμὸν μέρος.
ἀλλ' εἰς μεταβολὰς ἦλθον ἀπὸ δεινῶν λόγων.
εἰκὸς πέπονθα· τὸν ὁμόθεν πεφυκότα
στέργων μετέπεσον. ἀνδρὸς οὐ κακοῦ τρόποι
τοιοίδε, χρῆσθαι τοῖσι βελτίστοις ἀεί.

V. 494. Flor. 1. 2. Vict. ἐςῆλθε. Edd. vett. εἰςῆλθε.

V. 497. Edd. vett. στρατιά. Emendavit Barnesius.

V. 500. Edd. et, ut videtur, codd. εἰ δέ τι κόρης σῆς θεσφάτων μέτεστί σοι, μή μοι μετέστω: Marklandus speciose μέτεστί μοι: neque enim dubitari potuisse quin ad Agamemnonem spectaret illud vaticinium. Eo argumento se decipi passa est doctorum virorum securitas. Recte enim libri, modo deinde, quod feci, corrigatur μὴ 'μοὶ μετέστω. Sensus est: ***vaticinium de filia si curas, ego non curo, sed meas partes tibi permitto.*** Quare ne accentu quidem in priore versu mutato μέτεστι σοὶ scribi opus est. Quod si accurate Marklandi coniecturam considerassent, vidissent ne admitti quidem recte posse. Nam si μετεῖναι hic ***pertinere*** significat, non minus certum et dubitatione vacuum est, ad Menelaum quam ad Agamemnonem pertinere. Pendet enim ex eo expeditio, quae vel maxime Menelai caussa est suscepta. Ex quo patet ***curandi*** potius significationem hic in eo verbo inesse. Tum vero inepte diceretur ***si quid ego curo hoc vaticinium***, quia, quoniam debet curare, si Helena potiri vult, dicendum erat, ***quantum ego curo, tantum huius curae a me abiicio.***

V. 504. 505. In codd. Paris. omnibus, ambobusque Florentinis vulgatae τρόποι τοιοίδε superscriptum τροπαὶ τοιαίδε.
αἱ οι
Vict. τρόποι τοιαίδε. Vulgatam ego quidem non propterea tuendam puto, quod, ut Matthiae censet, χρῆσθαι τοῖσι βελτίστοις ἀεὶ non possit vocari τροπή: cur enim non possit, quum aperte hic optimis semper uti sit commutare quae modo optima videbantur cum contrariis quae nunc optima videntur? sed propter hanc caussam, quod in peroratione fere quae ad mores regendos spectant

ΧΟΡΟΣ.

γενναῖ' ἔλεξας Ταντάλῳ τε τῷ Διὸς
πρέποντα· προγόνους δ' οὐ καταισχύνεις σέθεν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

αἰνῶ σε, Μενέλα', ὅτι παρὰ γνώμην ἐμὴν
ὑπέθηκας ὀρθῶς τοὺς λόγους σοῦ τ' ἀξίως.
ταραχὴ δ' ἀδελφῶν διά τ' ἔρωτα γίγνεται
πλεονεξίαν τε δωμάτων· ἀπέπτυσα
τοιάνδε συγγένειαν ἀλλήλοιν πικράν.

---

dici mos est. Caeterum iniquus hic in Euripidem est Marklandus, qui inepte iactabundum induci ait. Immo tantum abest ut se iactet ille, ut nihil nisi inconstantiae et levitatis culpam ab se avertere studeat. Sentiebat enim poeta, excusatione sibi opus esse, quod ita subito Menelai asperrimam ferociam in mollissimam humanitatem convertisset. Quod cur fecerit, dictum est ad v. 416.

V. 506. 507. Libri: γενναῖ' ἔλεξας Ταντάλῳ τε τῷ Διὸς πρέποντα· προγόνους οὐ καταισχύνεις σέθεν. Flor. (non dixit Matthiae alterne an ambo) καταισχύνης. Piersonus Veris. p. 78. asyndeti removendi caussa coniiciebat γενναῖα λέξας. Aptius paullo servato γενναῖ' ἔλεξας scripsisset προγόνους οὐ καταισχύνας σέθεν. Quod Matthiae, ut vulgatam defendat, dicit, plus spiritus habere orationem, si copula desit, verum sane est, sed ubi opus est spiritu. Hic, qui tragicorum orationi adsuetus sit, non dubitabit, opinor, quin recte post προγόνους inseruerim δέ.

V. 508. Vulgo Μενέλαος. Emendavit Marklandus.

V. 509. Edd. vett. ὑπέθηκες. Flor. 1. 2. Barnes. ὑπέθηκας.

V. 510. Hunc et qui sequuntur duo versus libri Menelao tribuunt, scriptum exhibentes ταραχή γ' ἀδελφῶν τις δι' ἔρωτα γίγνεται. Dobraeus ad Aristoph. Pac. 649. emendavit ταραχή γ' ἀδελφῶν διά τ' ἔρωτα γίγνεται. Boeckhius, Matthiae, alii hos tres versus eiici voluerunt. Damnandi nulla caussa erat, si emendarentur, tribuerenturque Agamemnoni: quo facto omnia optime cohaerent. Etiam Agamemno aliquam excusationem affert, quod acerbius cum fratre egerit.

V. 512. Vulgo ἀλλήλων. Emendavit Marklandus. Nam quidni dici possit, quod posse negat Matthiae, ἡ συγγένεια ἀλλήλοιν πικρά ἐστι, quum ἡ συγγένεια significet τοὺς συγγενεῖς? Contra quis dicat συγγένεια ἀλλήλων, quum, nisi inter cognatos, nulla sit cognatio? At enim vero non facile dicat quis illud, ἡ συγγένεια ἀλλήλοιν πικρά ἐστι, quia sic per constructionem verborum ἀλλήλοιν ad singularem συγγένεια non recte refertur: sed

ἀλλ᾽ ἥκομεν γὰρ εἰς ἀναγκαίας τύχας,
θυγατρὸς αἱματηρὸν ἐκπρᾶξαι φόνον.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

πῶς; τίς δ᾽ ἀναγκάσει σε τήν γε σὴν κτανεῖν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἅπας Ἀχαιῶν σύλλογος στρατεύματος.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οὔκ, εἴ νιν εἰς Ἄργος γ᾽ ἀποστελεῖς πάλιν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

λάθοιμι τοῦτ᾽ ἄν. ἀλλ᾽ ἐκεῖν᾽ οὐ λήσομεν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

τὸ ποῖον; οὔτοι χρὴ λίαν ταρβεῖν ὄχλον.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Κάλχας ἐρεῖ μαντεύματ᾽ Ἀργείων στρατῷ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οὔκ, ἢν σανῇ γε πρόσθε· τοῦτο δ᾽ εὐμαρές.

---

hoc valde mollitur, si duae sententiae sunt, ut hic, ἀπέπτυσα τοιάνδε συγγένειαν, et ἀλλήλοιν πικρὰν οὖσαν.

V. 515. Paris. B. ἀναγκάσειε τήν. Hoc sic ferri posset, si totus versus hoc modo scriberetur, τίς δ᾽ ἄν σ᾽ ἀναγκάσειε τήν γε σὴν κτανεῖν.

V. 517. Paris. A. B. Flor. 1. 2. ἤν νιν. Unde Marklandus coniiciebat ἀποστέλλῃς vel ἀποστείλῃς. Sed praestat vulgata.

V. 518. Edd. vett. λήσομαι. Paris. B. Flor. 1. 2. λήσομεν.

V. 519. Paris. A. οὔτι χρή.

V. 521. Libri οὔκ, ἢν θάνῃ γε πρόσθε. Hoc quidem vix erit qui scripsisse Euripidem credat. Nam et crudelius est tale consilium in insontem, et stultum, quia concitaret universum ex-

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τὸ μαντικὸν πᾶν σπέρμα φιλότιμον κακόν.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

κοὐδέν γε χρηστὸν οὐδὲ χρήσιμον παρόν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἐκεῖνο δ' οὐ δέδοικας οὔμ' εἰςέρχεται;

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ὃν μὴ σὺ φράζεις, πῶς ὑπολάβοιμεν λόγον;

---

ercitum. Nec congruit, quod respondet Agamemno. Matthiae verissimam esse putat Iacobsii coniecturam, *οὐκ, ἢν φθάνῃς γε πρόσθε*, ita tamen ut non pecunia, sed honoribus et blanditiis corrumpendus dicatur Calchas. Mihi sensum quidem recte perspexisse videntur Iacobsius et Matthiae, sed scripturam quae ab Euripide profecta sit non esse assequuti. Nam, ne dicam *πρόσθε* sic abundaturum esse, eo quoque vitiosa esset oratio, quod non solum, si Menelaus sic indistincte diceret, antevertendum esse, neque id esse difficile, consentaneum esset quaerere Agamemnonem occidine Calchantem, an asportari, an in vincula coniici, an terreri, an pecunia corrumpi, an blanditiis capi vellet, sed, quod gravius est, non appareret, quomodo ille in hoc inciderit, ut diceret

τὸ μαντικὸν πᾶν σπέρμα φιλότιμον κακόν.

Itaque reposui, quod has dubitationes removere videbatur, *σανῇ*. Verbum hoc *σαίνειν* multis exemplis illustravit Blomfieldius in glossario Aeschyli Sept. ad Theb. 379.

V. 523. Libri *κοὐδέν γ' ἄχρηστον*. Emendarunt Canterus et Marklandus.

V. 524. Edd. vett. *ὅ μ' εἰςέρχεται*. Paris. A. B. liber P. Flor. 1. 2. Vict. Barnes. *ὅ τι μ' εἰςέρχεται*. Ea metricorum correctio est. Euripides scripsit *ὃ 'μ' εἰςέρχεται*, quod *οὔμ'* pronunciabatur. Neque enim verum est, quod Schaefero ad Demosth. p. 734, 2. (vol. IV. p. 238.) placet, *ὅςτις* aliquando exuta indefinita notione non differre a simplici *ὅς*. Vide ad v. 1202.

V. 525. Libri *πῶς ὑπολάβοιμεν λόγον;* Marklandus *πῶς ὑπολάβοιμ' ἂν λόγον*, quam certam emendationem esse dicit Porsonus in praef. ad Hecub. p. 33. s. 35. ed Lips. Recte se habere librorum scripturam cognosci poterit ex iis quae de *ἂν* particula lib. III. c. 5. disputavi.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τὸ Σισύφειον σπέρμα πάντ᾽ οἶδεν τάδε.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

οὐκ ἔστ᾽ Ὀδυσσεὺς ὅ τι σὲ κἀμὲ πημανεῖ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ποικίλος ἀεὶ πέφυκε τοῦ τ᾽ ὄχλου μέτα.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

φιλοτιμίᾳ μὲν ἐνέχεται, δεινῷ κακῷ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὐκοῦν δόκει νιν στάντ᾽ ἐν Ἀργείοις μέσοις
λέξειν ἃ Κάλχας θέσφατ᾽ ἐξηγήσατο,
κἄμ᾽ ὡς ὑπέστην θῦμα, κᾆτα ψεύδομαι,
Ἀρτέμιδι θύσειν· ὃς ξυναρπάσας στρατόν,
σὲ κἄμ᾽ ἀποκτείναντας Ἀργείους κόρην
σφάξαι κελεύσει. κἂν πρὸς Ἄργος ἐκφύγω,
ἐλθόντες αὐτοῖς τείχεσιν Κυκλωπίοις
ξυναρπάσουσι καὶ κατασκάψουσι γῆν.
τοιαῦτα τἀμὰ πήματ᾽. ὦ τάλας ἐγώ,

V. 526. Flor. 1. εἶδεν. Flor. 2. εἶδε.

V. 528. Libri τοῦ γ᾽ ὄχλου μέτα. Emendarunt Reiskius et Koehlerus.

V. 530. Edd. vett. δόκει νῦν. Inde a Cantero editum δόκει νιν.

V. 533. Elegans, sed minime necessaria est Tyrwitti coniectura οἷς ξυναρπάσας στρατόν.

V. 537. Libri ξυναρπάσουσι. Matthiae ex Marklandi coniectura edidit ἀναρπάσουσι: nam ξυναρπάσουσι, sive quis με supplere, sive cum γῆν iungere velit, vix idoneum sensum praebere, praesertim quum idem verbum modo praecesserit. Neque in repetitione verbi haesitandum, neque non idoneus sensus est, si με, sive potius ἡμᾶς, (nam se et filiam dicit) intelligitur. Hoc enim praecipuum est, quod neque ipse nec filia, etiam si Argos confugerint, non corripientur.

ὡς ἠπόρημαι πρὸς θεῶν τὰ νῦν τάδε.
ἕν μοι φύλαξον, Μενέλεως, ἀνὰ στρατὸν
ἐλθών, ὅπως ἂν μὴ Κλυταιμνήστρα τάδε
μάθῃ, πρὶν Ἅιδῃ παῖδ' ἐμὴν πρὸςθῶ λαβών,
ὡς ἐπ' ἐλαχίστοις δακρύοις πράσσω κακῶς.
ὑμεῖς τε σιγήν, ὦ ξέναι, φυλάσσετε.

ΧΟΡΟΣ.

μάκαρες οἳ μετρίας θεοῦ — στροφὴ ά.
μετά τε σωφροσύνας μετέ-
σχον λέκτρων Ἀφροδίτας,
γαλανείᾳ χρησάμενοι
μελομένων οἴστρων, ὅθι δὴ
δίδυμ' Ἔρως ὁ χρυσοκόμας

V. 549. Libri *μαινόμεν' οἴστρων*. Canterus coniiciebat *μέλομεν*, Reiskius *μαινομένων*, aliquid uterque veri videns. Nam et res et metrum *μελομένων οἴστρων* scribendum esse docet.

V. 550. Edd. vett. *δίδυμ' Ἔρως χρυσοκόμας*. Paris. B. Flor. 2. articulum inserunt ante *χρυσοκόμας*. Flor. 1. *δίδυμ' ὁ χρυσοκόμας Ἔρως*. Athenaeus XIII. p. 562. E. *Θεόφραστος δ' ἐν τῷ Ἐρωτικῷ Χαιρήμονά φησι τὸν τραγικὸν λέγειν ὡς τὸν οἶνον τῶν χρωμένων τοῖς τρόποις κεράννυσθαι, οὕτως καὶ τὸν Ἔρωτα· ὃς μετριάζων μὲν ἐστὶν εὔχαρις, ἐπιτεινόμενος δὲ καὶ διαταράττων χαλεπώτατος· (διόπερ ὁ ποιητὴς οὗτος οὐ κακῶς αὐτοῦ τὰς δυνάμεις διαιρῶν φησὶ, δίδυμα γὰρ τόξα αὐτὸν ἐντείνεσθαι χαρίτων,*

τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι τύχᾳ,
τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς.)

ὁ δ' αὐτὸς οὗτος ποιητὴς καὶ περὶ τῶν ἐρώντων ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τραυματίᾳ φησὶν οὕτως: sequuntur sex trimetri Chaeremonis. Hinc mira commenti sunt viri docti, alius Chaeremonem Euripidis ex Iphigenia versus in suam aliquam fabulam transtulisse, alius minorem Euripidem, cuius haec Iphigenia sit, versibus usum esse Chaeremonis suspicantes. Verum vidit, ut ego quidem arbitror, Matthiae, verba, quae ut parenthesin separavi, non Theophrasti, sed ipsius Athenaei esse: sed non recte interpretatus videtur Athenaeum, quum eum memoriae lapsu Chaeremoni tribuisse putavit, quae sunt Euripidis. Nam quum illud *εὔχαρις*, ut ipse observat, ex Medeae v. 630. seq. sumptum sit, Athenaeus, quoniam notum esse putabat illud Euripidis dictum, Euripidem significavit his verbis *ὁ ποιητὴς οὗτος*.

τόξ' ἐντείνεται χαρίτων,
τὸ μὲν ἐπ' εὐαίωνι πότμῳ,
τὸ δ' ἐπὶ συγχύσει βιοτᾶς.
ἀπενέπω νιν ἁμετέρων
Κύπρι καλλίστα, θαλάμων.
εἴη δέ μοι μετρία μὲν
χάρις, πόθοι δ' ὅσιοι,
καὶ μετέχοιμι τᾶς Ἀφροδί-
    τας, πολλὰν δ' ἀποθείμαν.
διάφοροι δὲ φύσεις βροτῶν, ἀντ. ά.
διάτροποι δὲ τρόποι· τὸ δ' ὀρ-

V. 556. Plutarchus quum de tuenda sanitate p. 132. B. scripsit: πρὸς δὲ τὸν οἶνον, ὅπερ Εὐριπίδης πρὸς τὴν Ἀφροδίτην, διαλεκτέον,

εἴης μοι, μέτριον δέ πως
εἴης, μηδ' ἀπολείποις·

ubi pro δέ πως a Stephano illatum δέπας: neque in priore Iphigeniae recensione, si quae fuit, verba ista scripta fuisse, ut Boeckhio visum, neque Plutarchum quae nunc in Iphigenia habemus respexisse, ut Matthiae putat, credam. Quid enim? Num Plutarchus has tantum, quae hodie superstites sunt, Euripidis tragoedias legerat? aut num illi sententiae non locus fuit in multis earum quae interierunt? Μετρία scripsisse poetam videri illis in versibus monuit Wyttenbachius.

V. 559. Flor. 1. πολλά τ'. Vulgo πολλάν τ'. Emendavit Reiskius.

V. 561. Libri sic:

διάτροποι δὲ τρόποις· ὁ δ' ὀρθὸς,
ἐσθλὸν σαφὲς αἰεί.

Ad eumque modum etiam strophici versus 546. 547. et 558. 559. ac 573. 754. dispositi. Sed quum multo veri similius sit, versu Pherecrateo systemata finiri, offensui est brevis syllaba in ὀρθός. Neque vero sententia apta videtur. Nam rectos mores semper aperte bonos esse, sponte patet: mirumque etiam illud est, quod φύσεις dicuntur διάτροποι τρόποις, ubi hoc potius dici exspectes, et ingenia et mores differre. Haec mihi consideranti non dubitandum videtur, quin leve vitium, ὀρθὸς pro ὀρθῶς scriptum, fecerit ut longius progredi mutatio debuerit. Itaque quod usus, quod sententia, quod metrum exigere videbatur reposui,

διάτροποι δὲ τρόποι· τὸ δ' ὀρ-
θῶς ἐσθλὸν σαφὲς αἰεί.

θῶς ἐσθλὸν σαφὲς αἰεί·
τροφαί θ' αἱ παιδευόμεναι
μέγα φέρουσιν εἰς ἀρετάν.
τό τε γὰρ αἰδεῖσθαι σοφία,
τάν τ' ἐξαλλάσσουσαν ἔχει
χάριν ὑπὸ γνώμας ἐσορᾶν
τὸ δέον, ἔνθα δόξα φέρει
κλέος ἀγήρατον βιοτᾷ.
μέγα τι θηρεύειν ἀρετάν,
γυναιξὶ μὲν κατὰ Κύπριν
κρυπτάν, ἐν ἀνδράσι δ' αὖ
κόσμος ἐνὼν ὁ μυριοπλη-

Nam ὀρθὸς quum per errorem exaratum esset, τὸ in ὁ mutari, hiatusque vitandi caussa τρόποι in τρόποις corrigi debuit. Dicit autem poeta hoc: ***diversa sunt hominum ingenia***, ***diversi mores: sed quid vere bonum sit***, ***semper apertum est: multumque confert ad virtutem educatio.*** Non recte enim plene post αἰεὶ distinguebatur: cohaerent enim quae de educatione dicuntur cum proxime praegressis ut altera pars sententiae: quam si planius exponere volumus, hanc esse videmus: quamvis et ingenia hominum et mores differant, tamen quid vere bonum et honestum sit, partim per se apertum esse, partim bonae institutionis ope cognosci.

V. 564. Libri φέρουσ'. Emendavit Heathius.

V. 565. Vulgo σοφίᾳ. Certatim emendarunt viri docti σοφία, atque ita edidit H. Stephanus.

V. 568. Libri δόξαν. Emendavit Barnesius. Perplexe hic atque obscure, ut saepius, scripsit Euripides. Sententia, in cuius explicatione valde laboratum est, sic expedienda: τό τε γὰρ αἰδεῖσθαι σοφία ἐστι, καὶ τὸ ὑπὸ γνώμης ἐσορᾶν τὸ δέον, ἔνθα δόξα φέρει κλέος, τὴν ἐξαλλάσσουσαν ἔχει χάριν. ***Et verecundum esse sapientia est***, ***et prudenter intelligere quid facere conveniat***, ***ubi opinio hominum immortalem affert gloriam***, ***gratiam habet praemium.*** Perspexit huius loci rationem P. Camperus ad Electrae v. 89. p. 99. seq. ubi de verbis ex ἀλλάσσειν compositis disserens, τὰν ἐξαλλάσσουσαν χάριν paullo obscurius voluptatem dolores abalienantem, quod sit exhilarantem, interpretatur. Potuerat et simplicius, opinor, et rectius, si compensantem dixisset.

V. 569. Libri βιοτάν. Emendavit Marklandus.

V. 573. Libri κόσμος ἔνδον ὁ μυριοπληθής. Emendavit

θῆς μείζω πόλιν αὔξει.
ἔμολες, ὦ Πάρι, μήτε σύ γε — στροφὴ β'.
βουκόλος ἀργενναῖς ἐτράφης
Ἰδαίαις παρὰ μόσχοις,
βάρβαρα συρίζων, Φρυγίων
αὐλῶν Οὐλύμπου καλάμοις
* * μίμημα πλέκων

Marklandus. Singulari ratione dictus κόσμος ὁ μυριοπληθής de modestia quae plurimis in rebus conspicua sit, eoque a mulierum temperantia, quae ad solas referatur res venereas, differat.

V. 575. Quae hinc sequuntur, antistrophica cum epodo esse monui in Elem. doctr. metr. p. 542. sed emendanda sunt aliter, quam tum mihi videbatur, quia gravioribus affecta sunt vitiis. Libri ἔμολες ὦ Πάρις, ἦτε σύγε βουκόλος ἀργενναῖς ἐτράφης Ἰδαίαις παρὰ μόσχοις. In quibus Ἰδαίαις edidit H. Stephanus: nam edd. antiquissimae ἰδέαις. Quid vero sibi vult ineptum illud ἦτε σύ γε, in quo et dialectus et γε offensui est? deinde quo refertur ἔμολες? quod aperte falluntur qui cum ἦτε construunt: nam quid hoc est: *venisti illuc, ubi educatus es*, quum non venerit illuc, sed ibi fuerit? Alii coniunxere cum ἐλεφαντοδέτων πάροιθεν δόμων, qui potuerant etiam ad ὅς τᾶς Ἑλένας referre. At quis chorum haec canentem audiens, tam multis verbis sententiisque interiectis, ista tanto spatio disiuncta copulanda esse animadvertat, praesertim quum posteriora illa se sponte proxime praegressis accommodent? Nemo, opinor, semel monitus dubitabit quin hoc dici debuerit, *utinam ne venisses illuc, neve armenta pavisses, ubi iudex fuisti trium dearum.* Quare reposui: ἔμολες, ὦ Πάρι, μήτε σύ γε βουκόλος ἀργενναῖς ἐτράφης Ἰδαίαις παρὰ μόσχοις Id dictum esse pro μήτε ἔμολες, μήτε ἐτράφης, non magis opus est exemplis doceri, quam sic constituta oratione recte positum esse σύ γε.

V. 580. Edd. μιμήματα πλέκων. Paris. A. B. C. Flor. 1. Vict. πνέων pro πλέκων. De Flor. 2. tacuit Matthiae. Lacunae nulla in libris vestigia, quae metrorum indicio posui. Exquisitius est πλέκων, et visus est imitatus esse Telestes apud Athenaeum XIV. p. 617. B. in his versibus:

ἢ Φρύγα καλλιπνόων αὐλῶν ἱερῶν βασιλῆα
Λυδὸν ὃς ἥρμοσε πρῶτος
Δωρίδος ἀντίπαλον μούσης νόμῳ αἰολόμορφον
πνεύματος εὔπτερον αὔραν ἀμφιπλέκων καλάμοις.

Sic scribendi videntur hi versus. Apud Euripidem nescio an ex codicum scriptura πνέων erui ad explendum versum possit πνοᾶν. Nec praetereundum videtur, etsi μίμημα usitatum Euripidi voca-

* * * * * *

εὔθηλοι δὲ τρέφοντο βόες, ἀντ. β.
εὖτε σε κρίσις ἔμηνε θεᾶν,
ἅ σ' ἐς Ἑλλάδα πέμπει
τῶν ἐλεφαντοδέτων πάροι-
θεν δόμων, ὃς τᾶς Ἑλένας
ἐν ἀντωποῖς βλεφάροις
ἔρωτα δέδωκας,
ἔρωτι δ' αὐτὸς ἐπτοάθης· ἐπῳδ.
ὅθεν ἔρις, ἔρις
Ἑλλάδα σὺν δορὶ ναυσί τ' ἄγει
ἐς πέργαμα Τροίας.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

ἰὼ ἰώ· μεγάλαι μεγάλων

---

bulum est, tamen hic μιμήματα ab interprete adscriptum videri posse. Certe non minus recte scriberetur πνοᾶν μιμηλὰ πλέκων.

V. 583. Flor. 1. 2. Vict. ὅτι. Vulgo ὅτε. Scribendum duxi εὖτε, sicuti in strophico dactylus est. Deinde libri ἔμενε. Corrigebam olim ἔμαινε: debebam potius ἔμηνε. In Ione v. 520.
εὖ φρονεῖς μέν, ἤ σ' ἔμηνε θεοῦ τις, ὦ ξένε, βλάβη;

V. 584. Libri ἅ σ' Ἑλλάδα πέμπει. Inserui ἐς.

V. 585. Libri ἐλεφαντοδέτων sine articulo, quem apposui. Deinde Flor. 1. 2. Vict. πάροιθε. Vulgo recte πάροιθεν. Non bene scriberetur προπάροιθεν. Neque enim dactylicus hic versus est, sed Glyconeus, cui in strophico altera forma respondet.

V. 587. Libri βλεφάροισιν. Scripsi βλεφάροις, quod numeri requirunt.

V. 590. Paris. B. C. Flor. 1. 2. Vict. Ald. Froben. Brub. Herv. 1. ἔρις ἔριν. Herv. 2. Brod. H. Steph. et reliquae ἔρις ἔρις.

V. 592. Libri ἐς Τροίας πέργαμα, parum numeroso exitu. Transposuit Blomfieldius.

V. 593. Hi anapaesti omnes choro continuabantur. Seidlerus in libro de versibus dochmiacis p. 82. quae a v. 602. sequuntur, respondere praegressis observavit; L. Dindorfius versus 602—610. ut ineptissimi interpolatoris additamentum eiiciendos censuit: neuter falso, mea sententia, sed hic tamen iusto cupidius. Dictum de hac

εὐδαιμονίαι· τὴν τοῦ βασιλέως
ἴδετ' Ἰφιγένειαν ἄνασσαν,
τὴν Τυνδαρέου τε Κλυταιμνήστραν,
ὡς ἐκ μεγάλων ἐβλαστήκασ',
ἐπί τ' εὐμήκεις ἥκουσι τύχας.
θεοί τοι κρείσσους, οἵτ' ὀλβοφόροι

---

re in praefatione. In principio edd. vett. ita distinctos habent versus:

ἰὼ ἰώ.
μεγάλαι μεγάλων εὐδαιμονίαι.
τὴν τοῦ βασιλέως.

Neque id inelegans est: sed quoniam, si de responsione non fallimur, antisystema dimetros requirit, aliter descripsi versus: idque recte fieri potuit interpunctionibus non plenis, ut ἰὼ ἰὼ cum ἴδετε cohaereat, illud autem, μεγάλαι μεγάλων εὐδαιμονίαι, in parenthesi inseratur.

V. 595. Libri ἴδετ' Ἰφιγένειαν ἄνασσαν ἐμήν. Pene piacularis factus essem Bothio, nisi opportune vidissem eum ante me delevisse ἐμήν, quod est metrici alicuius additamentum, non cogitantis Iphigeniam non esse reginam virginum Chalcidicarum.

V. 596. Flor. 1. 2. γε pro τε. In Τυνδαρέου nihil discrepantiae adnotatum. Supra v. 78. in iambis Τυνδάρεω genitivi forma est, quae etiam in anapaestis legitur apud Aeschylum Agam. v. 83. Sed apud Euripidem, ubi quattuor syllabis pronunciatur genitivus, Τυνδαρέου scriptum invenio etiam in Electra v. 120. 989.

V. 597. Par. A. ἐκβλαστήκασ'.

V. 599. Nihili est quod in libris legitur θεοί γ' οἱ κρείσσους, οἵ τ' ὀλβοφόροι. Manifesto scribendum erat, θεοί τοι κρείσσους, οἵτ' ὀλβοφόροι τοῖς οὐκ εὐδαίμοσι θνατῶν. Nam admirans chorus regium splendorem, memoransque et genus illustre harum feminarum et nobile connubium ad quod adducatur Iphigenia, propemodum diis eas aequiparandas esse significat. Sed quis non offendatur iis, quae hic praedicantur de diis? Nam quum ratio reddenda esset, cur praestarent tamen dii, recte quidem praeferuntur eo, quod datores sunt opum auctoresque felicitatis: sed id dicendum erat universe, omnem felicitatem hominum ab diis proficisci, non, qui infelices essent, opibus augeri. Nam horum quidem mentio, si soli nominantur, etiam inepta est, quia, si non utrique, sed alterutri commemorandi erant, solos felices dicere debebat, quo indicaret, praestare deos eo, quod qui homines opibus et nobilitate florerent, ut Clytaemnestra et Iphigenia, deorum id beneficio essent consequuti. Haec qui reputaverit, facile, opinor, adducetur, ut librariorum negligentia verba iis quae servata sunt

* * * *

τοῖς οὐκ εὐδαίμοσι θνατῶν.

[ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

στῶμεν, Χαλκίδος ἔκγονα θρέμματα,
τὴν βασίλειαν δεξώμεθ' ὄχων
ἄπο μὴ σφαλερῶς ἐπὶ γαῖαν,
ἀγανῶς δὲ χεροῖν μαλακῇ νώμῃ,

---

simillima excidisse sibi persuadeat. Sic enim, nisi prorsus fallor, scribere debuit Euripides:

θεοί τοι κρείσσους, οἵτ' ὀλβοφόροι
τοῖς εὐδαίμοσι,
τοῖς τ' οὐκ εὐδαίμοσι θνατῶν.

Propterea lacunam signis notavi. Et sic etiam antisystemati versuum numerus aequatur.

V. 601. Libri *τῶν θνατῶν*. Articulum deleverunt Seidlerus et Blomfieldius.

V. 602. Haec, de quibus dictum ad v. 593. in libris sic scripta leguntur:

στῶμεν, Χαλκίδος ἔκγονα θρέμματα,
τὴν βασίλειαν δεξώμεθ' ὄχων
ἄπο, μὴ σφαλερῶς ἐπὶ τὴν γαῖαν,
ἀγανῶς δὲ χεροῖν μαλακῇ γνώμῃ,
μὴ ταρβήσῃ νεωστί μοι μολὸν
τὸ κλεινὸν τέκνον Ἀγαμέμνονος
μὴ δὲ θόρυβον, μηδ' ἔκπληξιν
ταῖς Ἀργείαις
ξεῖναι ξείναις παρέχωμεν.

V. 603. Edd. antiquae *δεξώμεθ' ὄχλων*. Paris. A. B. *δεξόμεθ' ὄχλων*. Canterus emendavit *ὄχων*, idque praebuerunt Flor. 1. 2.

V. 604. Flor. 1. *μὴ σφαλανερῶς*. Omnes, ut videtur, *ἐπὶ τὴν γαῖαν*. Certatim deleverunt articulum viri docti.

V. 605. Libri *ἀγανῶς δὲ χεροῖν μαλακῇ γνώμῃ*. Quod nimis mire dictum sentientes viri docti vel emendare conati sunt, ut Blomfieldius, *ἀγαναῖς χερσίν, μαλακῇ γνώμῃ*, vel interpungendo emollire studuerunt, ut Marklandus, *ἀγανῶς δὲ χεροῖν, μαλακῇ γνώμῃ*. Sed hoc quidem quum nimis inepte dictum sit, mihi non dubitandum videtur, quin *χεροῖν* genitivus sit, pendeatque ex verbis quae sequuntur. Propterea posui *νώμῃ*: quod vocabulum etsi non est a grammaticis adnotatum, tamen usitata Atticis comparatione, de qua disseruit Hemsterhusius ad Thomam M. p. 127. pro *νώμησις* usurpatum esse credibile est. Atqui *νώμησις*, id est

μὴ ταρβήσῃ τὸ νεωστὶ μολὸν
κλεινὸν τέκνωμ' Ἀγαμεμνόνιον.
μὴ δὴ θόρυβον, μηδ' ἔκπληξιν
ταῖς Ἀργείαις
ξεῖναι ξείναις παρέχωμεν.]

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὄρνιθα μὲν τόνδ' αἴσιον ποιούμεθα
τὸ σόν τε χρηστὸν καὶ λόγων εὐφημίαν·
ἐλπίδα δ' ἔχω τίν' ὡς ἐπ' ἐσθλοῖσιν γάμοις
πάρειμι νυμφαγωγός. ἀλλ' ὀχημάτων
ἔξω πορεύεθ' ἃς φέρω φερνὰς κόρῃ,
καὶ πέμπετ' εἰς μέλαθρον εὐλαβούμενοι.
σὺ δ', ὦ τέκνον, μοι λεῖπε πωλικοὺς ὄχους,
ἁβρὸν τιθεῖσα κῶλον ἀσθενές θ' ἅμα.

Suida interprete *κίνησις*, aptissimam hic atque adeo necessariam notionem praebet: quoque exquisitior haec vox est, eo facilius obscurari ab librariis potuit.

V. 606. Marklandus, ut aliquo modo metrum corrigeret, pro *νεωστί μοι μολὸν* edidit *μοι νεωστὶ μολόν*.

V. 607. Libri *τὸ κλεινὸν τέκνον Ἀγαμέμνονος*. Pessimum versum procudit Marklandus, *τὸ κλεινὸν τέκνον Ἀγαμεμνόνιον*, sola in ultima voce verum assequutus. *Τέκνον* aut interpretatio est alius vocabuli, quale est tragicis usitatum *φίτυμα*, aut errore natum ex *τέκνωμα*, quo vocabulo Dosiades usus est in secunda ara. Non invenitur, quod sciam, apud tragicos: qui tamen quum verbo, unde hoc nomen factum est, *τεκνοῦν* saepe usi reperiantur, nihil obstat quin eos ne substantivum quidem repudiasse credamus.

V. 608. Libri *μὴ δὲ θόρυβον*. Et lenius et rectius mihi videtur Marklandus *μὴ δή*, plena interpunctione post *Ἀγαμεμνόνιον* posita, scripsisse, quam alii, *μηδ' αὖ* corrigentes, continuasse haec praecedentibus.

V. 611. Libri recte *τόνδ'*, quod Valckenarius consueta emendandi libidine ad Phoeniss. 865. et ad Herodot. VII. 180. in *τόδ'* mutari iubebat.

V. 616. Barnesiana male *εὐλαβούμεναι*, quam sequutus Matthiae postea vidit veram esse librorum scripturam *εὐλαβούμενοι*, quod ministris haec suis dicat Clytaemnestra.

ὑμεῖς δέ, νεάνιδές, νιν ἀγκάλαις ἔπι
δέξασθε καὶ πορεύσατ' ἐξ ὀχημάτων.
καί μοι χερός τις ἐνδότω στηρίγματα,
θάκους ἀπήνης ὡς ἂν ἐκλίπω καλῶς.
αἳ δ' ἐς τὸ πρόσθεν στῆτε πωλικῶν ζυγῶν,
φοβερὸν γὰρ ἀπαράμυθον ὄμμα πωλικόν·
καὶ παῖδα τόνδε, τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον,
λάζυσθ', Ὀρέστην· ἔτι γάρ ἐστι νήπιος.
τέκνον, καθεύδεις πωλικῷ δαμεὶς ὄχῳ;
ἔγειρ' ἀδελφῆς ἐφ' ὑμέναιον εὐτυχῶς·
ἀνδρὸς γὰρ ἀγαθοῦ κῆδος αὐτὸς ἐσθλὸς ὢν
λήψει, τὸ τῆς Νηρῇδος ἰσόθεον γένος.

V. 619. Edd. vett. νεανίδαισιν ἀγκάλαις ἔπι. Paris. A. B. Flor. 2. νεανίδεσσιν. Flor. 1. νεανίδεσιν. Emendarunt Piersonus Veris. I. 6. et Marklandus. Lentingio ad Androm. 146. legendum videbatur χὑμεῖς νέαν νέαισιν ἀγκάλαις ἔπι δέξασθε.

V. 621. Videri potest scripsisse κἀμοί, sed tamen non necesse est vulgatam mutari.

V. 622. Paris. A. ἐκλείπω. Flor. 1. 2. Vict. edd. vett. ἐκλίπω.

V. 623. Flor. 1. 2. Vict. εἰς.

V. 627. Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. θακεύεις pro καθεύδεις.

V. 630. Edd. vett. τὸ Νηρῇδος παιδὸς ἰσόθεον γένος. In Par. C. Flor. 1. 2. Vict. deest παιδός. Emendavit Aemilius Portus. Sed de hoc versu aliter sentio quam Matthiae, qui eum non solum, ut Boeckhius in libro de tragicis p. 292. cum iis quae v. 702. seqq. dicuntur, sed etiam cum v. 613. pugnare censet. Nam Achilli nuptum iri sciebat Clytaemnestra, quae ad id ipsum mittere filiam iussa erat. Quae si infra de genere Achillis quaerit, non id facit quasi prorsus quis ille sit nesciat, sed ut accuratius singula cognoscat: in quo genere sibi placuisse tragicos constat. Quod autem miratur Matthiae, quomodo sperare v. 613. dici potuerit Clytaemnestra ad bonas nuptias filiam accitam esse, quum ei Achillem, ἰσόθεον γένος, maritum futurum esse sciat: id vero facillime refellitur. Nam quos illa ἐσθλοὺς γάμους dicit, non intelligit nobile connubium, sed felix et faustum. Atqui vel nobilissimum potest infelicissimum esse. Sapienter vero poeta id eam dicentem fecit, felicitatis hac praesagitione spectatoribus, quid destinatum sit Iphigeniae scientibus, imminentis contrariae sortis cogitationem iniiciens.

ἑξῆς καθεῖσα δεῦρό μου ποδὸς τέκνον
πρὸς μητέρ', Ἰφιγένεια, μακαρίαν ἐμέ,
ξέναισι ταῖςδε πλησία σταθεῖσα δός,
καὶ δεῦρο δὴ πατέρα πρόςειπε σὸν φίλον.
ὦ σέβας ἐμοὶ μέγιστον, Ἀγαμέμνων ἄναξ,
ἥκομεν, ἐφετμαῖς οὐκ ἀπιστοῦσαι σέθεν.

V. 631. Hi versus in Aldina sic scripti leguntur:

ἑξῆς κάθησο δεῦρό μου ποδὸς τέκνον
πρὸς μητέρ' Ἰφιγένεια· μακαρίαν δέ με
ξέναισι ταῖςδε πλησία σταθεῖσα δός,
καὶ δεῦρο δὴ πατέρα πρόςειπε σὸν φίλον.

Scripturae nulla ex libris adnotata est discrepantia. Postremum versum deleri iubebat Porsonus apud Kiddium p. 223. Omnes Matthiae non ex secunda recensione, sed ab aliquo insulso homine, qualis fuerit qui Christum patientem scripsit, additos iudicavit: cuius sententiam sequuti sunt alii. Marklandus καθίστω corrigebat: quod arripiens Camperus ad Electrae v. 655. p. 301. quum alia tum δὸς in θὲς mutavit. At neque interpolatorem ullum tam indoctum atque absurdum fuisse credibile est, ut μακαρίαν με ξέναισι ταῖςδε δὸς scriberet, neque librarium ullum tam aliud agentem, ut, si θὲς scriptum invenisset, in absonum illud δὸς scribendo incideret. Quod verbum quum ob hanc ipsam caussam maxime genuinum esse videatur, indicio est iniquius iudicasse, qui damnandos potius hos versus, quam emendandos esse censuerunt. Ac debebat eos hoc quoque admonere, quod, si τέκνον vocativus est et ad Iphigeniam, ut ipsi volunt, refertur, nimis inepta sententia est, quam ut vel stultissimo homini in mentem venire potuerit. Quid enim? Humine consideat Iphigenia, ubi de carpento descendit, et non ad patrem, a quo arcessita erat, pergat? Et quum statim obviam ire patri iubeatur, quomodo, quasi mansura hic, prius considere iubetur? Absit, ut quemquam talia commentum credamus. Vnus error, quo καθεῖσα in κάθησο mutatum fuit, fecit ut librarii, quod construi verba non posse viderentur, δέ με pro ἐμὲ scriberent, eoque loci huius rationem prorsus conturbarent. Clytaemnestra, ut consentaneum erat, prima de carpento descenderat. Ea sedenti adhuc in eo Iphigeniae praecipit, ut iam puerum Orestem (accusativus enim τέκνον est) demittat ad se, atque, ubi ipsa quoque descenderit ac prope se adstiterit, eum tradat mulieribus choricis; inde autem secum ad patrem salutandum progrediatur. Sic omnia et rectissime patet et aptissime esse dicta.

V. 635. seqq. Hi versus in libris hoc ordine scripti sunt, ut videtur, non errore librarii, sed consilio eius, qui suis additamentis hunc locum interpolavit, nisi quod is duos primos horum septem versuum sua ab recensione abesse voluit:

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ μῆτερ, ὑποδραμοῦσά γ᾽, ὀργισθῇς δὲ μή,
πρὸς στέρνα πατρὸς στέρνα τἀμὰ προςβαλῶ.
[ἐγὼ δὲ βούλομαι τὰ σὰ στέρν᾽, ὦ πάτερ,
ὑποδραμοῦσα περιβαλεῖν διὰ χρόνου.
ποθῶ γὰρ ὄμμα δὴ σόν. ὀργισθῇς δὲ μή.]

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἀλλ᾽, ὦ τέκνον, χρῶ· φιλοπάτωρ δ᾽ ἀεί ποτ᾽ εἶ
μάλιστα παίδων τῶνδ᾽, ὅσους ἐγὼ ᾽τεκον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ πάτερ, ἐςεῖδόν σ᾽ ἀσμένη πολλῷ χρόνῳ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

καὶ γὰρ πατὴρ σέ· τόδ᾽ ἴσον ὑπὲρ ἀμφοῖν λέγεις.

ΙΦ. ὦ μῆτερ, ὑποδραμοῦσά γ᾽, ὀργισθῇς δὲ μή,
πρὸς στέρνα πατρὸς στέρνα τἀμὰ περιβαλῶ;
ΚΛ. ὦ σέβας ἐμοὶ μέγιστον, Ἀγαμέμνων ἄναξ,
ἥκομεν ἐφετμαῖς οὐκ ἀπιστοῦσαι σέθεν.
ΙΦ. ἐγὼ δὲ βούλομαι τὰ σὰ στέρν᾽, ὦ πάτερ,
ὑποδραμοῦσα προςβαλεῖν διὰ χρόνου.
ποθῶ γὰρ ὄμμα δὴ σόν· ὀργισθῇς δὲ μή.

Verum ordinem restituerunt Porsonus apud Kiddium p. 223. et Bremius, deleri iubentes tres postremos, quos quis non videat Euripide plane esse indignos? Aliter iudicavit Camperus ad Electr. 655. p. 301. seq. quem tamen non inventurum credo, cui emendationes suas probet.

V. 638. Libri *περιβαλῶ*. Porsonus *προςβάλω* vel *προςβαλῶ*. Recte, ex v. 640. Apertum est enim librarios duo verba permutasse, quumque hic *προςβαλῶ* scribendum esset, *περιβαλῶ*, versu 640. ubi *περιβαλεῖν* scribere debebant, *προςβαλεῖν* posuisse.

V. 640. Libri *προςβαλεῖν*. Vide ad v. 638.

V. 642. Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. *χρή*. Edd. *χρῶ*. Clytaemnestraė hunc et sequentem versum tribuendos esse viderunt Porsonus et Bremius. In libris sunt Agamemnonis.

V. 643. Non opus *παίδων τοῦδ᾽* scribi, quod Elmsleius reponi iubebat.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

χαῖρ᾽· εὖ δέ μ᾽ ἀγαγὼν πρός σ᾽ ἐποίησας, πάτερ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὐκ οἶδ᾽ ὅπως φῶ τοῦτο καὶ μὴ φῶ, τέκνον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἔα·
ὡς οὐ βλέπεις εὔκηλον, ἄσμενός μ᾽ ἰδών.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

πόλλ᾽ ἀνδρὶ βασιλεῖ καὶ στρατηλάτῃ μέλει.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

παρ᾽ ἐμοὶ γενοῦ νῦν, μὴ ᾽πὶ φροντίδας τρέπου.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἀλλ᾽ εἰμὶ παρὰ σοὶ νῦν ἅπας, κοὐκ ἄλλοθι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μέθες νυν ὀφρύν, ὄμμα τ᾽ ἔκτεινον φίλον.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἰδοὺ γέγηθά σ᾽ ὡς γέγηθ᾽ ὁρῶν, τέκνον.

V. 649. Edd. *ὡς οὐ βλέπεις μ᾽ εὔκηλον.* Omittunt *μ᾽* Paris. A. B. Flor. 1. 2. In adnotatione ad hunc versum Matthiae per errorem falsa rettulit de his versibus, quos Porsonus transposuisset vel deleri iussisset, suae editionis numeros respiciens, non editionis Barnesianae, quibus Marklandus usus est. Sunt enim, quae de Porsono rettulit Elmsleius, illa ipsa, quorum mentionem fecerat Matthiae ex Kiddio ad v. 621.

V. 651. Edd. vett. *πρὸς ἐμοῦ γενοῦ νῦν καὶ μὴ ᾽πὶ φροντίδας τρέπου.* Delevit *καὶ* Barnesius. Codd. Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. *παρ᾽ ἐμοί.*

V. 652. Vict. *ἀλλ᾽ εἰμι.* Pro *κοὐκ* Flor. 1. *οὐκ.*

V. 654. Edd. vett. *ἰδοὺ γέγηθ᾽, ἕως γέγηθά σ᾽ ὁρῶν, τέκνον.* Emendavit Musgravius.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

κἄπειτα λείβεις δάκρυ' ἀπ' ὀμμάτων σέθεν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

μακρὰ γὰρ ἡμῖν ἡ 'πιοῦσ' ἀπουσία.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐκ οἶδά σ' ὅ τι φῄς, φίλτατ', οὐκ οἶδ', ὦ πάτερ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

συνετὰ λέγουσα μᾶλλον εἰς οἶκτόν μ' ἄγεις.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀσύνετά νυν ἐροῦμεν, εἰ σέ γ' εὐφρανῶ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

παπαῖ, τὸ σιγᾶν οὐ σθένω· σὲ δ' ᾔνεσα.

V. 656. Paris. A. ἡ'πιτυχοῦσ'.

V. 657. Libri οὐκ οἶδ' ὅ τι φῄς· οὐκ οἶδα, φίλτατ' ἐμοὶ πάτερ. Heathius ὃ φῄς, Marklandus φίλτατ' ὦ πάτερ. Non haec elegantissima Graecitas est. Nam neque idem est ὃ φῄς quod ὅ τι φῄς, neque hic aptum. Quare versum a metricis postquam corruptus erat male correctum in eam formam redegi, quam et linguae ratio et sermo poetis usitatus praescriberent. Veretur Iphigenia nuptias nominare, sic ut Homeri Nausicaa.

V. 659. Edd. vett. ἀσύνετα μέν γ' ἐροῦμεν. Paris. A. B. C. Flor. 2. Vict. ἀσύνετα νῦν ἐροῦμεν. Sic etiam Flor. 1. nisi quod συνετὰ habet. L. Dindorfius quum huius dicti quam ipse putat stultitiam ne a Marklando quidem, magno caeteroquin huius scenae admiratore, dissimulari dicit, totus aberravit a praeclari illius viri sententia. Responsum hoc, inquit Marklandus, admirabile videtur. Quibus ille verbis non vituperavit Euripidem, sed laudavit. Sentiebat enim, nihil humanius, nihil ad blandiendum tenerius fingi potuisse, quam puellam carissimo patris amore, si eum apta dicendo exhilarare nequeat, vel inepta se dicturam affirmare.

V. 660. Haec verba, παπαῖ, τὸ σιγᾶν οὐ σθένω, aversus a filia dicit. Non enim illam ea audire vult.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μέν', ὦ πάτερ, κατ' οἶκον ἐπὶ τέκνοις σέθεν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

θέλων γε, τὸ θέλειν οὐκ ἔχων ἀλγύνομαι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὄλοιντο λόγχαι καὶ τὰ Μενέλεω κακά.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἄλλους ὀλεῖ πρόσθ', ἵνα με διολέσαντ' ἔχει.

V. 662. Libri: θέλω γε. τὸ θέλειν δ' οὐκ ἔχων ἀλγύνομαι. Haec soloeca oratio est, γε posito, ubi μὲν dici debebat. Correxi, ut linguae lex et sensus verborum monstrabat. *Quum velim*, inquit, *doleo quod velle non est concessum.*

V. 664. Libri: ἄλλους ὀλεῖ πρόσθεν, ἅ με διολέσαντ' ἔχει. Qui Porsonum ad Med. 1011. et in Advers. p. 252. sequuti ἄλλους ὀλεῖ πρόσθ' ἅ'μὲ διολέσαντ' ἔχει ediderunt, non attentius quam ipse Porsonus huius loci rationem considerarunt. Ille quidem, ut ex Adversariis intelligitur, ἐμὲ propterea necessarium putabat quod ἄλλους opponeretur: quo ostendit se verba, non sensum spectasse. Quid est enim hoc: *me quae perdiderunt*, *prius perdent alios?* Non de ipso sermo est, sed de Iphigenia: ipse si perditur, non id primarium quid et principale est, sed in cumulum accedit, ut, si de se dicere velit, dicere debeat *quae me quoque perdiderunt.* Apertissimum est ἄλλους non oppositum esse Agamemnoni, sed expeditioni propter Menelaum susceptae. Nam Iphigeniae dicenti *pereant hastae et Menelai mala* respondet Agamemno *alios illa prius perdent.* Quibus ille si addit aliquid, ἃ non potest subiectum quod vocant sententiae esse, quia illud necessario Μενελάου κακὰ est, sed debet explicandi caussa additum putari, referrique ad illud ipsum κακά. Atqui tum rectius diceret ἅ με, quam ἅ'μὲ διολέσαντ' ἔχει, quia si ἐμὲ diceret, deberet ἃ κἀμὲ dicere. Quod si quis et haec consideraverit, et consuetudinem tragicorum reputaverit adversa ambigue dictis significandi, facile mihi assentietur unius litterae mutatione aptissimam sententiam restituenti, ἄλλους ὀλεῖ πρόσθ', ἵνα με διολέσαντ' ἔχει· *alios perdent prius, quo in loco me perdiderunt.* Filiam significat hic Aulide perituram. Id ei in mente fuisse eo quoque prodit poeta, quod statim commorationis in eo loco mentionem facit Iphigenia.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὡς πολὺν ἀπῆσθα χρόνον ἐν Αὐλίδος μυχοῖς.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

καὶ νῦν γέ μ' ἴσχει δή τι μὴ στέλλειν στρατόν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ποῦ τοὺς Φρύγας λέγουσιν ᾠκίσθαι, πάτερ;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὗ μήποτ' οἰκεῖν ὤφελ' ὁ Πριάμου Πάρις.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μακράν γ' ἀπαίρεις, ὦ πάτερ, λιπὼν ἐμέ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

εἰς ταὐτὸν ἡμεῖς σοί, σύ θ' ἥκεις σῷ πατρί.

V. 667. Libri, ποῦ τοὺς Φρύγας λέγουσιν ᾠκῆσθαι, πάτερ. Elmsleii coniectura ποῦ γῆς non opus. Sed ᾠκίσθαι recte Porsonus in Adversariis p. 252.

V. 669. Edd. μακρὰν ἀπαίρεις, ὦ πάτερ, λιπὼν ἐμέ; Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. μακράν γ'. Hoc recepto, signum interrogandi delendum censuit Elmsleius, recte quidem, verum non quod, ut ad Medeae v. 1334. contendit, γε in interrogatione usurpari nequeat, qua de re in censura eius libri ad eum locum dixi, sed quia sic posita particula aperte monstrat non interrogari. Confirmandi enim potestatem habet. Quod ne cui mirum videatur, quia non dixit Agamemno quibus in oris sita sit Troia, tenendum est gestu eum adiuvisse vim responsi, ita ut dicere videretur *longius abest quam velim.*

V. 670. Edd. vett. εἰς ταὐτὸν, ὦ θύγατερ, σύ θ' ἥκεις σῷ πατρί. Flor. 1. omittit σύ θ'. Porsonus quum in praefatione Hecubae p. 37. adhibito illo suo transpositionis medicamento scribi iussit,

ὦ θύγατερ, ἥκεις καὶ σύ γ' εἰς ταὐτὸν πατρί,

non modo eo ordine verba posuit, quem adspernatur huius colloquii ratio, sed, unice de metro sollicitus, ne sententia quidem ut apta prodiret effecit. Consolaturus pater filiam, quod eadem sua

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

φεῦ·
εἴθ' ἦν καλόν μοι σοί γ' ἄγειν σύμπλουν ἐμέ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἀλλ' ἔστι καὶ σοὶ πλοῦς, ἵνα μνήσει πατρός.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σὺν μητρὶ πλεύσασ' ἢ μόνη πορεύσομαι;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

μόνη, μονωθεῖσ' ἀπὸ πατρὸς καὶ μητέρος.

---

quoque sors sit, ut longe a filia discedat, usitata tragicis ambiguitate sic loquitur, ut spectatores illud μακρὰν ἀπαίρειν de Iphigeniae ad Orcum abitu dici intelligant. Ex quo colligi potest, versum vel librariorum negligentia vel attritu codicis non integrum male ab indocto correctore in aliquam trimetri speciem esse recusum. Itaque reposui quod scriptum ab Euripide esse posterior versus pars prodere videbatur.

V. 672. Edd. vett. εἴθ' ἦν καλόν μοι, σοί τ', ἄγειν σύμπλουν ἐμέ. Quod Matthiae in Brub. et Herv. 1. 2. esse dicit, εἶτ' ἦν, in Brubachiana invenio: prima Hervagiana non ad manum est: secunda autem εἰθ' habet, qui error in edd. Brod. Cant. P. Steph. Commelin. Barnes. propagatus. Patienter tulerunt critici καλόν μοι σοί τ'. At σοί τε si ferrent, scribendum erat καλὸν ἐμοὶ σοί τ'. Sed inepte hic Iphigenia curaret quid patrem deceret. Scribendum σοί γ'. Ne nimis multa pronomina molesta essent, non dixit σοί γ' ἄγειν σύμπλουν σ' ἐμέ.

V. 673. Libri: αἰτεῖς τί; καὶ σοὶ πλοῦς, ἵνα μνήσῃ πατρός. Paris. B. καὶ σὺ. Marklandus coniiciebat ἔσται δὲ καὶ σοὶ πλοῦς. Porsonus in praefatione Hecubae p. 37. et in Adversariis p. 252. ἔτ' ἔστι καὶ σοὶ πλοῦς ἵνα μνήσει πατρὸς. Eum sequuti sunt alii. Lenissima quidem illa emendatio est, sed tamen non ex omni parte satisfacit. Nam quod comparat in Medea v. 366.

ἔτ' εἴσ' ἀγῶνες τοῖς νεωστὶ νυμφίοις,

quid aliud quam ἔτι ante εἶναι poni posse ostendit, de quo nemo dubitabit? At in Medea sententia requirebat ἔτι; hic quid ea vox sibi velit, vix erit qui satis expediat. Responderi hic debebat ἀλλ' ἔστι καὶ σοὶ πλοῦς. Idque reposui.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὔ πού μ' ἐς ἄλλα δώματ' οἰκίζεις, πάτερ;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἔα γέ τ'· οὐ χρὴ τοιάδ' εἰδέναι κόρας.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σπεῦδ' ἐκ Φρυγῶν μοι, θέμενος εὖ τἀκεῖ, πάτερ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

θῦσαί με θυσίαν πρῶτα δεῖ τίν' ἐνθάδε.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀλλὰ ξὺν ἱεροῖς χρὴ τό γ' εὐσεβὲς σκοπεῖν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

εἴσει σύ· χερνίβων γὰρ ἑστήξει πέλας.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

στήσομεν ἄρ' ἀμφὶ βωμόν, ὦ πάτερ, χορούς;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ζηλῶ σὲ μᾶλλον ἢ 'μὲ τοῦ μηδὲν φρονεῖν.

V. 676. Edd. ἦπου. Flor. 1. 2. οὔ ποῦ. Paris. A. B. C. Vict. οὔ που. Recte. Saepe id temere cum ἦπου confusum. Ἦπου est exspectantis affirmationem, οὔ που metuentis eam. Ideo iure se tuebitur in Helena v. 135. 575. 600. et in Electra v. 235. 630.

V. 677. Edd. vett. ἔα γέτ'. οὐ χρή τοι τάδ' εἰδέναι κόρας. Paris. B. C. Flor. 1. 2. Vict. omittunt τ'. Id est τοι. Nec male scriberetur. ἔα γ', ἐπεὶ οὐ.

V. 680. Edd. τόδ' εὐσεβές. Paris. B. τό γ' εὐσεβές.

V. 681. Vulgo ἑστήξῃ. Paris. A. ἑστήξει.

V. 683. Edd. Commelin. P. Steph. Barnes. ἤ με. Edd. antiquiores recte ἢ 'μέ. Inconsiderate in Sophoclis Philocteta v. 345. Wunderus et ἢ 'μὲ impugnavit et defendit ἤ με, provocans ad

χώρει δὲ μελάθρων ἐντὸς ὀφθῆναι κόραις,
πικρὸν φίλημα δοῦσα δεξιάν τ' ἐμοί,
μέλλουσα δαρὸν πατρὸς ἀποικήσειν χρόνον.
ὦ στέρνα καὶ παρῆδες, ὦ ξανθαὶ κόμαι,
ὡς ἄχθος ὑμῖν ἐγένεθ' ἡ Φρυγῶν πόλις
Ἑλένη τε· παύω τοὺς λόγους· ταχεῖα γὰρ
νοτὶς διώκει μ' ὀμμάτων ψαύσαντά σου.
ἴθ' εἰς μέλαθρα. σὲ δὲ παραιτοῦμαι, τάδε,
Λήδας γένεθλον, εἰ κατῳκτίσθην ἄγαν,
μέλλων Ἀχιλλεῖ θυγατέρ' ἐκδώσειν ἐμήν.
ἀποστολαὶ γὰρ μακάριαι μέν, ἀλλ' ὅμως
δάκνουσι τοὺς τεκόντας, ὅταν ἄλλοις δόμοις
παῖδας παραδιδῷ πολλὰ μοχθήσας πατήρ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

οὐχ ὧδ' ἀσύνετός εἰμι· πείσεσθαι δέ με
καὐτὴν δόκει τάδ', ὥστε μή σε νουθετεῖν,
ὅταν ξὺν ὑμεναίοισιν ἐξάγω κόρην·
ἀλλ' ὁ νόμος αὐτὰ τῷ χρόνῳ συνισχνανεῖ.
τοὔνομα μὲν οὖν παῖδ' οἶδ' ὅτῳ κατῄνεσας,
γένους δὲ ποίου χὠπόθεν μαθεῖν θέλω.

---

ea, quae in Adversariis p. 49. allatis exemplis monuerit. Illa vero exempla nihil ad hanc caussam conferunt, neque ullis umquam machinis efficietur dictum esse quod dici nequit. Pronunciando autem qui ἤ 'με vel ἤ 'μ' ab ἤ με et ἤ μ' distinguere nequeat, valde pingui ore sit necesse est.

V. 687. Ante Barnesium legebatur παρήδες.

V. 688. Libri ἡμῖν. Id in hac filiae compellatione, si se dicit solum, plane ineptum est; sin se et filiam, frigidum; utrovis autem modo accipias, a naturali sensu patris postremum amplectentis morituram filiam abhorrens. Dulcissimum ille sibi pectus et genas et comas intuens atque appellans, his dolet interitum imminere; his, quoniam profari vera non licet, molliore verbo atrocia dissimulans, ἄχθος γενέσθαι dicit Troiam et Helenam.

V. 700. Edd. συνισχάνει. Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. συνανίσχεται. Emendavit V. D. in Censuris Britannorum trimestribus fasc. V. p. 393.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Αἴγινα θυγάτηρ ἐγένετ' Ἀσωποῦ πατρός.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ταύτην δὲ θνητῶν ἢ θεῶν ἔζευξε τίς;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ζεύς· Αἰακὸν δ' ἔφυσεν, Οἰνώνης πρόμον.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τοῦ δ' Αἰακοῦ παῖς τίς κατέσχε δώματα;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Πηλεύς· ὁ Πηλεὺς δ' ἔσχε Νηρέως κόρην.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

θεοῦ διδόντος, ἢ βίᾳ θεῶν λαβών;

V. 704. Legebatur *ἔζευξέ τις;* Emendavit Lentingius.

V. 706. Libri *τοῦ δ' Αἰακοῦ.* Elmsleius *τὰ δ' Αἰακοῦ,* non ille quidem male, sed praeter necessitatem. Nam praegresso iam nomine recte nomen illud cum articulo repetitur, ut statim versu sequente.

V. 708. Dupliciter erravit Porsonus in Adversariis p. 252. quum *θεῶν* ferre nolens scripsit: *θεὸν legendum. θεῶν est absurdum, θεοῦ* (id Musgravius coniecerat) *tautologum.* Absurdi nihil esse in *θεῶν,* vidit Elmsleius. Sed ne *θεὸν* quidem hic dixisset Euripides, ubi *θεὰν* oportuisset. *Θεῷ θεὰ εὐνηθεῖσα* dixerunt epici, non *θεῷ θεός.* Elmsleius, *θεοῦ* glossam esse ratus, scribi volebat *τίνος διδόντος, ἢ βίᾳ θεῶν λαβών:* ad quam duplicem quaestionem duplex responsum dari. Ingeniosius hoc quam verius. Nam Clytaemnestra quum *θεοῦ διδόντος* dicit, Nereum in mente habet, cuius, ut patris, erat elocare filiam; quum autem *βίᾳ θεῶν* addit, simul et Nereum et genus deorum intelligit. Nam qui vi potitur dei filia, et in patrem, et, quoniam pater deus est, in deos est impius. Itaque hic est quaestionis sensus: *deditne pater, an laesa sanctitate deorum rapta a mortali est immortalis?* Ad haec duo inverso ordine respondet Agamemno: *Iovis voluntate accepit eum, deditque pater Nereus.*

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ζεὺς ἠγγύησε, καὶ δίδωσ' ὁ κύριος.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

γαμεῖ δὲ ποῦ νιν; ἦ κατ' οἶδμα πόντιον;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Χείρων ἵν' οἰκεῖ σεμνὰ Πηλίου βάθρα.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

οὗ φασι Κενταύρειον ᾠκίσθαι γένος;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἐνταῦθ' ἔδαισαν Πηλέως γάμους θεοί.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Θέτις δ' ἔθρεψεν ἢ πατὴρ Ἀχιλλέα;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Χείρων, ἵν' ἤθη μὴ μάθοι κακῶν βροτῶν.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

φεῦ·
σοφός γ' ὁ θρέψας χὡ διδοὺς σοφώτερος.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τοιόςδε παιδὸς σῆς ἀνὴρ ἔσται πόσις.

V. 710. Libri ἢ κατ' οἶδμα πόντιον; Recte Matthiae ἦ. Gravior enim quaestio est, et mirantis, si factum sit, quod non credibile videatur.

V. 711. Edd. vett. Πηλείου. Flor. 1. 2. Πελείου. Emendavit Canterus.

V. 712. Libri οἰκεῖσθαι. Emendavit Porsonus in Advers. p. 252.

V. 715. Libri μάθῃ. Musgravius μάθοι.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

οὐ μεμπτός. οἰκεῖ δ' ἄστυ ποῖον Ἑλλάδος;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ἀπιδανὸν ἀμφὶ ποταμὸν ἐν Φθίας ὅροις.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἐκεῖσ' ἀπάξει σὴν ἐμήν τε παρθένον;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

κείνην μελήσει ταῦτα τῷ κεκτημένῳ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἀλλ' εὐτυχοίτην. τίνι δ' ἐν ἡμέρᾳ γαμεῖ;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ὅταν σελήνης εὐτυχὴς ἔλθῃ κύκλος.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

προτέλεια δ' ἤδη παιδὸς ἔσφαξας θεᾷ;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

μέλλω· 'πὶ ταύτῃ καὶ καθέσταμεν τύχῃ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

κἄπειτα δαίσεις τοὺς γάμους ἐς ὕστερον;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

θύσας γε θῦμ', ὅπερ με χρὴ θῦσαι θεοῖς.

V. 722. Libri: κείνῳ μελήσει ταῦτα τῷ κεκτημένῳ. Certo non sic scripsit Euripides. Reposui κείνην.

V. 723. Libri ἀλλ' εὐτυχείτην. Emendavit Aemilius Portus.

V. 726. Edd. vett. μέλλω γ'· ἐπὶ ταύτῃ. Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. μέλλω· 'πὶ ταύτῃ.

V. 728. Libri: θύσας γε θύμαθ' ἅπερ μ' ἐχρῆν θῦσαι

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἡμεῖς δὲ θοίνην ποῦ γυναιξὶ θήσομεν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἐνθάδε παρ' εὐπρύμνοισιν Ἀργείων πλάταις.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

καλῶς, ἀναγκαίως γε· συνενέγκαι δ' ὅμως.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον, ὦ γύναι; πιθοῦ δέ μοι.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τί χρῆμα; πείθεσθαι γὰρ εἴθισμαι σέθεν.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἡμεῖς μὲν ἐνθάδ', οὗπέρ ἐσθ' ὁ νυμφίος

θεοῖς. Porsonus in Advers. p. 252. *ἅμ' ἐχρῆν* vel *ἅμε χρή.* Matthiae *ἅπερ ἐχρῆν.* Nihil horum verum videtur. Nam hic, si usquam, ambiguitate illa utendum erat, qua Iphigeniae significaretur sacrificium. Quare scripsi *θύσας γε θῦμ' ὅπερ με χρὴ θῦσαι θεοῖς.* Numeri versus rotundiores essent hoc ordine verborum, *θύσας γ' ὅπερ με θῦμα χρὴ θῦσαι θεοῖς.* Sed nihil opus transpositione. Vide Elem. doctr. metr. p. 111.

V. 729. Paris. A. *θύσομεν.*

V. 731. Edd. vett. *καλῶς δ', ἀναγκαίως τε.* Paris. A. B. Flor. 1. 2. omittunt *δ'.* Ad sensum apte Heathius: *καλῶς, ἀναγκαίως δέ.* Molliret tamen, opinor, Clytaemnestra asperitatem dicti hoc modo: *καλῶς γ', ἀναγκαίως δέ.* Sed potuit illud lenius corrigi: *καλῶς, ἀναγκαίως γε.* Nam *καλῶς* simpliciter assentientis est, ut in Oreste v. 1216. et Aristoph. Ran. v. 888. Deinde legebatur *συνένεγκαι δ' ὅμως.* Accentum correxit Musgravius.

V. 733. Edd. *πείθεσθαι γὰρ εἴθισμαι σέθεν.* Paris. A. B. Flor. 1. 2. *εἴθισμ' ἐκ σέθεν.* Id Porsonus in Advers. p. 252. probabat, sed ut *εἴθισμαι 'κ σέθεν* scriberetur, male comparans Soph. El. 411. Eum refutavit Matthiae, quem de constructione illa, *πείθεσθαί τινος*, vide in grammaticae §. 362.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

μητρὸς τί χωρὶς δράσεθ᾽, ἃ μὲ δρᾶν χρεών;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἐκδώσομεν σὴν παῖδα Δαναϊδῶν μέτα.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἡμᾶς δὲ ποῦ χρὴ τηνικαῦτα τυγχάνειν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

χώρει πρὸς Ἄργος, παρθένους τε τημέλει.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

λιποῦσα παῖδα; τίς δ᾽ ἀνασχήσει φλόγα;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἐγὼ παρέξω φῶς ὃ νυμφίοις πρέπει.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

οὐχ ὁ νόμος οὗτος. ἢ σὺ φαῦλ᾽ ἡγεῖ τάδε;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὐ καλὸν ἐν ὄχλῳ σ᾽ ἐξομιλεῖσθαι στρατοῦ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

καλὸν τεκοῦσαν τἀμά γ᾽ ἐκδοῦναι τέκνα.

V. 735. Legebatur *μητρός τι χωρίς*. Emendavit Matthiae. Deinde edd. antiquissimae *ἅν με δρᾶν χρεών*. H. Steph. Cant. Brod. Commelin. P. Steph. *ἄν με*. Paris. A. B. Flor. 1. 2. *ἅ με*. Emendavit Marklandus.

V. 741. Edd. vett. *οὐχ ὁ νόμος οὗτος· καὶ σὺ δὲ φαῦλ᾽ ἡγῇ τάδε*. Paris. A. B. Flor. 1. 2. omittunt *καί*. Elmsleius, *σύ δὲ τί φαῦλ᾽ ἡγεῖ τάδε;* Valckenarius ad Phoen. 346. *καὶ σὺ φαῦλ᾽ ἡγῇ τάδε*. Recepit hoc Matthiae. Utraque emendatio sententiam praebet frigidam. Aptior Musgravii coniectura est, *κἂν σὺ*

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

καὶ τάς γ' ἐν οἴκῳ μὴ μόνας εἶναι κόρας.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὀχυροῖσι παρθενῶσι φρουροῦνται καλῶς.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

πιθοῦ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

μὰ τὴν ἄνασσαν Ἀργείαν θεάν.
ἐλθὼν σὺ τἄξω πρᾶσσε, τὰν δόμοις δ' ἐγώ,
ἃ χρὴ παρεῖναι νυμφίοισι παρθένοις.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οἴμοι· μάτην ἦξ', ἐλπίδος δ' ἀπεσφάλην,
ἐξ ὀμμάτων δάμαρτ' ἀποστεῖλαι θέλων.
σοφίζομαι δὲ κἀπὶ τοῖσι φιλτάτοις
τέχνας πορίζω, πανταχῇ νικώμενος.
ὅμως δὲ σὺν Κάλχαντι τῷ θυηπόλῳ,
τὸ τῆς θεοῦ μὲν φίλον, ἐμοὶ δ' οὐκ εὐτυχές,
ἐξιστορήσων εἶμι μόχθον Ἑλλάδος.

φαῦλ' ἡγῇ τάδε. Videntur metrici versum, in quo syllaba exciderat, male explevisse. Idem factum v. 747. 754. 815. alibi. Mulierem plurimum mori tribuentem quaerere conveniebat ἦ σὺ φαῦλ' ἡγεῖ τάδε. Id ergo reposui.

V. 747. Edd. ἐλθὼν δέ. Par. A. C. Flor. 1. 2. Vict. ἐλθών γε. Recepi Marklandi coniecturam ἐλθὼν σὺ τἄξω πρᾶσσε. Vide ad v. 741.

V. 748. Insolenter dictum νυμφίοισι παρθένοις, ut nesciam an scripserit νυμφίοισι παρθένων, *nuptiis virginum*.

V. 754. Hic quoque, ut ad v. 741. monitum, elapsa voce malum versui fulcrum adhibuerunt metrici. Soloecum est enim, quod libri habent, τὸ τῆς θεοῦ φίλον γ', ἐμοὶ δ' οὐκ εὐτυχές. Quare ex linguae lege τὸ τῆς θεοῦ μὲν φίλον reposui.

V. 755. Non recte virgula interpungebatur post εἶμι. Non

χρὴ δ᾽ ἐν δόμοισιν ἄνδρα τὸν σοφὸν τρέφειν
γυναῖκα χρηστὴν κἀγαθήν, ἢ μὴ γαμεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

ἥξει δὴ Σιμόεντα καὶ *στροφή.*
δίνας ἀργυροειδεῖς
ἄγυρις Ἑλλάνων στρατιᾶς
ἀνά τε ναυσὶν καὶ σὺν ὅπλοις
Ἴλιον ἐς τὸ Τροίας
Φοιβήϊον δάπεδον,
τὰν Κασσάνδραν ἵν᾽ ἀκούω
ῥίπτειν ξανθοὺς πλοκάμους,
χλωροκόμῳ στεφάνῳ δάφνας
κοσμηθεῖσαν, ὅταν θεοῦ
μαντόσυνοι πνεύσωσ᾽ ἀνάγκαι.
στάσονται δ᾽ ἐπὶ περγάμων *ἀντ.*
Τροίας ἀμφί τε τείχη
Τρῶες, ὅταν χάλκασπις Ἄρης
πόντιος εὐπρῴροισι πλάταις

---

enim μόχθον Ἑλλάδος **in appositione adiectum est praecedentibus, sed praecedens versus appositionem continet ad** μόχθον Ἑλλάδος.

V. 756. 757. Libri:

χρὴ δ᾽ ἐν δόμοισιν ἄνδρα τὸν σοφὸν τρέφειν
γυναῖκα χρηστὴν κἀγαθήν, ἢ μὴ τρέφειν.

Hoc si inversum diceretur, ἢ μὴ τρέφειν γυναῖκα, ἢ χρηστὴν κἀγαθὴν τρέφειν, **recte se haberet. Sic vero, ut in libris est, vix poterit sententia absurditatis reprehensione liberari. Sed quis dubitet, quin hic error sit librarii, verbum in superiore versu positum per negligentiam repetentis? Euripides scribere debuit, quod reposui,** γαμεῖν.

V. 761. Edd. ναυσίν. **Paris. A. B. Flor. 1. 2.** ναυσί.

V. 764. Edd. τὰν Κασσάνδραν. **Par. C. Flor. 2.** τὰν Κασάνδραν. **Flor. 1.** τὰν Κανσάνδραν. **Vide ad Hecub. v. 86. Articulum non debebat Matthiae delere.**

V. 768. Edd. παντόσυνοι. **Emendatam scripturam praebuerunt Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict.**

V. 772. Edd. εὐπόροισι. **Flor. 1. 2. Vict.** εὐπρώροις. **Paris. A. B. C.** εὐπρῴροισι.

εἰρεσίᾳ πελάζῃ
Σιμουντίοις ὀχετοῖς,
τὰν τῶν ἐν αἰθέρι δισσῶν
Διοςκούρων Ἑλέναν
ἐκ Πριάμου κομίσαι θέλων
εἰς γᾶν Ἑλλάδα δοριπόνοις
    ἀσπίσι καὶ λόγχαις Ἀχαιῶν·
Πέργαμον δὲ Φρυγῶν πόλιν   ἐπῳδ.
λαΐνους περὶ πύργους
κυκλώσας δορὶ φοινίῳ,
λαιμητόμους κεφαλὰς
σπάσας πόλισμα Τροίας,
πέρσας κατάκρας πόλιν,
θήσει κόρας πολυκλαύτους

V. 775. Paris. A. omittit ἐν, quem librum non recte sequutus est Matthiae.

V. 781. Paris. A. B. λαΐνους, supra scripto αι, i. e. λαϊνέους.

V. 782. Libri Ἄρει φοινίῳ. Metro ut consuleret, Matthiae scripsit φονίῳ. At non haec vox, sed quae praecedit, emendatione indigebat. Senserunt enim viri docti, ineptum esse Ἄρης Ἄρει κυκλώσας, sed ad remotiora coniectando aberrarunt, non videntes, quod proximum erat, scribendum esse δορὶ φοινίῳ.

V. 783. Edd. λαιμητόμους. Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. λαιμοτόμους, quod quum sequerentur Marklandus et Matthiae, addere huic versui debebant σπάσας. Sed codices isti omnes saepe deteriorem quam edd. scripturam habent. De interpunctione dicam ad v. 785.

V. 785. Offensui fuit viris doctis πόλιν, quod alii in πάλιν mutari voluerunt, Matthiae autem ut ab interprete adscriptum uncis inclusit. Nimirum virgula distinguebant post σπάσας. At in Aldina aliisque antiquis edd. hi versus rectissime ita scripti interpunctique sunt:

λαιμητόμους κεφαλὰς
σπάσας πόλισμα Τροίας,
πέρσας κατάκρας πόλιν,
θήσει κόρας πολυκλαύτους.

Πόλισμα dicit πολίτας, *cives Troiae iugulatos iugulandosve capitibus trahens.* Eadem constructionis forma utitur v. 798. seq.

V. 786. Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. πολυκλαύατους.

δάμαρτά τε Πριάμου.
ἁ δὲ Διὸς Ἑλένα κόρα
* * * πολύκλαυτος
εἴσεται πόσιν προλιποῦσα. μήτ᾽ ἐμοί,
μήτ᾽ ἐμοῖσι τέκνων τέκνοις
ἐλπὶς ἅδε πότ᾽ ἔλθοι,
οἵαν αἱ πολύχρυσοι
Λυδαὶ καὶ Φρυγῶν ἄλοχοι
στήσουσι παρ᾽ ἱστοῖς
μυθεῦσαι τάδ᾽ ἐς ἀλλήλας·

V. 789. 790. Libri πολύκλαυτος ἐσεῖται, cum dialecti vitio, sententiaeque languore intolerabili. Frustra emendationem quaesiverunt viri docti, quae in promptu erat, si cogitassent duarum vocalium sedem esse commutandam. Scribendum erat εἴσεται: *multo cum luctu sentiet se deseruisse maritum*. In edd. antiquis versus ita descripti:

ἁ δὲ Διὸς Ἑλένα
κόρα πολύκλαυτος ἐσεῖται
πόσιν προλιποῦσα.

Hi numeri non concinunt cum reliquis. Reposito εἴσεται idem habemus metri genus, quo est versus 800. Sed πολύκλαυτος quum nec per se solum pro integro versu esse, nec praecedenti versui recte adiici possit, lacunae signa posui. Puto Euripidem, quod non minus ad sententiam fortius, quam necessarium propter numeros videtur, tale quid scripsisse:

πολύδακρυς, πολύκλαυτος.

V. 790. Haec duo verba μήτ᾽ ἐμοί, in edd. veteribus unum versum constituunt, favente quidem interpunctione. Matthiae ea cum praecedentibus copulavit.

V. 791. Paris. C. τέκνοισιν, quod neglexit Matthiae. Posset quis ex hac scriptura coniicere legendum esse μήτ᾽ ἐμοῖσι τέκνοισιν, omisso τέκνων. Sed gravior est librorum lectio: neque quod potuit scribi pro scripto habendum: alioquin etiam praecedens versiculus cum hoc versu in unum Glyconeum cogi posset hoc modo, ἐμοί, μήτ᾽ ἐμοῖσι τέκνοις.

V. 796. Librorum scripturam μυθεῦσαι, quod huius formae nulla auctoritas sit, Matthiae in μυθεύουσαι mutavit, ex quo insolentius contractum, dubitanter tamen, μυθεῦσαι putabat Elmsleius ad Med. 413. quod iure miratus est Göttlingius ad Hesiod. Theog. 39. Metri ratio vocabulum requirit trisyllabum, neque ego quidem corrigi velim μυθεῦσαι. Nam etiam μυθέω dictum esse Photii adnotatio docet, μυθήσας, εἰπών.

τίς ἄρα μ' εὐπλοκάμους κόμας
ῥῦμα δακρυόεν τανύσας
πατρίδος ὀλλυμένας ἀπολωτιεῖ
διὰ σέ, τὰν κύκνου δολιχαύχενος γόνον,
εἰ δὴ φάτις ἐτήτυμος, ὥς σ'
ἔτεκεν ὄρνιθι πταμένῳ,
Διὸς ὅτ' ἀλλάχθη δέμας,
εἴτ' ἐν δέλτοις Πιερίσιν
μῦθοι τάδ' ἐς ἀνθρώπους
ἤνεγκαν παρὰ καιρὸν ἄλλως.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ποῦ τῶν Ἀχαιῶν ἐνθάδ' ὁ στρατηλάτης;
τίς ἂν φράσειε προσπόλων τὸν Πηλέως

V. 798. Edd. vett. ἔρυμα δακρυόεντ' ἀκούσας. Paris. A. B. C. δακρυόεντ' ἀνύσας. Vict. δακρυόεντα νύσας. Flor. 1. 2. δακρυόεν τανύσας. Mira hariolati sunt viri docti in sententia apertissima. Scribendum erat enim ῥῦμα. Εὐπλοκάμους κόμας ῥῦμα δακρυόεν τανύειν est ***comas lacrimoso tractu tendere.*** Declarat rem Aeschylus in Sept. ad Thebas v. 332. capta urbe mulieres dicens ἄγεσθαι ἱππηδὸν πλοκάμων, et similiter in Suppl. v. 438. ipseque Euripides infra v. 1371.

ἄξει δ' οὐχ ἑκοῦσαν ἁρπάσας;
δηλαδὴ ξανθῆς ἐθείρης.

Confer etiam v. 1464. Neque enim, ut Matthiae volebat, iungenda sunt μ' εὐπλοκάμους κόμας ἀπολωτιεῖ, sed ἀπολωτιεῖ με πατρίδος.

V. 799. Libri οὐλομένας. Erfurdtius ad Soph. Antig. 833. ὀλλυμένας.

V. 801. Edd. vett. sic:

εἰ δὴ φάτις ἔτυμος,
ὡς ἔτυχε Λήδ' ὄρνιθ' ἱπταμένῳ.

Paris. B. Flor. 1. 2. ἔτυχεν. Paris. A. ἔτυχες. Musgravius coniecit ὥς σ' ἔτεκε: Marklando debetur ὄρνιθι πταμένῳ. Alia inventa praetereo. Decepit viros doctos adiectum ab interprete Λήδ, i. e. Λήδα, quum non animadverterent κύκνου δολιχαύχενος non de patre, sed de ipsa Leda matre esse dictum. Inde reposito quod metrum poscit ἐτήτυμος, facilis erat quam exhibui emendatio. Patet enim quo referatur ἔτεκεν, scilicet ὁ κύκνος, ἡ Λήδα.

V. 803. Flor. 1. ἀλλάχη.

V. 804. Vulgo Πιερίσι. Recte Flor. 1. Πιερίσιν.

ζητοῦντά νιν παῖδ' ἐν πύλαις Ἀχιλλέα;
οὐκ ἐξ ἴσου γὰρ μένομεν Εὐρίπου πνοάς;
οἳ μὲν γὰρ ἡμῶν ὄντες ἄζυγες γάμων
οἴκους ἐρήμους ἐκλιπόντες ἐνθάδε
θάσσουσ' ἐπ' ἀκταῖς, οἳ δ' ἔχοντες εὐνίδας
καὶ παῖδας· οὕτω δεινὸς ἐμπέπτωκ' ἔρως
τῆσδε στρατείας οὐκ ἄνευ θεῶν τινός.

V. 810. Libri: *οὐκ ἐξ ἴσου γὰρ μένομεν Εὐρίπου πύλας.* Barnesius in margine *πύλαις* et *πέλας* adnotavit. Et *πύλαις* coniecit Vossius, *πέλας* autem probarunt Marklandus atque alii. Nec profecto esset cur id repudiaretur, nisi mirum accideret quod etiam v. 820. in simillimis verbis, *Εὐρίπου πνοαῖς*, aliquid vitii esse videretur. Scilicet aberraverat librarius oculis in scribendo utroque versu ad alterum, quumque hic *πνοάς* scribere deberet, *πύλας*; ubi autem *πύλαις*, *πνοαῖς* posuit. Intellige autem ventos Euripi eos, qui cessante instabili reciprocatione navigandi copiam faciant. Praeterea non viderunt interpretes, interrogantem haec dicere Achillem. Aliter enim inepta est oratio. Nam quanta cupiditate bellandi flagret Graecia, non eo, quod diversa est coniuges et liberos habentium et eorum qui non habent conditio, sed eo, quod par est utrorumque studium, cognoscitur.

V. 813. Libri *θάσσουσ' ἐπ' ἀκτάς*, quod frustra defenditur. Scripsit Euripides hic, ut alibi, *θάσσουσ' ἐπ' ἀκταῖς*, non quod per rationem grammaticam stare accusativus nequeat, sed quia absurdus esset ad sententiam. Significaret enim eos sessum venisse ad littus.

V. 814. Libri: *οἳ δ' ἔχοντες εὐνίδας, ἄπαιδες.* Optime Musgravius *καὶ παῖδας* correxit. Argute non apto loco loqueretur Euripides, si, ut Matthiae vulgatam explicat, uxores quidem habentes diceret, sed non filios, qui ipsorum opes absentium tuerentur. Hic, ubi communis omnium et par bellum inferendi cupiditas describitur, non erat aliud dicendum, quam aeque et qui nondum uxores duxissent, et qui uxores et liberos haberent, bellum expetere.

V. 815. Libri haec sic scripta praebent: *οὕτω δεινὸς ἐμπέπτωκ' ἔρως τῆσδε στρατείας Ἑλλάδι γ' οὐκ ἄνευ θεῶν.* Porsonus in praefatione Hecubae p. 22. scribebat *Ἑλλάδ' οὐκ*, non timendum de elisione, quae paullo rarior sit, dicens. At haec elisio tamen valde suspecta est, neque videtur, hic quidem, defendi posse. Elmsleius in addendis ad Heracl. 693. probabat quidem correctionem illam, sed ut accusativum cum *ἐμπέπτωκε* constructum crederet, cuius constructionis exemplum, sed illud tamen non omni dubitatione vacuum, in Sophoclis Oed. Col. 942. invenitur. Ad

τοὐμὸν μὲν οὖν δίκαιον ἐμὲ λέγειν χρεών.
ἄλλος δ' ὁ χρῄζων αὐτὸς ὑπὲρ αὑτοῦ φράσει.
γῆν γὰρ λιπὼν Φάρσαλον ἠδὲ Πηλέα
μένω 'πὶ λεπταῖς ταῖςδέ γ' Εὐρίπου πύλαις

Medeae v. 93. autem nota *i.* idem vir deletis Ἑλλάδι γ' coniecit scribendum esse οὐκ ἄνευ θεῶν τινός. Id ego non dubito quin statuerit rectissime, licet non videatur penitus eius emendationis rationem perspectam habuisse, qui ad eam commendandam nihil nisi aliquot exempla illius formulae attulerit. At vero gravius etiam, nisi fallor, ab sententia argumentum accedit. Nam quae οὐκ ἄνευ θεῶν fieri dicuntur, propitiis atque adiuvantibus diis intelliguntur geri; quum quid autem οὐκ ἄνευ θεῶν τινὸς accidere Graeci dicunt, non cogitant favorem dei atque auxilium, sed gubernationem rerum humanarum et potentiam humanis viribus maiorem, sive ea secunda sit hominibus et benefica, sive adversa et perniciosa. Atqui Achilles hic non de voluntate deorum propitia loquitur: incertus est enim belli eventus, et potius adversi videri debebant dii, qui ventum secundum classi non concederent: sed illud dicit, cupiditate Troiam petendi tanta exarsisse Graecos, quanta non videretur nisi divinitus potuisse excitari, aliquo deorum scilicet vel Troiam vel Graecos perdere volente. Hoc igitur potissimum argumento motus recepi emendationem Elmsleii. Saepius autem metricos versum omissione vitiatum male integrasse monitum est ad v. 741.

V. 817. Vict. ὑπὲρ αὑτοῦ. Atque ita H. Stephanus edidit. Ald. et caeterae edd. vett. ὑπὲρ αὐτοῦ.

V. 818. Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. Φαρσάλιον. Veram scripturam impressi libri habent. Bene animadvertit Hieronymus Columna, ex iis, quae hic Achilles dixit, Ennium in sua Iphigenia expressisse illa, quae choro adscripta attulit Gellius XIX. 10. Neque enim ex virginibus Chalcidicis ille chorum composuit, sed ex Graecis militibus. Versus Ennii sic videntur restituendi esse:

otio qui nescit uti, * * * * * * * *
plus negoti habet, quam quom est negotium in negotio.
nam quoi quod agat institutum est, non ullo negotio
id agitat, studet ibi, mentem atque animum delectat suum.
otioso in otio animus hominis nescit quid velit.
hoc idem est: nam neque domi nunc nos nec militiae sumus.
imus huc, hinc illuc: quum illuc ventum est, ire illinc lubet:
incerte errat animus: praeter propter vitam vivitur.

V. 819. Libri: μένω 'πὶ λεπταῖς ταῖςδέ γ' Εὐρίπου πνοαῖς. Blomfieldius in Museo critico II. p. 188. corrigebat ταισίδ'. Non mutem librorum scripturam. Aegre moram ferentis hoc γὲ est. Sed μένειν ἐπὶ λεπταῖς πνοαῖς Εὐρίπου quid sit, frustra quaere-

Μυρμιδόνας ἴσχων, οἵ μ' ἀεὶ προςκείμενοι
λέγουσ', Ἀχιλλεῦ, τί μένομεν; ποῖον χρόνον
ἔτ' ἐκμετρῆσαι χρὴ πρὸς Ἴλιον στόλου;
δρᾶ γ', εἴ τι δράσεις, ἢ ἄπαγ' οἴκαδε στρατόν,
τὰ τῶν Ἀτρειδῶν μὴ μένων μελλήματα.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὦ παῖ θεᾶς Νηρῆδος, ἔνδοθεν λόγων
τῶν σῶν ἀκούσασ' ἐξέβην πρὸ δωμάτων.

---

tur. Dixi supra ad v. 810. duorum versuum extrema verba ab librariis esse permutata, quodque illic legebatur *πύλας*, terminatione mutata, ad hunc versum pertinere. Quas dicit *λεπτὰς Εὐρίπου πύλας*, pars est Euripi ea, qua fretum est angustissimum. Apte commemoraverat Marklandus Ionis Chii versus apud Strabonem I. p. 60.

Εὐβοΐδα μὲν γῆν λεπτὸς Εὐρίπου κλύδων
Βοιωτίας ἀκτῆς ἐχώρισ' ἐκτεμὼν
πρυβλῆτα πορθμόν.

V. 822. Edd. *ποῖον χρόνον ἔτ' ἐκμετρῆσαι χρὴ πρὸς Ἴλιον στόλον;* Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. *Ἰλίου.* Videtur haec grammatici cuiuspiam correctio esse, qui quod sentiret incommode *στόλον* dici *ἐκμετρῆσαι χρόνον*, ita construi verba voluerit, *ποῖον χρόνον ἔτ' ἐκμετρῆσαι ἡμᾶς χρὴ πρὸς στόλον Ἰλίου*: non male quidem: nam sic Sophocles Philoct. 43.

ἀλλ' ἢ 'πὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν;

et Euripides Iph. Taur. 1065.

ὁρᾶτε δ', ὡς τρεῖς μία τύχη τοὺς φιλτάτους
ἢ γῆς πατρῴας νόστος ἢ θανεῖν ἔχει.

Quibus defenditur in Orphei Argonaut. v. 141. (144.) *νόστον δ' οἴκοιο λαθέσθαι.* Sed tamen aliquanto veri similius videtur, *στόλον* per errorem pro *στόλου* scriptum esse, praesertim quum eodem plane modo dictum sit illud v. 971.

ἔδωκά τὰν Ἕλλησιν, εἰ πρὸς Ἴλιον
ἐν τῷδ' ἔκαμνε νόστος.

Quare *στόλου* reposui.

V. 823. Non saepe usu venit, ut *γὲ* cum imperativo consociari possit: sed invenitur tamen, ut in Sophoclis Philoct. 1003. *ξυλλάβετέ γ' αὐτόν*, et in Eurip. Suppl. 844. *εἰπέ γ'*.

V. 824. Edd. vett. *μελήματα.* *Μελλήματα* scribendum esse vidit Aemilius Portus, habentque Paris. A. B. Flor. 1. 2. Vict.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ὦ πότνι᾽ αἰδώς, τήνδε τίνα λεύσσω ποτὲ
γυναῖκα, μορφὴν εὐπρεπῆ κεκτημένην;

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

οὐ θαῦμά σ᾽ ἡμᾶς ἀγνοεῖν, οὓς μὴ πάρος
κατεῖδες· αἰνῶ προσσέβειν τὸ σωφρονεῖν.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

τίς δ᾽ εἶ; τί δ᾽ ἦλθες Δαναΐδῶν εἰς σύλλογον
γυνὴ πρὸς ἄνδρας ἀσπίσιν πεφραγμένους;

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Λήδας μέν εἰμι παῖς, Κλυταιμνήστρα δέ μοι
ὄνομα, πόσις δέ μοὖστὶν Ἀγαμέμνων ἄναξ.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

καλῶς ἔλεξας ἐν βραχεῖ τὰ καίρια.
αἰσχρὸν δέ μοι γυναιξὶ συμβάλλειν λόγους.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

μεῖνον· τί φεύγεις; δεξιάν τ᾽ ἐμῇ χερὶ
σύναψον, ἀρχὴν μακαρίαν νυμφευμάτων.

V. 830. Edd. *αἰνῶ δ᾽ ὅτι σέβεις τὸ σωφρονεῖν.* Paris. A. B. C. et lib. P. Vict. *ὅτι προσέβης ἂν τὸ σωφρονεῖν.* In Flor. 1. 2. pro *κατεῖδες· αἰνῶ* esse dicitur *προσέβης ἂν αἰνῶ.* Matthiae hanc scripturam ex *ὁπσεβης* pro *ὅτισεβης* natam putat. Non est hoc veri simile, praesertim quum non appareat unde *ἂν* venerit. Vix enim ullus interpres aut emendator *ὅτι σέβοις ἂν* adscripsisset. Potius vulgata scriptura, quamvis elegans, interpretis vel correctoris esse videtur. Illud autem, *προσέβης ἂν* nihil aliud esse puto quam quod primitus *προσέβεις* supra posito *ειν* erat. Ita nanciscimur lectionem elegantem, eamque talem quam pateat per id, quod in impressis est, explicatam esse: *αἰνῶ προσσέβειν τὸ σωφρονεῖν.* Rarius verbum est *προσσέβειν,* quo usus est Aeschylus in Sept. ad Theb. 1031.

μήτ᾽ ὀξυμόλποις προσσέβειν οἰμώγμασιν.

V. 834. Legebatur *μοι ᾽στίν,* quod correxit Matthiae.

V. 837. Libri et scripti et impressi *δεινόν.* *Μεῖνον.* scri-

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

χαῖρ'· οὐ γὰρ ὀρθοῖς ὄμμασίν σ' ἔτ' εἰσορῶ,
ψευδὴς γενομένη καὶ παθοῦσ' ἀνάξια.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

καὶ σοὶ τόδ' ἐστὶν ἐξ ἐμοῦ· πόσιν δὲ σὸν
στείχω ματεύσων τῶνδε δωμάτων ἔσω.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

ὦ ξέν', Αἰακοῦ γένεθλον, μεῖνον, ὦ, σέ τοι λέγω,
τὸν θεᾶς γεγῶτα παῖδα, καὶ σέ, τὴν Λήδας κόρην.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

τίς ὁ καλῶν πύλας παροίξας; ὡς τεταρβηκὼς καλεῖ.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

δοῦλος, οὐχ ἁβρύνομαι τῷδ'· ἡ τύχη γάρ μ' οὐκ ἐᾷ.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

τίνος; ἐμὸς μὲν οὐχί· χωρὶς τἀμὰ κἀγαμέμνονος.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

τῆςδε, τῶν πάροιθεν οἴκων, Τυνδάρεω δόντος πατρός.

V. 857. Flor. 1. 2. omittunt σ' post ὄμμασιν.

V. 859. Libri καί σοι. Corrigendum monuit Matthiae.

V. 861. In Paris. C. Vict. πρεσβύτης appellatur, quae hic introducitur persona. Sequutus est recte Marklandus, monens ex v. 897. cognosci, eum ipsum esse hunc senem, qui in exordio fabulae ab Agamemnone cum litteris ad Clytaemnestram mittebatur. Et concinunt etiam quae v. 866. 877. seqq. dicuntur cum iis quae dixerat v. 46. In caeteris codd. et edd. θεράπων. In fine versus Flor. 1. ὡς ἔτι λέγω. Caeteri libri, ὡς σέ τοι λέγω. Emendavit Marklandus.

V. 863. Par. A. ἀνοίξας, supra scripto παρ.

V. 864. Vict. τῷδ', supra scripto ο. Deinde libri ἡ τύχη γάρ μ' οὐκ ἐᾷ, in quo numerorum caussa deleri μ' iussit Elmsleius, non dissimilia ille tamen ferens ad Medeam v. 326.

V. 866. Vulgo τῶνδε τῶν πάροιθεν οἴκων. Paris. A. Flor.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ἕσταμεν· φράζ', εἴ τι χρῄζεις, ὧν μ' ἐπέσχες οὕνεκα.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

ἦ μόνω γὰρ οἵδε δῆτα ταῖςδ' ἐφέστατον πύλαις;

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ὡς μόνοις λέγοις ἄν· ἔξω δ' ἐλθὲ βασιλικῶν δόμων.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

ὦ τύχη πρόνοιά θ' ἣ μή, σῶσον οὓς ἐγὼ θέλω.

---

1. 2. *τῆςδε τῆς πάροιθεν οἴκων*. Id receperunt Musgravius, Gaisfordius, Matthiae, alii. Non probo. Nam etsi *οἶκος* non minus de domo regia, quae in scena conspicitur, dici solet quam *δόμοι*, *δώματα*, *μέλαθρα*, tamen vereor ne non facile *πρόσθεν* vel *πάροιθεν οἴκων* dictum inveniatur, quia *οἶκοι* interiora aedium intelliguntur, ut illa quidem recte se habeant, *εἰς οἴκους*, *ἐξ οἴκων*, *ἐν οἴκοις*, atque alia, quorum similis ratio est, sed non aeque, quae nihil ad interna pertinent. Itaque posui *τῆςδε*, *τῶν πάροιθεν οἴκων*, *huius*, *ex priore domo*. Hinc simul patet, qui factum sit ut librarii in *τῶνδε τῶν πάροιθεν οἴκων* inciderent.

V. 868. Edd. antiquissimae *ἦ μόνῳ πάροιθεν δῆτα παῖδ' ἐφέστατον πύλαις*. Quibus non debebat Matthiae Hervagianam secundam adnumerare, (priorem inspicere mihi non licuit) in qua dualis *μόνω* primum est restitutus. Canteri editio deinde *παῖς δ'*. Commeliniana *ταῖς δ'*. P. Stephani *ταῖςδ'*, uti scriptum in MSS. Parisinis, Florentinis, Vict. Sed tollendum erat aliud quoque vitium, *πάροιθεν*. Nam etsi illud facile concedam, dici posse *πάροιθε ταῖςδε πύλαις ἐφίστασθαι*, tamen nemo non sentiet, inutile esse istud *πάροιθε*, quia qui non sunt intus, non possunt ad fores nisi ante domum adstare. Illud potius requirebat usus ut diceretur *hic ad fores*. Animadvertit hoc Bothius, qui *παρόντε* coniecit, in quod incidit etiam Lentingius, cuius vide addenda ad Androm. v. 361. Ego quidem scripsi, *ἦ μόνω γὰρ οἵδε δῆτα ταῖςδ' ἐφέστατον πύλαις;*

V. 869. Flor. 1. *λέγεις*. Hic versus in libris Clytaemnestrae tributus est. Paullo hoc tolerabilius esset, si etiam v. 871. a Clytaemnestra diceretur. Sed non apparet ulla caussa, cur haec iam ordinem diverbii interpellat. Id tum demum fieri debet, quum dixit senex quod ipsam tangeret atque ad partes vocaret. Id quod apertum est fieri eo dicto, quod continetur v. 870. ad quod et Achilles et ipsa respondet.

V. 870. Pro *σῶσον οὓς* Paris. B. *σώσουσ'*. Paris. A. Flor. 1. 2. Vict. *σώσας*.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ὁ λόγος εἰς μέλλοντ' ἂν ὡς δὴ χρόνον· ἔχει δ' ὄκνον τινά.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

δεξιᾶς ἕκατι μὴ μέλλ', εἴ τί μοι χρήζεις λέγειν.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

οἶσθα δῆτά μ' ὅςτις ὢν σοὶ καὶ τέκνοις εὔνους ἔφυν;

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

οἶδά σ' ὄντ'-ἐγὼ παλαιὸν δωμάτων ἐμῶν λάτριν.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

χὤτι μ' ἐν ταῖς σαῖσι φερναῖς ἔλαβεν Ἀγαμέμνων ἄναξ.

V. 871. Libri: ὁ λόγος εἰς μέλλοντ' ἂν ὥση χρόνον· ἔχει δ' ὄγκον τινά. Scaliger, εἰς μέλλοντ' ἂν εἴη. Reiskius, εἰς μέλλοντα λεύσσει. Boeckhii et Heindorfii coniecturam, εἰς μέλλοντ' ὀνήσει, propositam in Annalibus Heidelbergensibus a. 1809. fasc. II. non memoravit Matthiae. Marklandus, εἰς μέλλοντ' ἀνοίσει. Rem quae agitur consideranti non potest obscurum esse, Scaligerum et Reiskium, quum de eo quod futurum esset Achillem cogitare animadverterunt, aliquid veri vidisse, sed neglexisse quod praecipuum est, non aliquando, sed iam imminere aliquid mali dicendum fuisse. Deinde autem prorsus ineptum est ἔχει δ' ὄγκον τινά. Hoc quidem mirum est non vidisse viros doctos Euripidem sic scripsisse: ἔχει δ' ὄκνον τινά. Sed etiam priora unius litterae adiectione emendari poterunt: ὁ λόγος εἰς μέλλοντ' ἂν ὡς δὴ χρόνον, i. e. ὁ λόγος ἐστὶν ὡς εἰς ἤδη ἂν μέλλοντα χρόνον, sive ὡς εἰς ἃ μέλλοι ἂν ἤδη γενέσθαι: *hoc dictum est ut in tempus iam instans: sed habet aliquid timoris.*

V. 872. Edd. vett. μή μελ'. Barnesio tribuit Matthiae μὴ μέλλ', sed ediderant sic iam Brodaeus et H. Stephanus, habentque Paris. G. Flor. 1. 2. Vict.

V. 873. Libri οἶσθα δῆτά γ'. Porsonus in Advers. p. 253. οἶσθα δῆτά μ', probante Elmsleio ad Med. 1334. not. *f.* XI. propter interrogationem, cuius notam sustulit Matthiae, servato γε, quod quum ne sic quidem vim habere dicat, ipse quoque videtur με dare voluisse.

V. 875. Edd. vett. χὤτι δή με ταῖς σαῖς φερναῖς. Paris.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἦλθες εἰς Ἄργος μεθ' ἡμῶν, κἀμὸς ἦσθ' ἀεί ποτε.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

ὧδ' ἔχει· καὶ σοὶ μὲν εὔνους εἰμί, σῷ δ' ἧσσον πόσει.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἐκκάλυπτέ νύν ποθ' ἡμῖν, οὕστινας λέγεις λόγους.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

παῖδα σὴν πατὴρ ὁ φύσας αὐτόχειρ μέλλει κτανεῖν.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

πῶς; ἀπέπτυσ', ὦ γεραιὲ, μῦθον· οὐ γὰρ εὖ φρονεῖς.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

φασγάνῳ λευκὴν φονεύων τῆς ταλαιπώρου δέρην.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὢ τάλαιν' ἐγώ. μεμηνὼς ἆρα τυγχάνει πόσις;

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

ἀρτίφρων, πλὴν εἰς σὲ καὶ σὴν παῖδα· τοῦτο δ' οὐ φρονεῖ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἐκ τίνος λόγου; τίς αὐτὸν οὑπάγων ἀλαστόρων;

A. B. C. Flor. 1. 2. χῶτι μ' ἐν ταῖς σαῖσι φερναῖς. Sic etiam Vict. nisi quod μὲν pro μ' ἐν.

V. 878. Vulgo ἐκκάλυπτε νῦν ποθ'. Pro ποθ' Flor. 1. 2. πείθ'.

V. 881. Edd. vett. τὴν ταλαιπώρου. Paris. A. B. Flor. 1. 2. τῆς ταλαιπώρου.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

θέσφαθ᾽, ὥς γέ φησι Κάλχας, ἵνα πορεύηται στρατὸς

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ποῖ; τάλαιν᾽ ἐγώ, τάλαινα δ᾽ ἣν πατὴρ μέλλει κτανεῖν.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

Δαρδάνου πρὸς δώμαθ᾽, Ἑλένην Μενέλεως ὅπως λάβῃ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

εἰς ἄρ᾽ Ἰφιγένειαν Ἑλένης νόστος ἦν πεπρωμένος;

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

πάντ᾽ ἔχεις· Ἀρτέμιδι θύσειν παῖδα σὴν μέλλει πατήρ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὁ δὲ γάμος τίν᾽ εἶχε πρόφασιν, ᾗ μ᾽ ἐκόμισεν ἐκ δόμων;

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

ἵν᾽ ἀγάγοις χαίρουσ᾽ Ἀχιλλεῖ παῖδα νυμφεύσουσα σήν.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὦ θύγατερ, ἥκεις ἐπ᾽ ὀλέθρῳ καὶ σὺ καὶ μήτηρ σέθεν.

V. 887. Flor. 1. 2. λάβοι.

V. 890. Edd. vett. τίν᾽ εἶχε τὴν πρόφασιν. Omittunt τὴν Paris. B. Flor. 1. 2. Deinde legebatur ἥ μ᾽ ἐκόμισ᾽ ἐκ δόμων. Marklandus ἐκόμισεν. Musgravius ᾧ μ᾽ ἐκόμισεν ἐκ δόμων. quod Matthiae ne memoratu quidem dignum habuit. Lenius tamen est, quod Bothius coniecit, ᾗ, quod sic intelligendum: *nuptiarum autem quis ille praetextus est, quo me arcessivit?*

V. 891. Edd. vett. ἵν᾽ ἀγάγῃς χαίρουσ᾽ Ἀχιλλεῖ παῖδα νυμφεύουσα σήν. Recte Blomfieldius in Museo critico II. p. 189. ἵν᾽ ἀγάγοις. Barnesius νυμφεύσουσα correxit. Libri νυμφεύουσα.

V. 892. Flor. 1. 2. ὀλέθρῳ σὴ καὶ μήτηρ σέθεν, si recte indicavit Matthiae, cuius adnotatio facit ut ὀλέθρῳ σῷ scriptum esse in libris illis suspicer. Illud valde miror, quod, quum optima esset vulgata scriptura, istorum codicum vitiis adductus est ut ederet:

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

οἰκτρὰ πάσχετον δύ' οὖσαι· δεινὰ δ' Ἀγαμέμνων ἔτλη.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

οἴχομαι τάλαινα, δάκρυόν τ' ὄμματ' οὐκέτι στέγει.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

εἴπερ ἀλγεινὸν τὸ τέκνων στερομένην δακρυῤῥοεῖν.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

σὺ δὲ τάδ', ὦ γέρον, πόθεν φῂς εἰδέναι πεπυσμένος;

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

δέλτον ᾠχόμην φέρων σοι πρὸς τὰ πρὶν γεγραμμένα.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

οὐκ ἐῶν, ἢ ξυγκελεύων παῖδ' ἄγειν θανουμένην;

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

μὴ μὲν οὖν ἄγειν· φρονῶν γὰρ ἔτυχε σὸς πόσις τότ' εὖ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

κᾆτα πῶς φέρων γε δέλτον οὐκ ἐμοὶ δίδως λαβεῖν;

θύγατερ, ἥκεις ἐπ' ὀλέθρῳ σῷ καὶ σὺ καὶ μήτηρ σέθεν. **Quo modo non scripsisse Euripidem vel illud monstrat, quod hic non recte diceretur** θύγατερ **sine** ὦ.

V. 894. Edd. vett. δακρύοντ' ὄμματ'. **Barnesius** δάκρυόν τ' ὄμματ', **in margine etiam** δάκρυ τ' **et** δάκρυα τ' **adnotans. Matthiae** δάκρυον ὄμματ' **edidit, eiecto** τ'.

V. 895. Pro τέκνων **Paris. A.** παίδων.

V. 900. Porsonus in Advers. p. 253. probante Elmsleio ad Med. 1334. not. *f.* XII. κᾆτα πῶς φέρων σὺ δέλτον, **quod scilicet** γε **in interrogatione locum non habeat. At recte Matthiae hoc** γε **ad solum** φέρων **pertinere monuit.**

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

Μενέλεως ἀφείλεθ᾽ ἡμᾶς, ὃς κακῶν τῶνδ᾽ αἴτιος.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὦ τέκνον Νηρῇδος, ὦ παῖ Πηλέως, κλύεις τάδε;

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ἔκλυον οὖσαν ἀθλίαν σε, τὸ δ᾽ ἐμὸν οὐ φαύλως φέρω.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

παῖδά μου κατακτενοῦσι σοῖς δολώσαντες γάμοις.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

μέμφομαι κἀγὼ πόσει σῷ, κοὐχ ἁπλῶς οὕτω φέρω.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

οὐκ ἐπαιδεσθησόμεσθα προςπεσεῖν τὸ σὸν γόνυ,
θνητὸς ἐκ θεᾶς γεγῶτα· τί γὰρ ἐγὼ σεμνύνομαι;
ἐπὶ τίνι σπουδαστέον μοι μᾶλλον, ἢ τέκνου πέρι;

V. 901. Porsonus ad Med. 333. *τῶνδ᾽ ὃς αἴτιος κακῶν*, ut in Medea legitur. Defendit vulgatum Elmsleius ad Med. 326.

V. 906. Libri *οὐκ ἐπαιδεσθήσομαί γε*. Marklandus, non male, inquit, scriberetur *οὐκ ἐπαιδεσθήσομαι ᾽γώ*. Hic si posuisset *ἐγὼ* Euripides, omisisset versu sequente, opinor, satisque habuisset dicere *τί γὰρ σεμνύνομαι;* Quamobrem sic statuo, scripsisse eum *οὐκ ἐπαιδεσθησόμεσθα*, sed adscriptum ab interprete *ἐπαιδεσθήσομαι* receptum esse propter singularem numerum adiectivi, atque inde fulcrum appositum *γέ*. Illa coustructione dixit in Herc. fur. 858.

ἥλιον μαρτυρόμεσθα δρῶσ᾽ ἃ δρᾷν οὐ βούλομαι.

V. 907. Flor. 1. 2. ut edd. *γεγῶτα*. Sic etiam Paris. A. B. C. Vict. sed in iis *γεγῶτος* supra scriptum.

V. 908. Libri *ἐπὶ τίνος σπουδαστέον μοι μᾶλλον, ἢ τέκνου πέρι*. Porsonus in Adversar. p. 253. *ἢ τίνος*, ut hoc *τίνος* quoque a *πέρι* regatur. Si veri similitudinem, quae ex litterarum figuris prodit, respicimus, facile probabitur haec emendatio. Non item, si quaerimus, quid sententiae conveniat. Nam admissa illa

ἀλλ' ἄμυνον, ὦ θεᾶς παῖ, τῇ τ' ἐμῇ δυςπραξίᾳ,
τῇ τε λεχθείσῃ δάμαρτι σῇ, μάτην μέν, ἀλλ' ὅμως.
σοὶ καταστέψασ' ἐγώ νιν ἦγον ὡς γαμουμένην,
νῦν δ' ἐπὶ σφαγὰς κομίζω· σοὶ δ' ὄνειδος ἵξεται,
ὅςτις οὐκ ἤμυνας· εἰ γὰρ μὴ γάμοισιν ἐζύγης,
ἀλλ' ἐκλήθης γοῦν ταλαίνης παρθένου φίλος πόσις.
πρὸς γενειάδος σε, πρὸς σῆς δεξιᾶς, πρὸς μητέρος·
ὄνομα γάρ τὸ σόν μ' ἀπώλεσ', ᾧ σ' ἀμυνάθειν χρεών.
οὐκ ἔχω βωμὸν καταφυγεῖν ἄλλον ἢ τὸ σὸν γόνυ.
οὐδὲ φίλος οὐδεὶς πέλας μοι· τὰ δ' Ἀγαμέμνονος κλύεις

---

emendatione hoc dicet Clytaemnestra: ***non pudebit me ad genua tua supplicem procidere: nam neque superbiae nunc locus est, et nihil mihi potius esse debet filia.*** At haec postrema non possunt consociari tamquam duae caussae, propter quas supplicandum sit, sed alterum caussa est alterius, hoc modo: ***nam non est locus superbiae, quia nihil mihi filia debet potius esse.*** Matthiae servavit librorum scripturam, sed non explicavit. Eam ego quidem non puto defendi posse. Nam ἐπὶ τίνος non significaret, quod scribere potuerat poeta τίνος ὕπερ, sed ***quam parum.*** Dicitur enim ἐπὶ cum genitivo de iis, in quibus ut in extremo momento aliquid vertitur. Vide ad Soph. Ai. 1247. atque adde Oed. Col. 746. Quae quum ita sint, aliam eamque faciliorem ingressus sum emendandi viam, ἐπὶ τίνι scribendo, quod corruptum erat propter sequens σ.

V. 910. Legebatur: τῇ τε λεχθείσῃ δάμαρτι σῇ· μάτην μέν, ἀλλ' ὅμως σοὶ καταστέψασ' ἐγώ νιν ἦγον, ὡς γαμουμένην. Verissime monuerunt Blomfieldius in Museo critico II. p. 189. et Lentingius in Novis actis Soc. Traiect. I. p. 67. plene interpungendum esse post ὅμως. Matthiae quum ita ὅμως ad ἄμυνον referendum esse putabat, quaesivit, quis ad rem, quam ipse irritam vocaret, quemquam adhortaretur, ἄμυνον μάτην μέν, ἀλλ' ὅμως. At si attentius considerasset, vidisset eos μάτην ad δάμαρτι referre: ***opem fer ei, quae coniux tua, frustra quidem, dicta est: sed tamen fer opem.***

V. 915. Legebatur: πρὸς γενειάδος, πρὸς σῆς δεξιᾶς, πρός τε μητέρος. Marklandus: πρὸς γενειάδος σε, πρός σε δεξιᾶς, πρὸς μητέρος. Musgravius, ut edidimus.

V. 916. Libri ἀμυνάθειν, non, ut nuper ex Elmsleii sententia editum, ἀμυναθεῖν.

V. 918. Libri: οὐδὲ φίλος οὐδεὶς γελᾷ μοι. Recte Marklandus πέλας μοι.

ὠμὰ καὶ πάντολμ᾽· ἀφῖγμαι δ᾽, ὥςπερ εἰςορᾷς, γυνὴ
ναυτικὸν στράτευμ᾽ ἄναρχον κἀπὶ τοῖς κακοῖς θρασύ,
χρήσιμον δ᾽, ὅταν θέλωσιν. ἢν δὲ τολμήσῃς σύ μου
χεῖρ᾽ ὑπερτεῖναι, σεσώσμεθ᾽· εἰ δὲ μή, οὐ σεσώσμεθα.

ΧΟΡΟΣ.

δεινὸν τὸ τίκτειν, καὶ φέρει φίλτρον μέγα
πᾶσίν τε κοινόν, ὥςθ᾽ ὑπερκάμνειν τέκνων.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ὑψηλόφρων μοι θυμὸς αἴρεται προςών·

V. 923. Paris. A. B. C. Vict. φέρειν. Florentini cum impressis φέρει.

V. 925. Libri: ὑψηλόφρων μοι θυμὸς αἴρεται πρόσω. Non certus erat Marklandus se haec verba intelligere: in quo consentire cum eo credo quotquot Euripides doctos nactus est interpretes. Nam pro πρόσω, quod non videtur ullo modo cum praecedentibus verbis coniungi posse, desideres nomen aliquod, quale est χόλῳ, similiter ut Sophocles in Oed. R. 914. dixit:

ὑψοῦ γὰρ αἴρει θυμὸν Οἰδίπους ἄγαν
λύπαισι παντοίαισι.

Nisi versus excidit, ad cuius sententiam vel πρόσω pertineret, vel πρὸς ὧν, ut si scripsit πρὸς ὧν πέπονθα vel ὑβρίσθην. Sed tum, opinor, non ἐπίσταται, verum ἐπίσταμαι dixisset. Quare quod lenissimum videbatur remedium esse praetuli, ut προςών scriberem: ***commovetur mihi altus quo praeditus sum animus, sed didicit et malis dolere et modice gaudere secundis: nam huiusmodi homines computata ratione certum habent recte agere vitam cum prudentia: atque est quidem ubi dulce sit non nimis sapere; est vero etiam, ubi prudentia sit utilis.*** Quae patet sic accipienda esse, ut dicat commoveri se quidem precibus Clytaemnestrae pro generosa indole sua, sed didicisse moderate et dolere malis et bonis gaudere: nam qui eo ingenio sint, recte et prudenter vitam instituere: atque esse quidem ubi quis malit non sapere, quemadmodum ipse iam malit cupiditati suae obsequi; sed esse etiam, ubi praestet prudenter agere, quod ipsum nunc suaderi praesente rerum statu: se vero ut Chironis discipulum, ingenue agere, atque obedire iusta iubenti, non obedire imperanti iniusta. Nemo non videt, haud satis apte nimis iracundum alias adolescentem suo deposito ingenio hic Euripidis prae se ferre sapientiam.

ἐπίσταται δὲ τοῖς κακοῖσί τ' ἀσχαλᾶν
μετρίως τε χαίρειν τοῖσιν ἐξωγκωμένοις.
λελογισμένοι γὰρ οἱ τοιοίδ' εἰσὶν βροτῶν
ὀρθῶς διαζῆν τὸν βίον γνώμης μέτα.
ἔστιν μὲν οὖν ἵν' ἡδὺ μὴ λίαν φρονεῖν,
ἔστιν δὲ χὤπου χρήσιμον γνώμην ἔχειν.
ἐγὼ δ' ἐν ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου τραφεὶς
Χείρωνος, ἔμαθον τοὺς τρόπους ἁπλοῦς ἔχειν.
καὶ τοῖς Ἀτρείδαις, ἢν μὲν ἡγῶνται καλῶς,
πεισόμεθ'· ὅταν δὲ μὴ καλῶς, οὐ πείσομαι,
ἀλλ' ἐνθάδ' ἐν Τροίᾳ τ' ἐλευθέραν φύσιν
παρέχων, Ἄρη τὸ κατ' ἐμὲ κοσμήσω δορί.
σὲ δ', ὦ σχέτλια παθοῦσα πρὸς τῶν φιλτάτων,
ἃ δὴ κατ' ἄνδρα γίγνεται νεανίαν,
τοσοῦτό γ' οἶκτον περιβαλὼν καταστελῶ·
οὔποτε κόρη σὴ πρὸς πατρὸς σφαγήσεται,

V. 928. 929. Hi versus in libris choro tributi sunt, cuius notam delevit Matthiae monitu viri docti in Diar. class. fasc. III. p. 612.

V. 935. Flor. 1. *πεισόμεθα δ' ὅταν.* In fine versus Paris. C. edd. vett. *οὐ πεισόμεθα.* Scaliger *οὐ πείσομαι,* quod est in Paris. A. B. Flor. 1. 2. Vict.

V. 937. Edd. vett. *Ἄρει τῷ κατ' ἐμέ.* Marklandus codices omnes, i. e. A. B. C. habere dicit *Ἄρῃ* supra scripto *ει.* Sic etiam Flor. 2. Vict. Musgravius in E. dicit *Ἄρῃ* esse, quod supra scriptum esse in altero MS. et Paris. C. Etiam Flor. 1. *Ἄρη.* Brodaei emendatio est *Ἄρη τὸ κατ' ἐμέ.*

V. 940. Libri: *τοσοῦτον οἶκτον περιβαλὼν καταστελῶ, κοὔποτε κορὴ σὴ πρὸς πατρὸς σφαγήσεται.* Ita diceret Achilles, tantam se miserationem concitaturum esse, ut eripiatur morti Iphigenia. At hoc et a moribus eius alienum est, neque convenit cum *καταστελῶ,* neque apte cohaeret cum sequentibus. Nihil lucramur eo, quod Matthiae coniecit *καταστένω.* Recte se habet *καταστελῶ,* quod est *componam.* Ut in Bacchis v. 931. de turbatis cincinnis loquens *πάλιν καταστελοῦμεν* dixit, sic id hic ad animum transtulit, consolaturum se Clytaemnestram significans. Ex quo patet scribendum esse *τοσοῦτό γ' οἶκτον περιβαλὼν καταστελῶ.* Tum vero sequi oportet illud, quo eam consolaturus est, idque dici sine copula. Quare *οὔποτε* pro *κοὔποτε* reposui.

V. 941. Libri *κοὔποτε.* Vide ad v. 940.

ἐμὴ φατισθεῖσ᾽· οὐ γὰρ ἐμπλέκειν πλοκὰς
ἐγὼ παρέξω σῷ πόσει τοὐμὸν δέμας.
τοὔνομα γάρ, εἰ καὶ μὴ σίδηρον ἤρατο,
τοὐμὸν φονεύσει παῖδα σήν. τὸ δ᾽ αἴτιον
πόσις σός· ἁγνὸν δ᾽ οὐκέτ᾽ ἐστὶ σῶμ᾽ ἐμόν,
εἰ δι᾽ ἔμ᾽ ὀλεῖται διά τε τοὺς ἐμοὺς γάμους
ἡ δεινὰ τλᾶσα κοὐκ ἀνεκτὰ παρθένος,
θαυμαστὰ δ᾽ ὡς ἀνάξι᾽ ἠτιμασμένη.
ἐγὼ κάκιστος ἦν ἄρ᾽ Ἀργείων ἀνήρ,
ἐγὼ τὸ μηδέν, Μενέλεως δ᾽ ἐν ἀνδράσιν,
ὡς οὐχὶ Πηλέως, ἀλλ᾽ ἀλάστορος γεγώς,
εἴπερ φονεύει τοὐμὸν ὄνομα σῷ πόσει.
μὰ τὸν δι᾽ ὑγρῶν κυμάτων τεθραμμένον
Νηρέα, φυτουργὸν Θέτιδος, ἥ μ᾽ ἐγείνατο,
οὐχ ἅψεται σῆς θυγατρὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ,
οὐδ᾽ εἰς ἄκραν χεῖρ᾽, ὥςτε προςβαλεῖν πέπλοις·
ἢ Σίπυλος ἔσται πόλις, ὅρισμα βαρβάρων,
ὅθεν πεφύκασ᾽ οἱ στατηλάται γένος,
Φθίας δὲ τοὔνομ᾽ οὐδαμοῦ κεκλήσεται.

V. 944. Flor. 1. 2. *εἰ μὴ καί.*

V. 945. Flor. 1. *φονεύσῃ.*

V. 951. Flor. 1. 2. *Μενέλεως τ᾽*, sed in secundo supra scriptum *δ᾽*.

V. 953. Paris. C. *ὅςπερ.* Flor. 1. 2. *ὥςπερ.* Vict. *ὅπερ.* Recte edd. *εἴπερ φονεύει.* Potuit illud, ut v. 945. scribi *φονεύσει*, quod Schaeferus in Meletem. p. 55. inferri vult, sed non minus recte praesens hic locum suum tuebitur. Neque opus est, quod Matthiae proposuit, de omisso versu cogitare, in quo fuerit *παρέχειν: εἴπερ τοὐμὸν ὄνομα παρέξει σῷ πόσει φονεύειν τὴν θυγατέρα.* Satis enim planum est, hoc dici, ***si marito tuo is sum cuius nomen mortem afferat.***

V. 958. Edd. recte *πόλις, ὅρισμα βαρβάρων.* Paris. A. i. e. E. Musgravii, pro *πόλις ὅρισμα* habet *πόλισμα*, unde malam coniecturam procudit Marklandus ad Suppl. 1035.

V. 960. Edd. *Φθία δὲ τοὐμόν.* Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. *τοὐμόν τ᾽.* Id etsi defendi potest, defensumque est ab Lentingio ad Androm. 208. tamen non dubito quin elegantem

πικροὺς δὲ προχύτας χέρνιβάς τ' ἐνάρξεται
Κάλχας ὁ μάντις. τίς δὲ μάντις ἔστ' ἀνήρ,
ὃς ὀλίγ' ἀληθῆ, πολλὰ δὲ ψευδῆ λέγει
τυχών· ὅταν δὲ μὴ τύχῃ, διοίχεται;
οὐ τῶν γάμων ἕκατι, μυρίαι κόραι
θηρῶσι λέκτρον τοὐμόν, εἴρηται τόδε·
ἀλλ' ὕβριν ἐς ἡμᾶς ὕβρισ' Ἀγαμέμνων ἄναξ·
χρῆν δ' αὐτὸν αἰτεῖν τοὐμὸν ὄνομ' ἐμοῦ πάρα,
θήραμα παιδός· εἰ Κλυταιμνήστρα δ' ἐμοὶ

Zimmermanni lectionem, Φθίας δὲ τοὔνομ', merito receperit Matthiae.

V. 961. Libri ἀνάξεται. Emendavit Musgravius.

V. 962. Ald. aliaeque edd. vett distinguunt: τίς δὲ μάντις ἔστ' ἀνήρ, ὃς ὀλίγ' ἀληθῆ. Matthiae quum se Marklandi distinctionem, quam postea recte improbavit, sequutum esse ait, i. e. signum interrogandi posuisse post ἀνήρ, neglexit addere, hanc interpunctionem non esse inventam a Marklando: invenitur enim in edd. Froben. Brod. H. Steph. Barnes.

V. 964. Hoc dicit: *sin erraverit, res sic abit, non curatur.* Vide ad Suppl. 546.

V. 965. Edd. vett. ἢ τῶν γαμούντων ἕκατι μυρίαι κόραι θηρῶσι λέκτρον τοὐμόν. εἴρηται τάδε. Sed ἢ Vict. Cant. Commelin. Barnes. Hic γάμων edidit, quod certatim viri docti restituerunt. Emendavit ex parte Lentingius reposito οὐ et indicata parenthesi, qua ille tamen non debebat etiam εἴρηται τόδε comprehendere. Recte distinxit L. Dindorfius. Laudandus esset Euripides, si omissa ista iactatione, in qua aliquid stolidi est, scripsisset:

οὐ τῶν γάμων ἕκατι δ' εἴρηται τόδε.

Neque contenderim non esse eam ab interpolatore insertam: petita est enim ex illis Homeri Iliad. IX. 395. parum scite deflexis:

πολλαὶ Ἀχαιΐδες εἰσὶν ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε,
κοῦραι ἀριστήων, οἵτε πτολίεθρα ῥύονται·
τάων ἥν κ' ἐθέλωμι φίλην ποιήσομ' ἄκοιτιν.

V. 969. Libri: ἡ Κλυταιμνήστρα δέ μοι μάλιστ' ἐπείσθη θυγατέρ' ἐκδοῦναι πόσει. Graviter vituperata sunt alia in hac oratione: non reprehensum est, quod debebat maxime. Nihil lucramur, si, quod Matthiae facere iubet, reposito pronomine ὀρθοτονουμένῳ haec verba pro parenthesi habemus. Absurdum est enim, Achillem de ea, quacum colloquitur, tertia persona et quidem etiam articulo adiecto loqui, quod non licet facere, nisi ubi insignis aliqua in ipso nomine vis est, quam hic nullam esse patet.

μάλιστ' ἐπείσθη θυγατέρ' ἐκδοῦναι πόσει,
ἔδωκά τἂν Ἕλλησιν, εἰ πρὸς Ἴλιον
ἐν τῷδ' ἔκαμνε νόστος· οὐκ ἠρνούμεθ' ἂν
τὸ κοινὸν αὔξειν ὧν μέτ' ἐστρατευόμην.
νῦν δ' οὐδέν εἰμι· παρὰ δὲ τοῖς στρατηλάταις
ἐν εὐμαρεῖ τὸ δρᾶν τε καὶ μὴ δρᾶν καλῶς.
τάχ' εἴσεται σίδηρος, ὃν πρὶν εἰς Φρύγας
ἐλθεῖν, φόνου κηλῖσιν αἵματος χρανῶ,
εἴ τίς με τὴν σὴν θυγατέρ' ἐξαιρήσεται.
ἀλλ' ἡσύχαζε· θεὸς ἐγὼ πέφηνά σοι
μέγιστος, οὐκ ὤν· ἀλλ' ὅμως γενήσομαι.

Tertia persona si utitur Achilles, non suis, sed alienis verbis loqui debet. Atque ita est. Scribendum erat enim, *εἰ Κλυταιμνήστρα δ' ἐμοὶ μάλιστ' ἐπείσθη θυγατέρ' ἐκδοῦναι πόσει, ἔδωκα τἂν Ἕλλησιν, εἰ πρὸς Ἴλιον ἐνταῦθ' ἔκαμνε νόστος.* **Ubi** *τἂν* **in apodosi est: vide Opusc. vol. IV. p. 381.** ***Si Clytaemnestra propter me maxime adducenda fuisset ut marito daret filiam, dedissem nomen meum, si hac in re laboraret profectio ad Troiam.*** **Profert horum prima ut sententiam Agamemnonis.**

V. 971. Ald. Froben. H. Steph. *ἔδωκέ τ' ἄν.* **Matthiae quum codd. et Herv. 2. in iis libris, qui hanc scripturam habeant, nominat, de Hervagiana secunda falsum testatur: in ea, ut in caeteris, est** *ἔδωκά τ' ἄν.* **Codices quos dicat, nisi Florentinos nescio. Marklandus et Musgravius de suis tacuerunt.** *τἂν* **Gaisfordius.**

V. 972. Vide ad v. 822.

V. 974. Libri: *νῦν δ' οὐδέν εἰμι παρά γε τοῖς στρατηλάταις. ἐν εὐμαρεῖ τε δρᾶν τε καὶ μὴ δρᾶν καλῶς.* **Blomfieldius corrigebat** *ἐν εὐμαρεῖ δέ.* **Nullus criticorum aut interpretum cogitasse videtur, quid sententiae ratio requireret. Id reposui.**

V. 977. Libri: *ὃν πρὶν εἰς Φρύγας ἐλθεῖν, φόνου κηλῖσιν αἵματι χρανῶ.* **Porsonus apud Kiddium p. 224.** *ὅν, πρὶν ἐς Φρύγας ἐλθεῖν φόνον, κηλῖσιν αἵματος χρανῶ,* **recte ille** *αἵματος,* **non recte** *φόνον* **restituens.** *Φόνου κηλῖδες αἵματος* **sunt** *φόνου κηλῖδες αἱματόεσσαι.*

V. 980. Stultissima haec esse dicit Marklandus: et profecto *μέγιστος* **languet,** *οὐκ ὤν* **autem inutile est, quia qui** *θεὸς πεφηνὼς* **dicitur, non potest non** *οὐκ ὢν θεὸς* **intelligi; quod si** *οὐκ ὢν* **inutile est, idem cadit in** *ἀλλ' ὅμως γενήσομαι,* **quod illuc refertur. Vellem ego quidem aliam hic legeremus perorationi ap-**

ΧΟΡΟΣ.

ἔλεξας, ὦ παῖ Πηλέως, σοῦ τ' ἄξια
καὶ τῆς ἐναλίας δαίμονος, σεμνῆς θεοῦ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

φεῦ·
πῶς ἄν σ' ἐπαινέσαιμι μὴ λίαν λόγοις,
μήτ' ἐνδεῶς τοῦδ' ἀπολέσαιμι τὴν χάριν;
αἰνούμενοι γὰρ ἁγαθοὶ τρόπον τινὰ
μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἢν αἰνῶσ' ἄγαν.
αἰσχύνομαι δὲ παραφέρουσ' οἰκτροὺς λόγους,
ἰδίᾳ νοσοῦσα· σὺ δ' ἄνοσος κακῶν ἐμῶν.
ἀλλ' οὖν ἔχει τι σχῆμα, κἂν ἄπωθεν ᾖ
ἀνὴρ ὁ χρηστός, δυστυχοῦντας ὠφελεῖν.

---

tam sententiam: sed tamen, quum omissis his versibus deesse iustus finis orationi videatur, recte, ut arbitror, Matthiae in his quoque Euripidis argutias captandi studium agnoscit. Volebat poeta, nisi fallor, magnitudinem periculi indicare, si Agamemno, si universus exercitus, et diis quidem secundum Calchantis vaticinia auctoribus, sacrificium virginis expeterent. Non dissimilis peroratio est v. 1013. 1014.

V. 985. Edd. vett. *μήτ' ἐνδεῶς, μήτ' ἀπολέσαιμι τὴν χάριν.* Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. *μήτ' ἐνδεῶς μὴ τοῦδ'.* Sic etiam Vict. nisi quod *ἐνδειῶς*. In omnibus autem his libris ad *ἐνδεῶς* supra scriptum *η*. Hinc Marklandus *ἐνδεής*.

V. 986. Edd. vett. *οἱ'γαθοὶ*. Paris. A. B. Flor. 1. 2. Vict. et Stobaei hunc et sequentem versum XIV. 5. afferentis codex A. atque ed. Trincav. *ἀγαθοί*.

V. 987. Edd. vett. *ἐὰν*. Paris. A. B. Flor. 1. 2. Vict. *ἢν*. Stobaei codex A. et ed. Trincav. *ἂν*.

V. 988. Paris. A. *οἰκτρῶς*.

V. 989. Paris. A. Flor. 1. 2. Vict. *κακῶν γ' ἐμῶν*.

V. 990. 991. Edd. vett. *ἀλλ' οὖν ἔχει τι σχῆμα, κἂν ἄπωθεν ᾖ, ἀνὴρ ὁ χρηστὸς δυστυχοῦντας ὠφελεῖν.* Flor. 1. 2. Vict. *ἔχει τοι σχῆμα.* In *ὠφελεῖν* haeserunt interpretes. Canteri coniecturam *ὠφελῶν* probarunt alii, ut sensus esset, ***gratiam et decus habet vir probus, etiam si genere non sit coniunctus, opem ferens afflictis.*** At si Clytaemnestra argumentum afferret, quo Achilles ad opitulandum commoveretur, non recte

οἴκτειρε δ' ἡμᾶς· οἰκτρὰ γὰρ πεπόνθαμεν,
ἣ πρῶτα μέν σε γαμβρὸν οἰηθεῖσ' ἔχειν,
κενὴν κατέσχον ἐλπίδ'· εἶτά σοι τάχα
ὄρνις γένοιτ' ἂν τοῖσι μέλλουσιν γάμοις
θανοῦσ' ἐμὴ παῖς, ὅ σε φυλάξασθαι χρεών.
ἀλλ' εὖ μὲν ἀρχὰς εἶπας, εὖ δὲ καὶ τέλη·
σοῦ γὰρ θέλοντος παῖς ἐμὴ σωθήσεται.
βούλει νιν ἱκέτιν σὸν περιπτύξαι γόνυ;
ἀπαρθένευτα μὲν τάδ'· εἰ δέ σοι δοκεῖ,
ἥξει, δι' αἰδοῦς ὄμμ' ἔχουσ' ἐλεύθερον·
ἢ μὴ παρούσης ταὐτὰ τεύξομαι σέθεν;

---

pergeret *οἴκτειρε δ' ἡμᾶς.* Non enim adversativa particula uti deberet, sed aut nulla, aut tali, qua rationem concludere videretur. Verum non *ὠφελεῖν*, sed interpunctio mutanda erat: *ἀλλ' οὖν ἔχει τι σχῆμα, κἂν ἄπωθεν ᾖ ἀνὴρ ὁ χρηστός, δυστυχοῦντας ὠφελεῖν.* Sic sententia et cum praegressis et cum iis quae sequuntur apte cohaeret. Nam quum inverecunda sibi videretur, quod auxilium peteret ab eo, ad quem sua mala nihil attinerent, rationem affert, qua hanc suam inverecundiam excuset: ***sed habet tamen quamdam decoram speciem opem ferre miseris, etiam si remotior sit vir probus.*** Id illi, qui gaudent sicubi *ἔχειν* pro *παρέχειν* dictum iactare possunt, sic interpretarentur: inverecundiae aliquam honestam speciem affert, opitulari miseris. Non inepte quis ex illo *τοι σχῆμα* extunderet *πρόσχημα.* Certe apud Thucydidem VIII. 89. ubi codd. habent *ἦν δὲ τοῦτο μὲν τὸ σχῆμα πολιτικὸν τοῦ λόγου αὐτοῖς*, dubitari potest, praestetne deleri articulum, ut placuit criticis, an scribi *ἦν δὲ τοῦτο μὲν πρόσχημα πολιτικὸν τοῦ λόγου αὐτοῖς.* Apud Euripidem sententia sic uti diximus constituta patet recte inferri *δὲ* in his, *οἴκτειρε δ' ἡμᾶς.*

V. 999. Edd. vett. *ἱκέτην.* Florentini *ἱκέτιν*, ut Aemilius Portus aliique.

V. 1001. Recte hunc versum adversus Porsoni atque Elmsleii coniecturam *ἕξεισιν* defendit Matthiae. Sed illud vereor, ne non dicat Clytaemnestra: ***cum pudore vultum ingenuum ostendens.*** Nam formula ista hoc potius significare videtur, ***veniet verecundans in conspectum prodire.*** Refertur hoc ad *ἀπαρθένευτα μὲν τάδ'*, ita ut perinde sit ac si dicat, ***veniet cum suo virgineo pudore.*** Quare virgula post *ἥξει* a Barnesio aliisque recte est posita. Apte comparavit Matthiae *δι' αἰδοῦς εἶπον* in Bacchis v. 441.

V. 1002. Edd. vett. *ἢ μὴ παρούσης ταῦτα τεύξομαι σέ-*

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

μενέτω κατ' οἴκους· σεμνὰ γὰρ σεμνύνεται.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὅμως δ' ὅσον γε δυνατὸν αἰδεῖσθαι χρεών.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

σὺ μήτε σὴν παῖδ' ἔξαγ' ὄψιν εἰς ἐμήν,
μήτ' εἰς ὄνειδος ἀμαθὲς ἔλθωμεν, γύναι·
στρατὸς γὰρ ἀθρόος ἀργὸς ὢν τῶν οἴκοθεν
λέσχας πονηρὰς καὶ κακοστόμους φιλεῖ.
πάντως δέ μ' ἱκετεύοντες ἥξετ' εἰς ἴσον,
εἴτ' ἀνικέτευτος ἦσθ'· ἐμοὶ γάρ ἐστ' ἀγὼν
μέγιστος ὑμᾶς ἐξαπαλλάξαι κακῶν.
ὡς ἕν γ' ἀκούσασ' ἴσθι, μὴ ψευδῶς μ' ἐρεῖν·
ψευδῆ λέγων δὲ καὶ μάτην ἐγκερτομῶν,
θάνοιμι· μὴ θάνοιμι δ', ἢν σώσω κόρην.

θεν. Pro ἢ μὴ Paris. A. ιδους. Flor. 1. 2. Vict. ἰδού. Matthiae quod suspicatur, ιδους pro αἰδοῦς ex superiore versu huc translatum, ac deinde male in ἰδοὺ correctum esse, non est veri simile. Facilius credam, correctorem aliquem, qui non animadverteret interrogationem hoc versu contineri, legi voluisse, εἰ δ', ὡς παρούσης, vel εἰ δ', οὐ παρούσης ταῦτα τεύξομαι σέθεν. Sed recte Heathius et ταὐτὰ scribendum, et signum interrogandi apponendum esse vidit.

V. 1004. Recte Bremius intellexit sensum hunc esse: *sed tamen non ultra quam res patitur verecundum esse oportet.*

V. 1009. Flor. 1. μ' οἱ 'κετεύοντες. Deinde Vict. ἕξετ' εἰς.

V. 1010. Libri εἴ τ' ἀνικέτευτος ἦς. Matthiae ex Vossii emendatione ἤν τ' ἀνικέτευτος ἦς.

V. 1012. Matthiae, notandum dicens infinitivum pro participio post ἴσθι, eamque in rem Elmsleium citans ad Med. 580. neque ut Elmsleius prava et ne sensui quidem conveniente interpunctione deceptus est, ὡς ἕν γ' ἀκούσασ', ἴσθι μὴ ψευδῶς μ' ἐρεῖν. Immo hic certissime ἴσθι cum participio est constructum.

V. 1013. Non idonea caussa erat, cur Marklandus inter μάτην et ἐγκερτομῶν adderet σ'.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὄναιο, συνετῶς δυςτυχοῦντας ὠφελῶν.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ἄκουε δή νυν, ἵνα τὸ πρᾶγμ' ἔχῃ καλῶς.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τί τοῦτ' ἔλεξας; ὡς ἀκουστέον γέ σου.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

πείθωμεν αὖθις πατέρα βέλτιον φρονεῖν.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

κακός τίς ἐστι καὶ λίαν ταρβεῖ στρατόν.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ἀλλ' οἱ λόγοι γε καταπαλαίουσιν λόγους.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ψυχρὰ μὲν ἐλπίς· τί δὲ χρεών με δρᾶν, φράσον.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ἱκέτευ' ἐκεῖνον πρῶτα μὴ κτείνειν τέκνα·
ἢν δ' ἀντιβαίνῃ, πρὸς ἐμέ σοι πορευτέον.

V. 1015. Correxi librorum scripturam συνεχῶς.

V. 1016. Vulgo δὴ νῦν. Mutavit accentum Barnesius. Deinde Paris. A. B. ἔχη, supra scripto ει.

V. 1018. Edd. vett. πειθώμεθ' αὖτις. Est hoc etiam in Paris. B. Flor. 2. sed supra scripto ωμεν. Flor. 1. Vict. πείθωμεν τ' αὖτις. Paris. A. C. πείθωμεν, ut Musgravius ait; ut Marklandus πείθομεν, qui etiam ex B. πειθόμεθ', supra scripto μεν affert. Scaliger πίθωμεν.

V. 1021. Libri τί δὲ χρή. Reiskius et Marklandus ὅ τι δὲ χρή. Scaliger τί δὲ χρεώ. Praestabat χρεών. Idque posui.

V. 1023. Marklandus ἢν δ' pro ἂν δ'. Paris. A. ἀντιβαίνοι.

εἰ γὰρ τὸ χρῆζον πείσετ', οὐ τοὐμὸν χρεὼν
χωρεῖν· ἔχει γὰρ τοῦτο τὴν σωτηρίαν·
κἀγώ τ' ἀμείνων πρὸς φίλον γενήσομαι,
στρατός τ' ἂν οὐ μέμψαιτό μ', εἰ τὰ πράγματα
λελογισμένως πράσσοιμι μᾶλλον ἢ σθένει.
καλῶς δὲ κρανθέντων πρὸς ἡδονὴν φίλοις
σοί τ' ἂν γένοιτο κἂν ἐμοῦ χωρὶς τάδε.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὡς σώφρον' εἶπας. δραστέον δ' ἅ σοι δοκεῖ.
ἢν δ' αὐτὰ μὴ πράσσωμεν ὡς ἐγὼ θέλω,

V. 1024. Edd. vett. εἰ γὰρ τὸ χρῆζον ἐπίθετ', οὐ τοὐμὸν χρεὼν χωρεῖν. Flor. 1. 2. Vict. εἴη γάρ. Haec scriptura nihil aliud est quam duarum diversarum coniunctio, εἰ γὰρ et ἢ γάρ. Quarum ad εἰ refertur, οὐ τοὐμὸν χρεὼν χωρεῖν, ad ἢ autem requiritur ἢ τοὐμὸν χρεὼν χωρεῖν. Utraque eodem redit, sed utraque scribi postulat πείσετ', i. e. πείσετε: *si quod petitis impetrabitis, non meo opus erit auxilio:* vel, *aut impetrabitis petita, aut me oportebit intercedere.* Τὸ χρῆζον quo modo dictum sit, ex similibus exemplis cognosci potest, quae Matthiae attulit in grammaticae §. 570.

V. 1026. Marklandus coniiciebat φανήσομαι. Potuerat etiam κεκλήσομαι. Sophocles Oed. R. 521. εἰ κακὸς μὲν ἐν πόλει, κακὸς δὲ πρὸς σοῦ καὶ φίλων κεκλήσομαι. In censura eorum quae Bremius de hac fabula scripsit quum dixissem, si quis γενήσομαι tueretur, scribendum videri πρὸς φίλου, quaerit Matthiae, num ἀγαθὸν εἶναι πρός τινα dici nequeat, et quid sit ἀγαθὸν γίγνεσθαι πρός τινος. At illud quidem ego non contendi dici non posse, sed hoc loco an haud recte diceretur dubitabam, quia, qui certum habebat servare puellam, non qualis esset ipse, sed qualis esse videretur regi atque exercitui, si consilio quam vi rem perficere mallet, curare debebat. Neque vero alterum ad me spectat. Non enim πρὸς φίλου cum γενήσομαι, sed cum ἀμείνων coniungi volebam, ut designaretur, qui melior esse iudicaretur ab amico. Sed recte tamen librorum scripturam defendisse videtur Bremius, quae sic est accipienda, ut dicat sic sibi non fore in inimicitiam amici incurrendum.

V. 1028. Paris. A. C. σθένω. Sic etiam B. sed supra scripto ει. Contra Flor. 1. 2. Vict. ut in impressis est σθένει, sed supra scriptum habentes ω.

V. 1032. Legebatur ἂν ἐγὼ θέλω. Alienum hic ἄν.

ποῦ σ' αὖθις ὀψόμεσθα; ποῦ χρή μ' ἀθλίαν
ἐλθοῦσαν εὑρεῖν σὴν χέρ' ἐπίκουρον κακῶν;

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ἡμεῖς σε φύλακες οὗ χρεὼν φυλάσσομεν,
μή τίς σ' ἴδῃ στείχουσαν ἐπτοημένην
Δαναῶν δι' ὄχλου· μηδὲ πατρῷον δόμον
αἴσχυν'· ὁ γάρ τοι Τυνδάρεως οὐκ ἄξιος
κακῶς ἀκούειν· ἐν γὰρ Ἕλλησιν μέγας.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἔσται τάδ'. ἄρχε· σοί με δουλεύειν χρεών.
εἰ δ' εἰσὶ θεοί, δίκαιος ὢν ἀνὴρ σύ γε
ἐσθλῶν κυρήσεις· εἰ δὲ μή, τί δεῖ πονεῖν;

ΧΟΡΟΣ.

τίς ἄρ' ὑμέναιος διὰ λωτοῦ Λίβυος στροφή.
μετά τε φιλοχόρου κιθάρας
συρίγγων θ' ὕπο καλαμοεσ-
σᾶν ἔστασεν ἰακχάν,
ὅτ' ἀνὰ Πήλιον αἱ καλλιπλόκαμοι
Πιερίδες ἐν δαιτὶ θεῶν
χρυσεοσάνδαλον ἴχνος

V. 1035. Paris. A. ἡμεῖς γε φύλακες Pro φυλάσσομεν Marklandus probante Musgravio coniecit φυλάξομεν, defendi tamen praesens posse concedens. Et videtur praesens fortius esse.

V. 1040. Libri ἔστιν τάδ'. Marklandus probante Porsono ad Hec. 894. ἔσται τάδ'.

V. 1043. Flor. 1. Λίβους.

V. 1045. Libri συρίγγων θ' ὑπὸ καλαμόεσσαν. Emendarunt Marklandus aliique.

V. 1046. Libri ἔστασαν ἰαχάν. Aemilius Portus vel τίν' ἄρ' ὑμέναιον, ut haec verba ab ἔστασαν penderent, vel servato τίς ἄρ' ὑμέναιος legendum esse ἔστασεν existimabat. Prius illud Matthiae praefert. Facillimum maximeque simplex ego alterum indicavi, quod vitiavit Marklandus quum τίν' scribi voluit, quo τίνα ὑμέναιος ἔστασεν ἰακχάν (sic hanc vocem ille correxit) cohaererent.

ἐν γᾷ κρούουσαι
Πηλέως εἰς γάμον ἦλθον,
μελῳδοῖς Θέτιν ἀχήμασι τόν τ' Αἰακίδαν
Κενταύρων ἀν' ὄρος κλέουσαι
Πηλιάδα καθ' ὕλαν.
ὁ δὲ Δαρδανίδας, Διὸς
λέκτρων τρύφημα φίλον,
χρυσέοισιν ἄφυσσε λοιβὰν
ἐν κρατήρων γυάλοις,
ὁ Φρύγιος Γανυμήδης.
παρὰ δὲ λευκοφαῆ ψάμαθον
εἱλισσόμεναι κύκλια
πεντήκοντα κόραι Νηρέως
γάμους ἐχόρευσαν.
ἀνὰ δ' ἐλάταισι στεφανώδει τε χλόᾳ ἀντ.
θίασος ἔμολεν ἱπποβότας
Κενταύρων ἐπὶ δαῖτα τὰν

V. 1051. Par. A. Flor. 1. 2. *Πηλέος*. Edd. recte *Πηλέως*. In Paris. B. omissum *εἰς*.

V. 1052. Libri *μελῳδοὶ, Θέτιν ἰαχήμασι*. Recepi Elmsleii emendationem in auctario adnotationum ad Heraclid. 752.

V. 1053. Edd. vett. *Κενταύρων ἐν ὄρεσι κλύουσαι*. Paris. A. *ἀν' ὄρεσι*. Deinde *κλείουσαι* Brodaei emendatio est, recepta in edd. Cant. P. Steph. Commelin. et recentioribus: quumque *κλύουσαι* ex Paris. B. adnotaverit Marklandus, ex silentio collegit Matthiae *κλείουσαι* esse in Paris. A. C. Id *κλέουσαι* scribendum monuit Monkius ad Alcest. 459. ubi de hac verbi forma Elmsleio duce disseruit. Sed praeterea codicis Paris. A. *ἀν' ὄρεσι* monstrare poterat scribendum esse *ἀν' ὄρος*.

V. 1056. Vict. *φίλων*.

V. 1059. Edd. vett. *Γαννυμήδης*.

V. 1060. Flor. 2. Vict. edd. vett. *λευκοφαῆ*. Sed edd. P. Steph. Commelin. *λευκοφανῆ*. Flor. 1. *λευκοφᾶν*.

V. 1061. Potuerat aequatis syllabis cum antistrophico *κύκλῳ* scribi: sed libri tuentur *κύκλια*, soluta ultima, ut in praegresso versu.

V. 1062. Libri *Νηρῆος*. Emendavit Seidlerus de verss. dochm. p. 261. sed aliter descriptis versibus.

V. 1066. 1067. Paris. A. B. Flor. 1. 2. Vict. Ald. Froben. H. Steph. *τὰν θεῶν*. Ex Brubachiana fluxit in reliquas *τῶν θεῶν*.

θεῶν κρατῆρά τε Βάκχου.
μέγα δ' ἀνέκλαγον, ὦ Νηρηΐ κόρα,
παῖδες Θεσσαλαί, μέγα φῶς
μάντις ὁ Φοῖβος ὁ Μουσᾶν τ'
εἰδὼς γεννάσεις
Χείρων ἐξονόμαξεν,
ὃς ἥξει χθόνα λογχήρεσι σὺν Μυρμιδόνων
ἀσπισταῖς Πριάμοιο κλεινὰν

V. 1068. Non latuit Tyrwhittum, virum perspicacissimum, ipsius carminis verba, quod virgines Thessalae cecinissent, hic recitari, sed a vera verborum constructione tam longe aberravit, ut nemo sic implicatam et perplexam orationem possit intelligere. Obsequuti tamen sunt, qui post eum hanc fabulam attigerunt, nec repertus est qui meliorem viam iniret. Nam sic volunt chori et virginum illarum verba complicata esse: μέγα δ' ἀνέκλαγον, ὦ Νηρηΐ κόρα, παῖδες Θεσσαλαί, μέγα φῶς, μάντις ὁ Φοῖβος, ὁ Μουσᾶν τ' εἰδώς, γεννάσεις, Χείρων ἐξωνόμασεν, ὃς ἥξει χθόνα, et quae sequuntur usque ad μακάριον, id ut sit: *virgines Thessalae vatesque Apollo et canendi peritus Chiro exclamabant: magnum, magnum Graeciae paries lumen, qui expugnabit Troiam.* Immo virginum Thessalarum haec verba sunt: μέγα, ὦ Νηρηΐ κόρα, μέγα φῶς μάντις ὁ Φοῖβος, ὁ Μουσᾶν τ' εἰδὼς γεννάσεις Χείρων ἐξονόμαξεν, ὃς ἥξει χθόνα, et reliqua: *magnum, magnum lumen vates Apollo et a Musis generationes edoctus Chiro praedixerunt, qui Troiam expugnabit armis Vulcaniis a matre acceptis, quae eum beatum peperit.*

V. 1069. Libri et scripti et impressi παῖδες αἱ Θεσσαλαί. Emendavit Heathius.

V. 1070. Paris. A. B. C. et nescio an caeteri quoque, quum universe codices nominet Matthiae, μάντις δ' ὁ Φοῖβος. Non habent δ' editiones. Deinde edd. ὁ Μουσᾶν τ' εἰδὼς γεννάσεις. Pro τ', quod Flor. 1. omittit, Paris. B. γ'. Pro Μουσᾶν Marklandus coniecit Μοιρᾶν, non male illud quidem, nisi ita construxisset cum εἰδώς, uti τόξων εὖ εἰδὼς dicitur, γεννάσεις pro verbi secunda persona habens. At nominis hic accusativus est, *generationes* significans. Ex quo consequitur nihil caussae esse cur mutetur Μουσᾶν. Generationes hominum quae futurae essent a Musis acceperat Chiro.

V. 1072. Flor. 1. omittit Χείρων. Porro libri ἐξωνόμασεν. L. Dindorfius coniecit ἐξονόμηνεν. Hac forma non videntur usi esse tragici. Quare ἐξονόμαξεν scripsi, de quo hic quidem vix videtur dubitari posse. Vide supra ad v. 418.

V. 1074. Libri ἀσπισταῖσι. Scripsi ἀσπισταῖς.

γαῖαν ἐκπυρώσων,
περὶ σώματι χρυσέων
ὅπλων Ἡφαιστοπόνων
κεκορυθμένος ἔνδυτ᾽, ἐκ θεᾶς
ματρὸς δωρήματ᾽ ἔχων
Θέτιδος, ἅ νιν ἔτικτε
μακάριον. τότε δαίμονες
τᾶς εὐπατρίδος γάμων
Νηρῆδός τ᾽ ἔθεσαν πρώτας
Πηλέως θ᾽ ὑμεναίους.
σὲ δ᾽ ἔπι κάρα στέψου- ἐπῳδ.
σι καλλικόμαν πλόκαμον
Ἀργεῖοι τὰν ἁλίαν
ὥςτε πετραίων ἀπ᾽ ἄντρων ἐλθοῦσαν ὀρείων
μόσχον ἀκήρατον, βρότειον
αἱμάσσοντες λαιμόν,
οὐ σύριγγι τραφεῖσαν, οὐδ᾽

V. 1082. 1083. Edd. vett. τᾶς εὐπατρίδος γάμον Νηρηΐδος ἔθεσαν πρώτας Πηλέως θ᾽ ὑμεναίους. In Vict. scriptum Νηρῆδος. Deinde in Flor 1. 2. πρώτης. Marklandus aliique Νηρῄδων scribi voluerunt. Ac profecto sic metra accuratius exaequantur. Sed molesta sunt etiam γάμον et ὑμεναίους ita consociata. Utrique incommodo medendum duxi reposito γάμων et addita copula.

V. 1085. Libri σὲ δ᾽ ἐπὶ κάρα στέψουσι. Mutavi accentum. Hoc dicit, σὲ δ᾽ ἐπιστέψουσι κάρα καλλικόμαν πλόκαμον.

V. 1086. Libri γ᾽ ἁλιᾶν. Scaligeri emendatio est βαλιάν. Eo vocabulo etsi non semel pro epitheto ornante usus est Euripides, tamen hic illud non multo aptius videtur, quam λευκόστικτον in Aeschyli Suppl. 355. quod emendavi in Opusc. vol. IV. p. 340. Praeterea librorum scriptura potius τὰν ἁλίαν scribendum esse monstrabat. Ἐπιστέψουσί σε, inquit, τὰν ἁλίαν ἐλθοῖσαν, ὥςτε μόσχον ἀκήρατον ἀπὸ πετραίων ἄντρων ὀρείων.

V. 1087. Quos haec epodus numeros habet, valde insoliti atque inconcinni sunt in vulgata descriptione versuum. Eos operam dedi, ut quantum fieri posset in usitatiora et magis ex artis legibus distincta membra distribuerem.

V. 1088. Libri ὀρέων, quod aeque ad constructionem atque ad numeros invenustum est.

ἐν ῥοιβδήσει βουκόλων,
παρὰ δὲ ματέρι νυμφοκόμον
Ἰναχίδαις γάμον.
ποῦ τὸ τᾶς αἰδοῦς ἢ τὸ τᾶς ἀρετᾶς
δύνασιν ἔχει σθένειν τι πρόσωπον;
ὁπότε τὸ μὲν ἄσεπτον ἔχει
δύναμιν, ἁ δ' ἀρετὰ κατόπι-
σθεν θνατοῖς ἀμελεῖται,
ἀνομία δὲ νόμων κρατεῖ,
καὶ μὴ κοινὸς ἀγὼν βροτοῖς,
μή τις θεῶν φθόνος ἔλθῃ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἐξῆλθον οἴκων προσκοπουμένη πόσιν,
χρόνιον ἀπόντα κἀκλελοιπότα στέγας·
ἐν δακρύοισί θ' ἡ τάλαινα παῖς ἐμή,

V. 1092. Suavior et similior caeteris numerus esset, si *ἐν ῥοιβδήσεσι* legeretur.

V. 1093. Libri *μητέρι*. Marklando recte placuit *ματέρι*.

V. 1097. Cave *τὸ μὲν* referas ad *αἰδοῦς πρόσωπον*. Cohaerent *τὸ μὲν ἄσεπτον*, i. e. impietas.

V. 1101. Libri: *καὶ κοινὸς ἀγὼν βροτοῖς, μή τις θεῶν φθόνος ἔλθῃ.* Frustra laborant interpretes in hac sententia, quam patet plane contrariam esse chori consilio. Nam etiam si vel ad felicitatem referas, quam incolumem manere homines cupiant, vel ad illa ipsa, quae modo dixit, perversa studia spectare putes, quorum cursum impediri nolint, absurde id iis verbis significaretur, quibus improbi isti tamen deorum reverentes esse dicerentur. Minime omnium autem in ipso fine carminis talis sententia proferri debuit, quae ab iis rebus, quas in scena agi videmus, tantopere abhorret, ut hoc loco metus divinae invidiae atque improbationis etiam commendandus fuerit impensissime. Eo ipso enim consilio haec disputat chorus, ut verendum esse ostendat, ne indignentur dii impio sacrificio. Quae quum ita sint, *καὶ μὴ κοινὸς ἀγὼν βροτοῖς* scripsi, quod etiam per metrum commendatur. Hoc dicit: *quomodo pudoris aut virtutis vultus aliquid valere potest, ubi impietas potens est, et virtus posthabita negligitur, contemptusque legum potior est legibus, et non commune certamen hominibus est, ne deorum accedat indignatio.*

V. 1103. Paris. C. *προσσκοπουμένη*.

V. 1105. Libri *ἐν δακρύοισί θ'*. Marklandus, quem sequu-

πολλὰς ἱεῖσα μεταβολὰς ὀδυρμάτων,
θάνατον ἀκούσασ᾽, ὃν πατὴρ βουλεύεται.
μνήμην δ᾽ ἄρ᾽ εἶχον πλησίον βεβηκότος
Ἀγαμέμνονος τοῦδ᾽, ὃς ἐπὶ τοῖς αὑτοῦ τέκνοις
ἀνόσια πράσσων αὐτίχ᾽ εὑρεθήσεται.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Λήδας γένεθλον, ἐν καλῷ σ᾽ ἔξω δόμων
εὕρηχ᾽, ἵν᾽ εἴπω παρθένου χωρὶς λόγους,
οὓς οὐκ ἀκούειν τὰς γαμουμένας πρέπει.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τί δ᾽ ἔστιν, οὗ σοι καιρὸς ἀντιλάζυται;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἔκπεμπε παῖδα δωμάτων πατρὸς μέτα·
ὡς χέρνιβες πάρεισιν ηὐτρεπισμέναι,
προχύται τε βάλλειν πῦρ καθάρσιον χεροῖν,

---

tus est Matthiae aliique, *ἐν δακρύοισι δ᾽*. Non opus, recte explicata mente Clytaemnestrae. Nam quum se egressam ex aedibus praestolari Agamemnonem dicit, curam suam atque anxietatem prodit, ut recte idem, sed accommodatis verbis, de filia praedicet.

V. 1108. Quaerit Matthiae, quomodo Clytaemnestra, quum haud dubie dicere voluerit, *sentire mihi videor venientem Agamemnonem*, id sic potuerit dicere: *μνήμην εἶχον*, sive *ἐμνήσθην Ἀγαμέμνονος πλησίον βεβηκότος*. Non videtur ad *ἄρα* attendisse. Exierat Clytaemnestra ut opperiretur Agamemnonem. Iam eum conspiciens, vidensque se bene meminisse quo tempore ille redire debuerit, *atque ergo*, inquit, *commemineram eum prope huc adventare*.

V. 1116. Vict. *ηὐτρεπισμένοι*. Pro vulgato *ηὐτρεπισμέναι* Matthiae edidit *εὐτρεπισμέναι*, non monito lectore.

V. 1117. Edd. vett. *πῦρ καθάρειον ἐκ χερῶν*. Deest *ἐκ* in Paris. A. *Καθάρσιον* certatim emendarunt viri docti. Loquendi rationem illustrant haec in Electra v. 801.

ἄλλοι δὲ πῦρ ἀνῆπτον, ἀμφί τ᾽ ἐσχάρας
λέβητας ὤρθουν· πᾶσα δ᾽ ἐκτύπει στέγη.
λαβὼν δὲ προχύτας μητρὸς εὐνέτης σέθεν
ἔβαλλε βωμούς.

μόσχοι τε, πρὸ γάμων ἃς θεᾷ πεσεῖν χρεὼν
Ἀρτέμιδι, μέλανος αἵματος φυσήματα.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τοῖς ὀνόμασιν μὲν εὖ λέγεις, τὰ δ' ἔργα σοῦ
οὐκ οἶδ' ὅπως χρή μ' ὀνομάσασαν εὖ λέγειν.
χώρει δὲ, θύγατερ, ἐκτός, οἶσθα γὰρ πατρὸς
πάντως ἃ μέλλει, χὐπὸ σοῖς πέπλοις ἄγε
λαβοῦσ' Ὀρέστην, σὸν κασίγνητον, τέκνον.
ἰδοὺ πάρεστιν ἥδε πειθαρχοῦσά σοι.
τὰ δ' ἄλλ' ἐγὼ πρὸ τῆςδε κἀμαυτῆς φράσω.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τέκνον, τί κλαίεις, οὐδ' ἔθ' ἡδέως ὁρᾷς,
εἰς γῆν δ' ἐρείσασ' ὄμμα πρόσθ' ἔχεις πέπλους;

V. 1120. Edd. vett. *τοῖς ὀνόμασι μέν.*

V. 1122. Paris. A. Flor 1. 2. omittunt *δέ.*

V. 1123. Edd. vett. *πάντως ἃ μέλλει γε χ' ὑπὸ τοῖς πέπλοις ἄγε.* Deleverunt importunam voculam Gaisfordius et Matthiae: hic etiam *τοῖς* in *σοῖς* mutavit.

V. 1126. Edd. vett. *πρὸς τῆςδε.* Barnesius, Flor. 1. 2. Vict. *πρὸ τῆςδε.*

V. 1127. Edd. vett. *οὐδέ θ' ἡδέως ὁρᾷς.* Par. C. Flor. 1. 2. Vict. *οὐδ' ἔθ'.* Matthiae, *ἡδέως ὁρᾷς* nihil esse dicens, Marklandi coniecturam *ἡδέως μ' ὁρᾷς* est amplexus. Vereor ne hoc non recte iudicaverit. Differt quidem *ὁρᾶν* a *βλέπειν* et *δέρκεσθαι* eo, quod ad rem quae percipitur videndo refertur, quum illa verba etiam solum spectum, quodque quis oculis prae se fert, significant. Sed tamen raro etiam *ὁρᾶν* similiter ut illa dicitur. Posidippus in Anthol. Pal. T. II. 661. epigr. 119.

πῦρ τοι ὁ χαλκὸς ὁρῇ.

Pindarus Ol. IX. extr. cuius verba sic corrigenda videntur.

δεξιόγυιον ὁρῶν τ' ἀλκὰν
Αἰαντέων ἐν δαιτὶ Ἰλιάδα
νικῶν ἐπεστεφάνωσε βωμόν.

Diversum tamen ab his *ἡδέως ὁρᾶν* est, in quo ne est quidem ullus abusus verbi. Significat enim hoc, *non suaviter prospicis.*

V. 1128. In Paris. A. deest *πρόσθ'.*

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

φεῦ.
τίν᾽ ἂν λάβοιμι τῶν ἐμῶν ἀρχὴν κακῶν;

V. 1129. Hi quattuor versus in edd. vett. tributi sunt Iphigeniae: quo factum est ut Bremius eos una cum duobus qui praecedunt Agamemnonis versibus ex alia fabulae recensione adiectos esse existimaret. Ei assensus est Matthiae. Hoc quidem verissime observavit Bremius, si Iphigenia tam magnifico exordio responderet Agamemnoni, non potuisse eam in his consistere, sed amplius persequi debuisse illam malorum suorum ubertatem; praeterea ne convenire quidem huic scenae, ut ipsa iam aliquid dicat: quibus addi potuit, Clytaemnestram se eius nomine verba facturam dixisse v. 1126. Hinc suspicatus est Bremius, rectius eos versus Clytaemnestrae adscribi. Et profecto in Vict. huic sunt dati, quam rationem sequuti sunt novissimi editores. Ego quidem sic de hoc loco sentio. Verum est, ad rei quae agitur integritatem non desideratum iri versus 1127—1132. si abessent. Idem dictum volo, si soli v. 1130—1132. essent omissi. Non inepte enim iis, quae Agamemno quaerit, solo illo φεῦ responderet Clytaemnestra. Sed tamen neque ipsis in versibus vel Agamemnonis vel qui eos sequuntur quidquam est, quo eos indignos Euripide esse iudicemus: re autem diligentius considerata nescio an appareat positos esse aptissime. Prodiit Clytaemnestra, ut et coargueret maritum et exoraret, idque eo modo factura, quo maxime animum eius flecti posse intelligebat, evocavit etiam filiam. Nunc si neque pater alloqueretur flentem carissimam filiam, Clytaemnestra autem sine praefatione statim de consilio sacrificandae filiae quaereret: non solum ambo facerent quod a natura humana alienum est, sed etiam spectatorum animi eius motus vacui relinquerentur, quem in summo periculo excitare poetae officium est. Id, opinor, bene perspiciens Euripides, primo statim in principio scenae, non tum demum, quum frustra Agamemnonem aggressa esset Clytaemnestra, evocari Iphigeniam voluit. Multo magis enim illum confundi perturbarique necesse erat, si praesente filia consilium eius patefieret. Deinde quo magis elucesceret illa perturbatio, ostendendus erat amor patris in filiam et caritas, quae quo maior est, eo plenior metus et pudoris conditio est dissimulare consilium volentis. Tum autem Clytaemnestra, quamvis duri et ferocis ingenii mulier, tamen ipsa quoque et blando alloquio, quo filiam pater excipit, tacta, et doloris atque indignationis vim omnem pectore persentiens, haeret paullum, ut fit, quum animo vehementer commoti proferre quod angit volumus, nescitque unde capiat dicendi initium, eaque praefatione magis sollicitum reddit maritum: tum vero, compescens doloris atque irae impetum, exquirere consilium atque arguere Agamemnonem incipit. Haec qui consideraverit, tantum aberit, opinor,

ἅπασι γὰρ πρώτοισι χρήσασθαι πάρα,
κἂν ὑστάτοισι, κἂν μέσοισι πανταχοῦ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τί δ᾽ ἔστιν; ὥς μοι πάντες εἰς ἓν ἥκετε,
σύγχυσιν ἔχοντες καὶ ταραγμὸν ὀμμάτων.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

εἴφ᾽ ἅν ἐρωτήσω σε γενναίως, πόσι.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

οὐδὲν κελευσμοῦ δεῖ μ᾽· ἐρωτᾶσθαι θέλω.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τὴν παῖδα τὴν σὴν τήν τ᾽ ἐμὴν μέλλεις κτανεῖν;

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἔα·
τλήμονά γ᾽ ἔλεξας, ὑπονοεῖς θ᾽ ἃ μή σε χρή.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἔχ᾽ ἥσυχος,
κἀκεῖνό μοι τὸ πρῶτον ἀπόκριναι πάλιν.

---

ut eiiciendos hos versus censeat, ut detractis magnum huic scenae lumen adimi fateatur.

V. 1132. Languidum est, quod Marklandus coniiciebat, κἂν ὑστάτοισι, κἂν μέσοις, καὶ πανταχοῦ, exemplo adductus, quod prorsus comparari non potest, in Iphig. Taur. 568.

ἔστ᾽, ἄθλιός γε, κοὐδαμοῦ καὶ πανταχοῦ.

V. 1136. Flor. 2. Vict. et edd. vett. οὐδὲν κέλευσμ᾽ οὐ δεῖ γ᾽. Flor. 1. οὐδὲν κέλευσμ᾽ οὐ δή. Canterus οὐδὲν κελευσμοῦ δεῖ γ᾽, quod habere codd. Paris. e silentio colligi posse videtur. Non dubitandum quin verum sit, quod Porsono iudice ad Orest. 659. non sine specie coniecit Marklandus, οὐδὲν κελευσμοῦ δεῖ μ᾽.

V. 1140. Hunc versiculum, qui non est in edd. servarunt

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

σὺ δ᾽ ἤν γ᾽ ἐρωτᾷς εἰκότ᾽, εἰκότ᾽ ἂν κλύοις.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

οὐκ ἀλλ᾽ ἐρωτῶ, καὶ σὺ μὴ λέγ᾽ ἄλλα μοι.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

τίν᾽ ἠδίκησα;

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τοῦτ᾽ ἐμοῦ πεύθει πάρα;
ὁ νοῦς ὅδ᾽ αὐτὸς νοῦν ἔχων οὐ τυγχάνει.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ὦ πότνια μοῖρα καὶ τύχη, δαίμων τ᾽ ἐμός.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

κἀμός γε καὶ τῆσδ᾽, εἷς τριῶν δυσδαιμόνων.

Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. de quo versu permira dixerunt Boeckhius in libro de tragicis Graecis p. 294. et Matthiae. Recte eum Marklandi iudicium sequuti, plane enim necessarius est, receperunt Dindorfii. Monstruosorum inventor metrorum Bothius cum sequente trimetro in iambicum tetrametrum coniunxit.

V. 1142. Edd. vett. εἰκότα κλύοις. Emendarunt Marklandus et Musgravius.

V. 1143. Edd. veterrimae, οὐκ, ἀλλ᾽ ἐρωτῶ. H. Steph. Cant. et reliquae οὐκ ἄλλ᾽ ἐρωτῶ.

V. 1144. 1145. Hos versus cur hic posuerim, dicetur ad v. 1147.

V. 1146. Edd. vett. ὦ πότνια τύχη καὶ μοῖρα καὶ δαίμων γ᾽ ἐμός. Paris. A. B. Flor. 1. 2. μοῖρα δαίμων τ᾽ ἐμός. Paris. C. ut Marklandus refert, μοῖρά τ᾽ δαίμων γ᾽. Etiam Vict. μοῖρά τ᾽. Emendavit Musgravius.

V. 1147. Edd. κἀμός τε. Matthiae non monito lectore introduxit, recte quidem, κἀμός γε. Post hunc versum in libris hi duo leguntur:

ΑΓ. τίν᾽ ἠδίκησαι; *ΚΛ.* τοῦτ᾽ ἐμοῦ πεύθῃ πάρα;
ὁ νοῦς ὅδ᾽ αὐτὸς νοῦν ἔχων οὐ τυγχάνει.

ἀπωλόμεσθα. προδέδοται τὰ κρυπτά μου.

Paris. B. C. Flor. 2. *τίμ' ἠδίκησε*, ad *μ* supra scripto *ν*. Flor. 1. *τιν' ἡμ' ἠδίκησε*. Vict. *τί μ' ἠδίκησε*, supra scriptum habens *τινι ἡ*. Marklandus sequebatur editiones veteres, sed non male vel *τί σ' ἠδίκησα* vel *τίς σ' ἠδίκησε* corrigi censebat. Matthiae edidit *τί δ' ἠδίκησαι*, sed fortasse non mutatum oportuisse ait *τίν' ἠδίκησαι*, afferens ex Helena v. 456.

τί βλέφαρα τέγγεις δάκρυσι; πρὸς τίν' οἰκτρὸς εἶ;

Ego quidem hic quoque *πρὸς τί δ' οἰκτρὸς εἶ* scribi malim. Sed Iphigeniae versus, sive quod Matthiae posuit teneas, sive quae Marklandus coniecit amplectare, hoc loco, si quid ego video, stare nequeunt. Aperte enim turbant et interrumpunt ea, quae necessario cohaerent, quum Agamemno, eo redactus ut infitiari iam nequeat, exclamat,

ὦ πότνια μοῖρα καὶ τύχη, δαίμων τ' ἐμός,
ἀπωλόμεσθα· προδέδοται τὰ κρυπτά μου.

Dubitari vero potest sedesne eorum post v. 1134. fuerit, hoc modo:

ΑΓ. τί δ' ἔστιν; ὥς μοι πάντες εἰς ἓν ἥκετε,
σύγχυσιν ἔχοντες καὶ ταραγμὸν ὀμμάτων.
τίν' ἠδίκησα; ΚΛ. τοῦτ' ἐμοῦ πεύθει πάρα;
ὁ νοῦς ὅδ' αὐτὸς νοῦν ἔχων οὐ τυγχάνει.
εἶφ' ἂν ἐρωτήσω σε γενναίως, πόσι·

an reponendi sint post v. 1143. Illud prius propter has rationes reiiciendum duxi. Primo non est veri simile, Agamemnonem, qui dissimulare cupiat consilium suum, quaerere *τίν' ἠδίκησα;* quo ille se quodammodo proderet alicuius criminis reum esse. Deinde inutiles essent versus 1130 — 1132. quibus Clytaemnestra exordium se orationis quaerere significat, si per istam mariti quaestionem efficeretur, ut non opus haberet exordio, sed respondere potius cogeretur. Tum ille versus, quo, ut in libris haec leguntur, continetur illud quaesitum exordium,

εἶφ' ἂν ἐρωτήσω σε γενναίως, πόσι.

non bene cohaereret cum insertis illis versibus. Multo aliter se res habet, si ponuntur, quo loco posui, post v. 1143. Nam instante Clytaemnestra, ut de interficiendae filiae consilio respondeat Agamemno, consentaneum est, eum etiam iterum responsum detrectare, idque sic, ut ipse potius quid sibi exprobretur quaerat. Sed ubi id fecit, *τί δ' ἠδίκησα* dicens, ex iis quae respondet Clytaemnestra non solum consilium illud suum interficiendae filiae, sed etiam iniuriam, quam matri fecit ementiendis nuptiis, illi compertam esse intelligit. Itaque omnibus modis circumvento nihil iam reliquum est, nisi ut adversam sibi fortunam conquerens periisse se, et patefacta esse, quae celata voluerit, exclamet.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

πάντ' οἶδα καὶ πεπύσμεθ' ἃ σὺ μέλλεις με δρᾶν.
αὐτὸ δὲ τὸ σιγᾶν ὁμολογοῦντός ἐστί σου
καὶ τὸ στενάζειν πολλά. μὴ κάμῃς λέγων.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἰδοὺ σιωπῶ· τὸ γὰρ ἀναίσχυντον τί δεῖ
ψευδῆ λέγοντα προςλαβεῖν τῇ συμφορᾷ;

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἄκουε δή νυν· ἀνακαλύψω γὰρ λόγους,
κοὐκέτι παρῳδοῖς χρησόμεσθ' αἰνίγμασιν.
πρῶτον μέν, ἵνα σοι πρῶτα τοῦτ' ὀνειδίσω,
ἔγημας ἄκουσάν με κἄλαβες βίᾳ,
τὸν πρόσθεν ἄνδρα Τάνταλον κατακτανών,
βρέφος τε τοὐμὸν σῷ προσουρίσας πάλῳ,
μαστῶν βιαίως τῶν ἐμῶν ἀποσπάσας.
καὶ τὼ Διός τε παῖδ' ἐμώ τε συγγόνω

V. 1149. Edd. vett. *πάντ' οἶδα, καὶ πέπυσμ' ἃ σίγε μέλλεις με δρᾶν.* Paris. A. B. Flor. 1. 2. *πέπεισμ'.* Emendarunt Elmsleius atque Erfurdtius.

V. 1151. Edd. antiquissimae: *καὶ τὸ στενάζειν πολλὰ μὴ κάμνης λέγων.* Post *πολλὰ* Brubachiana commate, H. Stephanus coli signo distinxere. Porsonus *μὴ κάμῃς* ad Hecub. 1166.

V. 1154. Matthiae *ἄκουε δή νυν.* Scribebatur illud *ἄκουε δὴ νῦν.*

V. 1157. Codd. et edd. *ἔγημες.* Sed apud Eustathium p. 1693, 11. (Odyss. 446, 48.) qui hunc et sequentem versum affert, *ἔγημας* et mox *καὶ λάβες* legitur.

V. 1159. Codd. et edd. *βρέφος τε τοὐμὸν σῷ προσοίρισας πάλῳ.* Scaliger, *προσουδίσας πέδῳ* vel *πάτῳ.* Matthiae ex hac et ex Musgravii coniecturis *ζῶν* assumpto cum Iacobsio legendum censuit, *βρέφος τε τοὐμὸν ζῶν προσουδίσας πέδῳ,* in quo acquieverunt Dindorfii. Satius erat, accentu mutato servari librorum scripturam, minus foedum facinus obiicientem Agamemnoni. *Puerum,* inquit, *meum tuae sorti in divisione captivorum adiiciendum curans, ab uberibus meis avulsum.*

V. 1161. Libri: *καὶ τὼ Διός γε παῖδ' ἐμώ τε συγγόνω.*

ἵπποισι μαρμαίροντ' ἐπεστρατευσάτην·
πατὴρ δὲ πρέσβυς Τυνδάρεώς σ' ἐῤῥύσατο
ἱκέτην γενόμενον, τἀμὰ δ' ἔσχες αὖ λέχη.
οὗ σοι καταλλαχθεῖσα περὶ σὲ καὶ δόμους
συμμαρτυρήσεις ὡς ἄμεμπτος ἦν γυνή,
εἴς τ' Ἀφροδίτην σωφρονοῦσα καὶ τὸ σὸν
μέλαθρον αὔξουσ', ὥςτε σ' εἰςιόντα τε
χαίρειν, θύραζέ τ' ἐξιόντ' εὐδαιμονεῖν.
σπάνιον δὲ θήρευμ' ἀνδρὶ τοιαύτην λαβεῖν
δάμαρτα· φλαύραν δ' οὐ σπάνις γυναῖκ' ἔχειν.
τίκτω δ' ἐπὶ τρισὶ παρθένοισι παῖδά σοι
τόνδ', ὧν μιᾶς σὺ τλημόνως μ' ἀποστερεῖς.
κἄν τίς σ' ἔρηται τίνος ἕκατί νιν κτενεῖς,
λέξον τί φήσεις, ἢ 'μὲ χρὴ λέγειν τὰ σά;
Ἑλένην Μενέλαος ἵνα λάβῃ. καλὸν κλέος,
κακῆς γυναικὸς μισθὸν ἀποτῖσαι τέκνα.

Marklandus vel *καὶ τὼ Διός τε παῖδ'*, **vel** *καὶ τὼ Διός σε παῖδ'* **scribendum coniecit, quorum prius probavit Elmsleius ad Med. 940. quia, si alterum reciperetur, etiam** *ἐμὼ δὲ συγγόνω* **scribendum esset.**

V. 1168. Edd. vett. *ὥςτ' εἰςιόντα τε χαίρειν.* **Emendavit Canterus.**

V. 1171. Edd. vett. *φλαῦραν.* **Correctus accentus in ed. P. Steph. Ex Paris. A.** *φαυρον* **affert Marklandus, cuius in collatione non notati accentus.**

V. 1176. Hic et duo sequentes versus in edd. Ald. Froben. sic scripti sunt:

Ἑλένην Μενέλαος ἵνα λάβῃ, καλὸν γένος
κακῆς γυναικὸς μισθὸν, ἀποτίσαι τέκνα,
ταχθεῖσα, τοῖσι φιλτάτοις ὠνούμεθα.

In Brubach. Herv. 2. Stiblin. Cant. P. Steph. Commelin. *καλόν γε νῷ.* **H. Steph. plena interpunctione praeposita,** *καλόν γε νῷ κακῆς* **etc. V. D. in censuris Edinburgensibus fasc. XXXVII. p. 69.** *καλόν γ' ἔθος*, **quod probavit Matthiae, receperunt Dindorfii. De eo mox dicam.**

V. 1177. Edd. vett. *ἀποτίσαι.* **In Brub. Herv. 2. Stiblin. Cant. P. Steph. Commelin. interpungitur,** *καλόν γε νῷ. κακῆς γυναικὸς μισθὸν ἀποτίσαι, τέκνα,* **etc. Omnia haec usque ad** *τέκνα* **sine interpunctione scripsit H. Stephanus.**

τἄχθιστά τοι τοῖς φιλτάτοις ὠνούμεθα.
ἄγ', ἢν στρατεύσῃ καταλιπών μ' ἐν δώμασιν,
κἀκεῖ γενήσει διὰ μακρᾶς ἀπουσίας,
τίν' ἐν δόμοις με καρδίαν ἕξειν δοκεῖς,
ὅταν θρόνους τῆσδ' εἰσίδω πάντας κενούς,
κενοὺς δὲ παρθενῶνας, ἐπὶ δὲ δακρύοις
μόνη καθῶμαι, τήνδε θρηνῳδοῦσ' ἀεί·

V. 1178. Paris. B. Flor. 1. 2. Ald. Froben. Brub. ταχθεῖσαι, τοῖσι φιλτάτοις ὠνούμεθα. Herv. 2. (de qua falsum retulit Matthiae) Cant. P. Steph. Commelin. τ' ἀχθέντα. H. Steph. τ' ἀχθεινά. Stiblini editio ταἴχθιστα, ex emendatione Brodaei, qui τἄχθιστα scribi iussit, quod merito probarunt Canterus aliique. Sed patet hac emendatione non persanatos esse hos versus. Atque illi, qui v. 1176. καλόν γ' ἔθος adsciverunt, vereor ne id non satis considerate fecerint. Saepe Graeci, quum quid improbant, legem ferri non ferendam dicunt: non item id consuetudinem appellant: et recte, quia consuetudo non conditur uno facto. Id ergo non sic, sed potius καλὸν κλέος scripsit Euripides, usitata formula ironice usus. Praeterea vero ultimus illorum trium versuum non habet, quo cum praecedentibus cohaereat: nam vix erit, qui ὠνούμεθα in ὠνουμένων mutare audeat. Itaque aut excidit ante eum alius versus, aut, quod veri similius est, in ipso librarii aliquid peccarunt. Et quum sententiae ratio suadeat, id ut huiusmodi fuisse credamus, τἄχθιστά τοι τοῖς φιλτάτοις ὠνούμεθα, hoc reposui. *Pulcra vero laus*, inquit, *pro mala muliere persolvere liberos. Inimicissima igitur emimus carissimis.*

V. 1179. Libri: ἄγ', ἢν στρατεύσῃ καταλιπών μ' ἐν δώμασιν, κἀκεῖ γενήσῃ διὰ μακρᾶς ἀπουσίας. Elmsleius, quia γενήσῃ non est coniunctivus, εἰ στρατεύσει et γενήσει scribi iussit. Ei assentiri videtur Matthiae, quod miror, quia, qui ad v. 1184. de simili decreto dissentiebat, hic magis idoneam habebat caussam dissentiendi. Nam particulae quae sunt cum ἄν compositae, dum in priore membro modum habeant eum, quem ἄν requirit, in altero eum possunt modum adiunctum habere, qui adhibendus est non posito ἄν. Ita hic, postquam dictum est ἢν στρατεύσῃ, quoniam illud ἢν ex εἰ et ἄν conflatum est, recte infertur καὶ γενήσει, non id iam ex ἢν, sed ex εἰ pendens. Ut apud Herodotum III. 69. ἢν γὰρ δὴ μὴ τυγχάνῃ τὰ ὦτα ἔχων, ἐπιλαμπτος δὲ ἀφάσσουσα ἔσται, εὖ εἰδέναι ὡς διϊστώσει μιν. Quare, etsi nolo contendere non scripsisse Euripidem εἰ στρατεύσει, tamen non necessario mutanda esse visa est librorum scriptura.

V. 1184. Libri κάθημαι. Elmsleius καθῶμαι, non, ut Matthiae refert, κάθωμαι. Hic igitur Matthiae hanc constructio-

ἀπώλεσέν σ᾽, ὦ τέκνον, ὁ φυτεύσας πατήρ,
αὐτὸς κτανών, οὐκ ἄλλος, οὐδ᾽ ἄλλῃ χερί,
τοιόνδε μισθὸν καταλιπὼν πρὸ σοῦ δόμοις.

---

nis mutationem satis usitatam esse ait. Fateor non inusitatam esse, sed ubi in narrationem transitur, id tempus quod proprium est, non aliud, adhibitum credo. Itaque recte diceretur, ὅταν εἰςίδω, καθεδοῦμαι δέ, sicut apud Herodotum, cuius verba modo attuli. Quare apud Euripidem quum futuro non sit locus, omnino coniunctivum restituendum, et cum Elmsleio καθῶμαι scribendum censeo. Καθώμεθα sine scripturae discrepantia legitur in Helena v. 1084. sed apud Demosthenem p. 53, 2. et 1367, 27. aliquot libri pro καθώμεθα et καθῶνται exhibent καθήμεθα et κάθηνται. Moneo hoc propter Buttmanni dubitationem in gramm. vol. I. p. 566, suspicantis quaedam verba retinuisse in coniunctivo perfecti vocalem indicativi: quamquam quae ille de κεῖμαι attulit, debilitavit Graserus in Specimine adversariorum in sermones Platonis p. 39. seq. Caeterum quoniam modorum mutationis mentio facta est, non inutile fuerit observasse, quum de simili genere recte iudicasset Schaeferus in Melet. crit. p. 111. eumdem virum postea ut aliter se rem habere multis in aliis scriptorum locis existimaret adductum esse: v. adnotationes in indice Plutarchi v. *modorum diversitas* indicatas. Id qui factum sit, haec eius verba in Plutarchi vol. V. p. 427. ostendunt: „Ceterum tirones advertant πολεμοῦσι positum post κρατοίη, nullo diversorum modorum ad sensum discrimine: obiterque discant diffidere vanitati novitiae modorum doctrinae pariter ac nugis aliorum somniorum, quae nostra aetate pulcerrimis litterarum antiquarum studiis tantum detrimenti importarunt.“ Si vacuus cupiditate animus fuisset, non noluisset videre, quod facile vel illorum quos appellat tironum quivis non hebes videat, nec Demosthenem nec Plutarchum nullo ad sensum discrimine modos variasse: quod neque illi neque quisquam unus potuit, nisi modos putabimus forma, non etiam potestate differre.

V. 1185. Libri: ἀπώλεσέν σ᾽, ὦ τέκνον, ὁ φυτεύσας πατήρ. Elmsleius paullo numerosiorem evadere versum ait, si legatur ὁ φιτύσας πατήρ. Recepit hoc in poetis scenicis G. Dindorfius. Ego ne deterior hic numerus sit vereor.

V. 1187. Libri: τοιόνδε μισθὸν καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους. Corrupta haec esse apertum est. Matthiae excidisse versum putat, in quo fuerit ἀφίξῃ, quod referatur ad πρὸς τοὺς δόμους. L. Dindorfii coniectura, τοιόνδε μῦθον καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους ἔπει, propter hoc verbum ἐπιέναι, quod ab hoc loco alienum est, admitti nequit. Neque excidit quidquam, neque alibi quaerendum vitium, quam in postremis verbis πρὸς τοὺς δόμους, quae vel propter invenuste additum articulum suspecta esse debebant. Reposui πρὸ σοῦ δόμοις, *talem pro te mercedem aedi-*

ἐπεὶ βραχείας προφάσεως ἔδει μόνον,
ἐφ' ᾗ σ' ἐγὼ καὶ παῖδες αἱ λελειμμέναι
δεξόμεθα δέξιν ἥν σε δέξασθαι χρεών.
μὴ δῆτα πρὸς θεῶν μήτ' ἀναγκάσῃς ἐμὲ
κακὴν γενέσθαι περὶ σέ, μήτ' αὐτὸς γένῃ.
εἶεν·
θύσεις δὲ τὴν παῖδ'· ἔνθα τίνας εὐχὰς ἐρεῖς;
τί σοι κατεύξει τἀγαθόν, σφάζων τέκνον;
νόστον πονηρόν, οἴκοθέν γ' αἰσχρῶς ἰών;
ἀλλ' ἐμὲ δίκαιον ἀγαθὸν εὔχεσθαί τί σοι;
οὐτἄρ' ἀσυνέτους τοὺς θεοὺς ἡγοίμεθ' ἄν,

---

bus relinquens. Audaciores coniecturas protulit Camperus ad Electrae v. 229.

V. 1188. Libri: ἐπεὶ βραχείας προφάσεως ἔδει μόνον, quod recte tenuit Matthiae. Qui Reiskii et Marklandi coniecturam ἐνδεῖ probarunt, non cogitarunt ea deesse potius praetextum, quam opus eo esse significari. Dixit poeta ἔδει, quia haec cohaerent quodammodo cum praegressis, in quibus ut de re iam acta loquitur. Aliter praestaret scribi προφάσεώς σε δεῖ, de qua constructione exposuit Porsonus ad Orest. 659. Sensus est: *brevi aliquo praetextu uti poteras, ut te et ego et quas relinquis Troiam petens filiae sicuti patrem familias decet revertentem excipiamus.*

V. 1189. Marklandus pro ἐφ' ᾗ in Paris. A. εφον vel εφου scriptum affert. Erat id opinor ἐφ' οὗ.

V. 1194. Libri: θύσεις δὲ τὴν παῖδ'. Id, mea sententia, recte dictum, neque opus Marklandi coniectura σὴν παῖδ'. Nam primarium hic verbum est θύσεις, poteratque etiam θύσεις δ' αὐτὴν dici, si metrum permisisset.

V. 1195. 1196. In Ald. et Froben. pessime distinctum: τί σοι κατεύξῃ, τἀγαθὸν σφάζων τέκνον, νόστον πονηρὸν οἴκοθέν γ' αἰσχρῶς ἰών; Primum in Brubachiana τἀγαθὸν ad praecedentia relatum, in caeteris non correcta interpunctio, quam miror in novissimis quoque editionibus servatam, sive, ut rectius dicam, restitutam esse, quum in Stiblini, Canteri, P. Stephani, Commelini, Barnesii edd. recte in utriusque versus fine signum interrogandi esset positum. Proponit Clytaemnestra quaestiones, quarum ad singulas ipsa pro Agamemnone respondet, et quidem interrogando.

V. 1198. Edd. vett. οὔτ' ἄρ' ἀσυνέτους τοὺς θεοὺς ἡγοίμεθ' ἄν. Musgravius, Valckenarius in diatr. de fr. Eurip. p. 188. Lentingius ἢ τἄρ'. Satius erat, opinor, quod Matthiae fecit, οὐτἄρ' addito in fine signo interrogandi scribere.

εἰ τοῖσιν αὐθένταισιν εὖ φρονήσομεν;
ἥκων δ' ἐς Ἄργος προςπεσεῖ τέκνοισι σοῖς;
ἀλλ' οὐ θέμις σοι. τίς δὲ καὶ προςβλέψεται
παίδων σ', ἐὰν αὐτὸς σὺ προθέμενος κτάνῃς;
ταῦτ' ἦλθες ἤδη διὰ λόγων, ἢ σκῆπτρά σοι

V. 1200. Flor. 1. 2. Vict. ἥκων δ' εἰς Ἄργος. Deinde edd. vett. προςπίσοις. Paris. A. B. Flor. 1. 2. προςπίσῃς. Emendavit Musgravius.

V. 1202. Codd. et edd. vett. παίδων σ', ἐὰν αὐτῶν προθέμενος κτάνῃς τινά; Porsonus ad Phoen. 1373. παίδων σ' ὅτων ἂν προθέμενος κτάνῃς τινά; quam coniecturam quod soloecam esse dixi, miratus est Matthiae. Rationem reddidi in iis quae de ἂν particula scripsi lib. II. c. 10. Et videtur ipse intellexisse Matthiae, qui se neget ὅςτις pro simplici ὅς usurpari putare, multoque minus ὅςτις ἂν de certo homine. Prius illud iniuria reprehendit Schaeferus ad Demosth. vol. IV. 238. qui quam citat farraginem ad Stephani Thes. p. 7008. B. ea nihil proficitur. Sed illi horum pronominum rationem non perspectam fuisse, etiam alibi in adnotatis ad Demosthenem deprehendi. Accurate de iis disputavit Struvius in specimine commentationum de dialecto Herodoti, edito Regiomonti a. 1828. nec tamen ut exhausisse rem videatur: de quo dicam ad Sophoclis Oed. R. Elmsleius ad Oed. R. 1460. et ad Med. 1019, not. d. scribendum censuit, τίς δὲ καὶ προςβλέψεται παίδων σ', ἵν' αὐτῶν προέμενος κτάνῃς τινά, audacter, ut ad Medeam dixit, προέμενος, dubitanter ἵνα corrigens. At etiam de προέμενος vehementer dubitari potest. Mihi verissime in libris προθέμενος legi videtur, quod verbum eodem modo, quo de mortuis solet, sed hic de morituro dictum est. Significat enim *suorum aliquem publice exponere:* quod patet hic multum conferre ad augendam rei indignitatem. Matthiae, qui Porsoni coniecturam recepit, in adnotatione fatetur sibi placere sententiam Elmsleii: sed quod ait, potuisse Clytaemnestram dicere: τίς δὲ καὶ προςβλέψεται παίδων σ'; (ἢ προςβλέψεταί σε) ἵν' αὐτῶν προέμενος κτάνῃς τινά; explicandae sententiae caussa videtur posuisse. Non enim puto eum haec sic in duas dividi voluisse quaestiones: quae ne per ἢ quidem si connecterentur, recte procederent. Aliter hunc versum, sed infeliciter, tentavit Camperus ad Electrae v. 1021. p. 372. Mihi quidem non dubitandum videtur, quin versus a metricis corruptus sit, nescientibus ἐὰν ultima longa esse. Indicio est languidum τινά. Quare scripsi, ἐὰν αὐτὸς σὺ προθέμενος κτάνῃς.

V. 1203. Edd. vett. ταῦτ' ἦλθον ἤδη διὰ λόγων. ἢ σκῆπτρά σοι μόνον διαφέρειν, καὶ στρατηλατεῖν σε δεῖ. Paris. C. Flor. 2. Vict. ἦλθεν ἤδη. Flor. 1. ἦλθεν δή. Deinde Matthiae ex sua coniectura scripsit ἢ σκῆπτρά τοι. Variis haec coniecturis

μόνον διαφέρειν καὶ στρατηλατεῖν σε δεῖ;
ὃν χρῆν δίκαιον λόγον ἐν Ἀργείοις λέγειν·
βούλεσθ', Ἀχαιοί, πλεῖν Φρυγῶν ἐπὶ χθόνα;
κλῆρον τίθεσθε παῖδ' ὅτου θανεῖν χρεών.
ἐν ἴσῳ γὰρ ἦν τόδ', ἀλλὰ μὴ 'σ' ἐξαίρετον
σφάγιον παρασχεῖν Δαναΐδαισι παῖδα σήν,
ἢ Μενέλεων πρὸ μητρὸς Ἑρμιόνην κτανεῖν,
οὗπερ τὸ πρᾶγμ' ἦν. νῦν δ' ἐγὼ μὲν ἡ τὸ σὸν
σῴζουσα λέκτρον παιδὸς ἧς στερήσομαι,
ἡ δ' ἐξαμαρτοῦσ', ὑπόροφον νεανίδα

---

tentata sunt, quibus supersedere poterant viri docti, si animadvertissent, unius litterae mutatione omnia confici posse. Scribendum erat enim *ἦλθες*. Sensus est: *haeccine iam tecum reputasti, an nihil te nisi cum sceptro circumire et imperatorem esse oportet?* *Ταῦτα* in principio positum sine copula quum per se non potest ad sequentia referri, tum eo minus, quod sic plane abrupta et non connexa esset oratio: sed quaerit Clytaemnestra de praegressis, eane animo volverit Agamemno, an nihil agat nisi ut se regem atque imperatorem esse ostendat. *Σκῆπτρα διαφέρειν* cum contemptu dicit, obambulare illum cum sceptris significans, quo dignitas sua ab omnibus conspiciatur. Nec *σοὶ* tentandum, quod pariter ac *σε* cum *δεῖ* construitur, sed ideo positum est, ne, si pro eo *σε* esset, *σὲ μόνον* iungerentur.

V. 1205. *Χρῆν* pro *χρὴ* Reiskius et Marklandus.

V. 1208. Legebatur *μή σ'*.

V. 1210. Edd. vett. *πρὸς μητρὸς*. Emendavit Scaliger. Et fortasse sic Florentini, e quibus nihil enotatum.

V. 1212. Libri *παιδὸς ὑστερήσομαι*, quod defendere studuit Matthiae. Sed est hoc aliquanto debilius verbum, quam quo hic usus videatur Euripides. Reiskius et Porsonus coniecerunt *ἐστερήσομαι*. Verum quamvis bene conveniat futurum exactum, tamen quoniam id in hoc verbo non video alibi usurpatum esse a tragicis, *στερήσομαι* autem eos dixisse saepissime, veri similius esse iudicavi *παιδὸς ὑστερήσομαι* ex *παιδὸς ἧς στερήσομαι* ortum esse: *filia mea privaber*. Non memini quidem hoc pronomen apud tragicos ad alias quam tertiam personam relatum legere, sed, quum omnino rarius eo utantur, analogia suadet, ut non secus quam *ἑαυτοῦ* de secunda quoque et prima persona dictum esse, Homero duce, existimemus, de quo scite iudicavit Apollonius in libro de pronomine p. 403.

V. 1213. Edd. vett. *ὑπόστροφον*. Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. *ὑπότροφον*. Permirum est, alia potius minime veris similia

Σπάρτῃ κομίζουσ᾽, εὐτυχὴς γενήσεται.
τούτων ἄμειψαί μ᾽ εἴ τι μὴ καλῶς λέγω·
εἰ δ᾽ εὖ λέλεκται, μὴ κτάνῃς * * * *
τὴν σήν τε κἀμὴν παῖδα, καὶ σώφρων ἔσει.

ΧΟΡΟΣ.

πιθοῦ. τὸ γάρ τοι τέκνα συσσώζειν καλόν,
Ἀγάμεμνον· οὐδεὶς πρὸς τάδ᾽ ἀντερεῖ βροτῶν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως εἶχον, ὦ πάτερ, λόγον,
πείθειν μ᾽ ἐπᾴδουσάν θ᾽ ὁμαρτεῖν μοι πέτρας,

---

excogitata esse, quam receptam optimam emendationem Scaligeri ὑπόροφον. *Κομίζειν* hic est *servare*.

V. 1216. Libri scripti et impressi: *εἰ δ᾽ εὖ λέλεκται νῶϊ, μὴ δῆγε κτάνῃς*. Multa frustra tentarunt viri docti. Dubitari prorsus non potest, quin, quod recte monuit Matthiae, metricus aliquis mutilum versum insertis vocibus *νῶϊ* et *δῆγε* expleverit. Sed languet, quod Camperus coniecit ad Electr. 1071. p. 383. *εἰ δ᾽ εὖ λέλεκται τῇδε, μὴ σὺ δὴ κτάνῃς*. Scripserat Euripides, nisi fallor,

εἰ δ᾽ εὖ λέλεκται, μὴ κτάνῃς, ἱκνούμεθα,
τὴν σήν τε κἀμὴν παῖδα, καὶ σώφρων ἔσει.

Propterea lacunae signa posui.

V. 1217. Flor. 1. omittit *τε*.

V. 1218. Paris. A. Flor. 1. 2. Vict. *συνσώζειν*.

V. 1219. Libri *ἀντείποι*, praeter Paris. A. in quo est *ἀντείπῃ*. Optativum defendit Matthiae, attulique ego ipse in lib. III. c. 5. de particula *ἄν* p. 162. hoc exemplum in iis, in quibus voluntatis significationem haberet optativus. Nihilo minus recipiendum duxi *ἀντερεῖ*, quod et ipse olim et Elmsleius ac Blomfieldius coniecerunt, tum quoniam usus Euripidis suadere videbatur, tum quod Attici perraro tamen istum volentis optativum usurpant, tum quod codicis Parisini scriptura *ἀντείπῃ* aperte videbatur manum interpretis prodere. Nam quod Matthiae dicit, sibi quidem parum probabile videri, operae pretium quemquam duxisse explicare *ἀντερεῖ* adscripto coniunctivo *ἀντείπῃ*, mihi contraria stat sententia, qui et planissima quaeque a glossatoribus explicata esse videam, et coniunctivo aoristi eos pro futuro uti sciam, et eamdem explicationem inveniam apud Hesychium, apud quem quod scriptum legitur, *ἀντερήσεις, ἀντείπεις, ἀντιζηλώσεις*, vix potest dubitari quin sic sit corrigendum: *ἀντερεῖς, ἀντείπῃς. ἀντερίσεις, ἀντιζηλώσεις*.

V. 1221. Vulgo: *πείθειν ἐπᾴδουσ᾽ ὥσθ᾽ ὁμαρτεῖν μοι πέ-*

κηλεῖν τε τοῖς λόγοισιν οὓς ἐβουλόμην,
ἐνταῦθ' ἂν ἦλθον. νῦν δὲ τἀπ' ἐμοῦ σοφά,
δάκρυα παρέξω· ταῦτα γὰρ δυναίμεθ' ἄν.
ἱκετηρίαν δὲ γόνασιν ἐξάπτω σέθεν
τὸ σῶμα τοὐμόν, ὅπερ ἔτικτεν ἥδε σοι,
μή μ' ἀπολέσῃς ἄωρον· ἡδὺ γὰρ τὸ φῶς
λεύσσειν· τὰ δ' ὑπὸ γῆν μή μ' ἰδεῖν ἀναγκάσῃς.
πρώτη σ' ἐκάλεσα πατέρα, καὶ σὺ παῖδ' ἐμέ·
πρώτη δὲ γόνασι σοῖσι σῶμα δοῦσ' ἐμὸν
φίλας χάριτας ἔδωκα κἀντεδεξάμην.
λόγος δ' ὁ μὲν σὸς ἦν ὅδ'· ἆρά σ', ὦ τέκνον,
εὐδαιμονοῦσιν ἐν δόμοισιν ὄψομαι

τρας, cuius versus imperite factos numeros Porsonus in praefatione Hecubae p. 31. vera ratione non perspecta, excusari propter pronomen encliticum posse existimabat, Elmsleius autem ad Med. 56. not. x. suspicabatur corrigendos esse ὥςτε μοὐμαρτεῖν πέτρας scribendo. Et hic quidem fortasse non male. Sed aliam viam monstrat, quod pro ἐπᾴδουσ' in cod. Paris. B. scriptum est μεταδουσ'. Id enim aperte nihil aliud est quam μ' ἐπᾴδουσαν. Hinc facilis erat correctio, qua caesura in finem tertii pedis translata recte et legitime quarta a fine versus syllaba finalis longa esse posset. Non dixit autem πείθειν τ' ἐπᾴδουσάν με, sed πείθειν μ' ἐπᾴδουσάν τε, quia non πείθειν et κηλεῖν, sed ἐπᾴδουσαν et τοῖς λόγοισιν opponuntur.

V. 1223. Vict. ἐνταῦθ' ἀνῆλθον.

V. 1224. Libri δυναίμεθα. Emendavit Marklandus.

V. 1227. Hunc et sequentem versum affert Plutarchus in libro de audiendis poetis p. 17. D.

V. 1228. Euripidis libri βλέπειν· τὰ δ' ὑπὸ γῆς. Plutarchus, λεύσσειν· τὰ δ' ὑπὸ γῆν. Et λεύσσειν omnino legendum censuit Porsonus in Advers. p. 255. cuius explicatio sit βλέπειν. Etsi haec incerta sunt, tamen Plutarchi liber haud paullo antiquior auctor est, quam codices Euripidis.

V. 1230. Libri γούνασι. Emendavit Barnesius.

V. 1233. Libri: ἆρά σ', ὦ τέκνον, εὐδαίμονος ἀνδρὸς ἐν δόμοισιν ὄψομαι ζῶσάν τε καὶ θάλλουσαν ἀξίως ἐμοῦ. Facillima est Piersoni emendatio in Veris. p. 65. εὐδαίμον' ἀνδρός. Dubitari tamen de ea potest, quia in tali caussa diserte divitis atque opulenti viri connubium, ut quod propter illas opes beatum sit, commemorari solet. Sed Porsoni coniecturae in Adversariis p. 255.

ζῶσάν τε καὶ θάλλουσαν ἀξίως ἐμοῦ;
δὐμὸς δ᾽ ὅδ᾽ ἦν αὖ περὶ σὸν ἐξαρτωμένης
γένειον, οὗ νῦν ἀντιλάζυμαι χερί·
τί δ᾽; ἆρ᾽ ἐγὼ σέ, πρέσβυν ἆρ᾽ εἰςδέξομαι
ἐμῶν φίλαισιν ὑποδοχαῖς δόμων, πάτερ,
πόνων τιθηνοὺς ἀποδιδοῦσά σοι τροφάς;
τούτων ἐγὼ μὲν τῶν λόγων μνήμην ἔχω,
σὺ δ᾽ ἐπιλέλησαι, καί μ᾽ ἀποκτεῖναι θέλεις.
μή, πρός σε Πέλοπος καὶ πρὸς Ἀτρέως πατρὸς
καὶ τῆςδε μητρός, ἣ πρὶν ὠδίνουσ᾽ ἐμὲ
νῦν δευτέραν ὠδῖνα τήνδε λαμβάνει.
τί μοι μέτεστι τῶν Ἀλεξάνδρου γάμων
Ἑλένης τε; πόθεν ἦλθ᾽ ἐπ᾽ ὀλέθρῳ τὠμῷ, πάτερ;

ἐν ὀλβίου δόμοισιν ἀνδρὸς ὄψομαι, et quam postea ut veram lectionem posuit, ἆρα σ᾽ εὐδαίμονος, ὦ τέκνον, ἀνδρός, vel potius, ἆρ᾽ εὐδαίμονος, ὦ τέκνον, ἀνδρός σ᾽ ἐν δόμοισιν ὄψομαι, quam vel falsae vel violentae sint, apertum est. Marklandum autem, qui εὐδαιμονοῦντος ἐν δόμοισιν coniecit, mirum est non incidisse in illud, quod multo praestabilius est, εὐδαιμονοῦσιν ἐν δόμοισιν. Nam ἀνδρὸς minime opus erat adiici, quum ipsa sententia non patriam domum intelligi iubeat.

V. 1234. Paris. A. ἀξίαν.

V. 1236. Libri ἀντιλάζομαι. Marklandus tacite ἀντιλάζυμαι. Hoc praetuli. Vid. Porson. ad Medeam v. 1213. et Elmsleium ad eumdem versum, qui ipsi est 1185.

V. 1237. Porsonus distingui iussit, ut vulgo: τί δ᾽ ἆρ᾽ ἐγώ σε πρέσβυν; ἆρ᾽ εἰςδέξομαι, quum Marklandus sic voluisset: τί δ᾽ ἆρ᾽ ἐγώ σε; πρέσβυν ἆρ᾽ εἰςδέξομαι. Paullo verior Marklandi ratio est. Mihi haec aliter visa sunt interpungenda esse. Diversam enim rationem habere videntur ab ea, ad quam Matthiae retulit ad Hippol. 851. Ἐγὼ σέ, emendatis accentibus, L. Dindorfius.

V. 1242. Libri μή, πρός γε Πέλοπος. Emendavit Marklandus.

V. 1243. Edd. vett. καὶ τῆςγε μητρός. Paris. C, Flor. 1. 2. Vict. τῆςδε.

V. 1246. Matthiae hunc versum sibi valde otiosum videri ait. At, si abesset, plane inutilis esset mentio Alexandri, turbaretque magis cohaerentiam orationis quam copularet apto quodam modo sententias. Necessarium est enim aliquid de morte dici, quia iam quasi non exorato patri postremum vale est dictura. In sensu

βλέψον πρὸς ἡμᾶς, ὄμμα δὸς φίλημά τε,
ἵν' ἀλλὰ τοῦτο κατθανοῦσ' ἔχω σέθεν
μνημεῖον, εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πεισθῇς λόγοις.
ἀδελφέ, μικρὸς μὲν σύ γ' ἐπίκουρος φίλοις,
ὅμως δὲ συνδάκρυσον, ἱκέτευσον πατρὸς

---

versus explanando vehementer errasse video Marklandum, qui quod ἦλθε non certum haberet nominativum ad quem referretur, scribendum putabat: Ἑλένη τε πόθεν ἦλθ' ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ 'μῷ, πάτερ; Quod fieri nullo modo potest, quia Helena quo tandem venisse dicatur? Aut abisse illa dicenda erat, quia Spartam reliquit, aut ivisse, quia Troiam abducta est: venisse sic demum dici posset, si venisset Aulidem, ubi haec nunc aguntur. Desidero hic iudicium Marklandi, qui quum retulerit Brodaeum dicere Πάρις esse nominativum, quaesiverit quare non aeque Ἑλένη esset nominativus. Patet vero ex iis quae diximus, non posse Helenam intelligi, verissimeque vidisse Brodaeum, Paridem esse, qui venisse dicitur, Spartam scilicet, ut auferret Helenam. Sensus igitur hic est: *cur ille venit ad interitum meum?* i. e. cur, quod ille Spartam venit, mihi est pereundum?

V. 1249. Codd. et edd. εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πεισθῇς λόγοις. Porsonus in Advers. p. 255. εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πείθει λόγοις. Elmsleius, εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πείσει λόγοις. Melius Matthiae, servato πεισθῇς, scripsit ἦν. Sed nihil mutandum: gravior enim vis est particulae conditionalis, ut voce erigenda sit, hoc sensu: *si me vis mori*, quod tamen te non facturum aliqua mihi spes est. Ideo iam etiam fratrem in societatem precandi trahit. Vide de particula ἄν lib. II. c. 7. p. 100.

V. 1251. Edd. ὅμως δὲ σὺν δάκρυσιν ἱκέτης γίνου πατρός, in quo facile imperiti metrici manum licet agnosci. Codd. A. B. C. συνδάκρυσον, ἱκέτευσον πατρός. Et συνδάκρυσον quidem etiam Florentini. Atque ἱκέτευσον πατρὸς etiam Vict. Languida mihi videtur, quam Matthiae probat, Blomfieldii coniectura ἱκέτευσόν τε πρός. Si quid mutandum, praestaret, opinor, ὅμως δὲ συνδάκρυσον ἱκέτευσόν τ' ἐμοί, ut, quemadmodum saepe, σὺν etiam ad alterum verbum pertineret. Sed quod ex Aldina in reliquas editiones venit, tam simile est explicationi illius ἱκέτευσον πατρός, ut confirmare codicum scripturam videatur. Nec valde mirandum puto, si insolentiore constructione usus est Euripides, quum ea non abhorreat ab aliorum comparatione similium verborum. Nam quemadmodum δέομαι et χρῄζω cum genitivo coniunguntur, sic nihil impedit, quin, quum non orare nos aliquem, sed petere ab eo aliquid dicere volumus, etiam ἱκετεύειν illam constructionem admittat. Et quam cognata sint ista verba, ostendere potest illud Demosthenis contra Aphobum p. 835, 1. δέομαι οὖν ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ ἱκετεύω, καὶ ἀντιβολῶ, — βοηθῆσαι ἡμῖν τὰ δίκαια.

τὴν σὴν ἀδελφὴν μὴ θανεῖν· αἴσθημά τοι
κἂν νηπίοις γε τῶν κακῶν ἐγγίγνεται.
ἰδοὺ σιωπῶν λίσσεταί σ' ὅδ', ὦ πάτερ.
ἀλλ' αἴδεσαί με καὶ κατοίκτειρον βίον.
ναί, πρὸς γενείου σ' ἀντόμεσθα δύο φίλω·
ὃ μὲν νεοσσός ἐστιν, ἣ δ' ηὐξημένη.
ἓν συντεμοῦσα πάντα κινήσω λόγον·
τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν,
τὰ νέρθε δ' οὐδέν· μαίνεται δ' ὃς εὔχεται
θανεῖν. κακῶς ζῆν κρεῖσσον ἢ θανεῖν καλῶς.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ τλῆμον Ἑλένη, διὰ σὲ καὶ τοὺς σοὺς γάμους
ἀγὼν Ἀτρείδαις καὶ τέκνοις ἥκει μέγας.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ἐγὼ τά τ' οἰκτρὰ συνετός εἰμι καὶ τὰ μή,

V. 1252. Edd. *τὴν σὴν ἀδελφὴν μὴ θανεῖν. αἴσθημά τι.* Paris. A. *τὴν σὴν ἀδελφὴν ὡς αἴσθημά τι*, omissis *μὴ θανεῖν.* Illud miror, neminem observasse scribendum esse *αἴσθημά τοι.*

V. 1256. Edd. vett. *ἀντόμεσθα.* Flor. 1. *ἀντόμεθα.* Deinde codd. et edd. *δύω φίλω*, quod correxit Barnesius.

V. 1258. Libri: *ἓν συντεμοῦσα, πάντα νικήσω λόγον.* Canterus Nov. lectt. VI. 23. *κινήσω* scribendum iudicavit, quod recepi. Potuit quidem dici *νικήσω*, quod hanc praebet sententiam: *omnia argumenta vincam uno ea comprehendens:* verum non illud hic agitur, ut vincantur quae ante allata sunt argumenta uno, in quo sunt comprehensa, sed ut omnia in unum coniuncta simul admoveantur animo patris. Quare multo aptius verbum est *κινήσω*, quo illud ipsum omnia simul concitandi congerendique studium declaratur. Non plane dissimile est *πάντα κινῆσαι πέτρον* in Heraclid. 1002. de quo ibi Elmsleius.

V. 1259. Flor. 1. omittit *τὸ.* Hunc et duos sequentes versus affert Stobaeus CIX. 5.

V. 1260. Codd. et edd. *τὰ νέρθε δ' οὐδείς.* Stobaeus *τὸ νέρθεν οὐδέν.* Inde emendarunt viri docti.

V. 1261. Apud Stobaeum *κρεῖττον*, et *καλῶς θανεῖν*, qui verborum ordo est etiam in Flor. 1. 2. Sed vulgo apud Euripidem et in Voss. apud Stobaeum *θανεῖν καλῶς.*

φιλῶν ἐμαυτοῦ τέκνα· μαινοίμην γὰρ ἄν.
δεινῶς δ' ἔχει με ταῦτα τολμῆσαι, γύναι,
δεινῶς δὲ καὶ μή· τοῦτο γὰρ πρᾶξαί με δεῖ.
ὁρᾶθ' ὅσον στράτευμα ναύφρακτον τόδε,
χαλκέων θ' ὅπλων ἄνακτες Ἑλλήνων ὅσοι,
οἷς νόστος οὐκ ἔστ' Ἰλίου πύργους ἔπι,
εἰ μή σε θύσω, μάντις ὡς Κάλχας λέγει,
οὐδ' ἔστι Τροίας ἐξελεῖν κλεινὸν βάθρον.

V. 1265. Codd. et edd. φιλῶν ἐμαυτοῦ τέκνα, quod cum Marklando Musgravius et Porsonus in φιλῶ τ' ἐμαυτοῦ τέκνα mutandum censuerunt, contra quos non iis quibus debebat argumentis disputat Matthiae, licet sibi quoque magis placere illud φιλῶ τ' ἐμαυτοῦ τέκνα fateatur. Quaerit enim, si in Helena v. 1004. φιλῶ τ' ἐμαυτήν, in Herc. fur. 280. ἐγὼ φιλῶ μὲν τέκνα, in Hippol. 315. φιλῶ τέκνα legatur, quae exempla Marklandus attulit, num idcirco nefas sit φιλῶν dicere eum, qui hoc dicere velit, se ea quae ad misericordiam commovendam valeant, sentire et intelligere, quippe quum liberos suos amet. Eo vero prodit, idem sibi accidisse quod φιλῶ τε corrigentibus, ut ad solum τά τ' οἰκτρά, non etiam ad τὰ μή attenderet. Nam omnino dicendum fuit φιλῶ τε, si haec esset Agamemnonis sententia: *ego et misericors sum et amo liberos meos.* At hoc ille dicit: *ego et misericors et immisericors esse didici, quum amo liberos meos:* i. e. bene scio quam vel misericors vel immisericors in amore liberorum esse debeam. Idque confirmans addit μαινοίμην γὰρ ἄν, quod non ad proxime praegressa verba, sed ad illud τά τ' οἰκτρὰ καὶ τὰ μὴ οἰκτρὰ συνετὸν εἶναι refertur. Ex his intelligitur, tantum abesse ut probanda sit Marklandi coniectura, ut pervertat etiam sententiam, copuletque quae non possunt uno complexu comprehendi, misericordiam, immisericordiam, amorem liberorum. Caeterum tota Agamemnonis oratio frigidior est, quam velimus, praesertim praegressis tam blandis et mollibus precibus filiae. Decebat eum vehementius commotum esse, quum necessitate compulsus has preces irritas sinere cogebatur.

V. 1269. Edd. χαλκέων ὅπλων sine copula, quam praebuerunt Flor. 1. 2. Vict.

V. 1272. Libri καινὸν βάθρον. Emendavit Marklandus, qui dubitabat an hic versus praeponendus esset praecedenti. Quin Matthiae eum aliunde illatum suspicatur. Neutrum probo. Expugnatio urbis, ut res praecipua, cuius caussa omnis suscepta esset expeditio, non debebat silentio praeteriri: eadem vero recte hic, non prius, memoranda erat, quia Iphigeniae immolatio non ut capi urbs posset, sed ut ad eam capiendam Aulide exeundi copia fieret classi, efficiebat.

ἔμηνε δὲ μακάρων τις Ἑλλήνων στρατὸν
πλεῖν ὡς τάχιστα βαρβάρων ἐπὶ χθόνα,
παῦσαί τε λέκτρων ἁρπαγὰς Ἑλληνικάς·
οἳ τάς τ' ἐν Ἄργει παρθένους κτενοῦσί μου
ὑμᾶς τε κἀμέ, θέσφατ' εἰ λύσω θεᾶς.
οὐ Μενέλεώς με καταδεδούλωται, τέκνον,
οὐδ' ἐπὶ τὸ κείνου βουλόμενον ἐλήλυθα,
ἀλλ' Ἑλλάς, ᾗ δεῖ, κἂν θέλω κἂν μὴ θέλω,
θῦσαί σε· τούτου δ' ἥσσονες καθέσταμεν.
ἐλευθέραν γὰρ δεῖ νιν ὅσον ἐν σοί, τέκνον,
κἀμοὶ γενέσθαι, μηδὲ βαρβάροις ὕπο
Ἕλληνας ὄντας λέκτρα συλᾶσθαι βίᾳ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὦ τέκνον, ὦ ξέναι,

V. 1273. Libri: *μέμηνε δ' Ἀφροδίτη τις Ἑλλήνων στρατῷ.* Elegans est Lobeckii emendatio ad Aiacem v. 705. p. 328. *ἔμηνε δ' Ἀφροδίτη τις Ἑλλήνων στρατόν*: sed si *Ἀφροδίτη* recte haberet, non solum delenda essent quae cum Veneris mente conciliari non possunt verba, *παῦσαί τε λέκτρων ἁρπαγὰς Ἑλληνικῶν,* quae etiam Vossii coniecturae *ἀφροσύνη τις* repugnant, sed scribi deberet etiam *τὸν Ἑλλήνων στρατόν,* quia hic quidem *τὶς* non potuisset cum nomine proprio coniungi. Mala interpretatio *Ἀφροδίτη* genuinam vocem expulit.

V. 1275. Libri, *λέκτρων ἁρπαγὰς Ἑλληνικάς.* Matthiae et Elmsleius coniecerunt *Ἑλληνικῶν,* quod Elmsleius magna exemplorum copia, in quibus proxima nominis terminatio similem peperit, confirmavit. Sed tamen minime rara apud poetas etiam enallage, qualis haec est.

V. 1276. Libri: *οἳ τὰς ἐν Ἄργει παρθένους κτείνουσί μου.* Certatim viri docti *κτενοῦσι* reposuerunt, vulgatum defendente Lentingio ad Androm. 380. sed praeterea etiam *τάς τ' ἐν Ἄργει* scribendum erat. Nam sine copula quae Argis sunt Agamemnonis filiae ut eae nominarentur, de quarum vita nunc maxime ageretur. At ea Iphigenia est, non illae.

V. 1277. Libri, *θέσφατον εἰ λύσω θεᾶς.* Hoc quoque pridem a viris doctis emendatum.

V. 1284. Ald. aliaeque veteres edd. *συλλᾶσθαι.* Emendate iam Brubachiana.

οἴ 'γὼ θανάτου τοῦ σοῦ μελέα.
φεύγει σε πατὴρ ᾅδῃ παραδούς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οἴ 'γώ, μᾶτερ, μᾶτερ, ταὐτὸν
μέλος εἰς ἄμφω πέπτωκε τύχης,
κοὐκέτι μοι φῶς,
οὐδ' ἀελίου τόδε φέγγος.
ἰὼ ἰώ.
νιφόβολον Φρυγῶν νάπος Ἴδας τ'
ὄρεα, Πρίαμος ὅθι ποτὲ βρέφος
ἁπαλὸν ἔβαλε
ματρὸς ἀποπρὸ νοσφίσας
ἐπὶ μόρῳ θανατόεντι Πάριν, ὃς Ἰδαῖος,

V. 1286. Libri *θανάτου σου*, non *θανάτου σοῦ*, ut ait Matthiae. Emendavit Heathius.

V. 1288. Edd. vett. *οἴ ἐγὼ μῆτερ μῆτερ. ταυτὸ γάρ.* Flor. 1. 2. *μῆτερ μᾶτερ.* Vict. *μᾶτερ μᾶτερ.* Deinde Porsonus in Advers. p. 256. *ταυτόν*, deleto *γάρ*.

V. 1293. Aliter quam in edd. vett. aut a quibusdam editoribus descripti erant distinxi versus. Libri *Φρύγῶν*, quod nescio an scripserit poeta *Φρύγιον*. Sed tamen de numeris non satis constat.

V. 1296. Vulgo *μητρός.* Scripsi *ματρός.* Edd. vett. *ἀπόπρο νοσφίσας*, sed Brubachiana *ἀποπρονοσφίσας*. Apud Homerum Iliad. VII. 334. fuerunt qui scriberent *ἄποπρο*, de quibus ibi scholiastae.

V. 1297. L. Dindorfius, metro, opinor, quod trochaicum esse debere videbatur, monitus stellula post *μόρῳ* posita elapsam syllabam videtur notare voluisse. Non sine causa haesit ille in metro, quod insolentius quidem est, quam ut dubitatione vacuum sit, sed vocem quae isto loco commode inseri possit vix puto inventum iri. Duae vero aliae viae, quibus metra praegressis et sequentibus similiora restitui possint, in promptu sunt. Non enim improbabile est, aut versum suo loco motum sic esse collocandum:

ὄρεα, Πρίαμος ὅθι ποτὲ βρέφος
ἁπαλὸν ἔβαλεν ἐπὶ μόρῳ
θανατόεντι ματρὸς ἀποπρὸ νοσφίσας,

Ἰδαῖος ἐλέγετ', ἐλέγετ' ἐν Φρυγῶν πόλει.
μή ποτ' ὤφελεν τὸν ἀμφὶ
βουσὶ βουκόλον τραφέντ'
Ἀλέξανδρον
οἰκίσαι ἀμφὶ τὸ λευκὸν ὕδωρ, ὅθι κρῆναι
Νυμφᾶν κεῖνται
λειμών τ' ἄνθεσι θάλλων χλοεροῖς, καὶ ῥοδόεντ'
ἄνθε' ὑακίνθινά τε θεαῖς δρέπειν·
ἔνθα ποτὲ Παλλὰς ἔμολε καὶ
δολιόφρων Κύπρις
Ἥρα θ' Ἑρμᾶς θ'
ὁ Διὸς ἄγγελος,
ἁ μὲν ἐπὶ πόθῳ τρυφῶσα Κύπρις,
ἁ δὲ δορὶ Παλλάς, Ἥ-
ρα τε Διὸς ἄνακτος εὐ-
ναῖσι βασιλίσιν,
κρίσιν ἐπὶ στυγνὰν ἔριν τε καλλονᾶς,
ἐμοὶ δὲ θάνατον, ὄνομα μὲν

---

aut manentem quo est loco, sicut is est qui eum sequitur, trimetrum fuisse:

μόρῳ 'πὶ θανατόεντι Πάριν, Ἰδαῖος ὅς,
Ἰδαῖος ἐλέγετ', ἐλέγετ' ἐν Φρυγῶν πόλει.

V. 1304. Libri χλωροῖς. Scripsi χλοεροῖς. Matthiae neglexerat in sua editione operarum errores χλωραῖς, et versu sequente ἄνθεά θ' ὑακίνθινα corrigere, qui errores inde in utriusque Dindorfii editiones immigrarunt. Hic versus choriambicus est.

V. 1305. Edd. ἄνθεα ὑακίνθινά τε θεαῖσι δρέπειν. Versus est paeonicus, in quo, sublato hiatu, θεαῖς scribendum erat.

V. 1313. Legebatur βασιλίσι. Addidi ν.

V. 1314. Libri, ἔριν τε τᾶς καλλονᾶς. Articulum uncis seclusit Matthiae, eiiciendum esse intelligens.

V. 1315. In libris haec sic scripta leguntur:

ἐμοὶ δὲ θάνατον, ὄνομα μὲν
φέροντα Δαναΐδαισιν ὦ κόραι.
ΧΟ. πρόθυμά σ' ἔλαβεν Ἄρτεμις πρὸς Ἴλιον.
ΙΦΙ. ὁ δὲ τεκών με τὰν τάλαιναν,

Ad μὲν in Flor. 2. supra scriptum μὰν, eademque adnotatio, sed omissa prima littera, ἀν scripta in Paris. B. C. Vict. Audaciori-

φέροντα Δαναΐδαις, ὅν, ὦ κόραι, * *
προθύματ' ἔλαβεν Ἄρτεμις πρὸς Ἴλιον.
ὁ δὲ τεκών με τὰν τάλαιναν,
ὦ μᾶτερ, ὦ μᾶτερ,
οἴχεται προδοὺς ἔρημον.
ὦ δυστάλαιν' ἐγώ, πικράν,
πικρὰν ἰδοῦσα δυσελέναν,
φονεύομαι, διόλλυμαι
σφαγαῖσιν ἀνοσίοισιν ἀνοσίου πατρός.
μή μοι ναῶν χαλκεμβολάδων
πρύμνας ἅδ' Αὖλις δέξασθαι
τούσδ' εἰς ὅρμους εἰς Τροίαν
ὤφελεν ἐλάταν πομπαίαν,
μηδ' ἀνταίαν
Εὐρίπῳ πνεῦσαι πομπὰν

---

bus coniecturis versus 1306—1324. tentavit Elmsleius ad Med. 4. nota *p*. sed illud recte perspexit, quae chorus hic nimis frigida interloqui putabatur, Iphigeniae verbis esse inserenda. Elmsleii igitur auctoritatem sequuti Dindorfii ediderunt: *ἐμόν, ἐμὸν δὲ θάνατον, ὄνομα μὲν φέροντα Δαναΐδαισιν, ὦ κόραι, προθύματ' ἔλαβεν Ἄρτεμις πρὸς Ἴλιον.* Tum quidem coli signo potius, quam virgula interpungendum erat, ut appareret *ἐμὸν δὲ θάνατον* cum *ἔλαβεν* esse coniungendum. At non est cur ab librorum scriptura *ἐμοὶ δὲ θάνατον* recedatur, quae hunc accusativum ex praegresso *ἐπὶ* pendentem habet, modo pro *Δαναΐδαισιν* scribatur *Δαναΐδαις, ὅν.* Praeterea lacunae signa ponenda iudicavi post *κόραι,* duplici monitus indicio. Nam et *προθύματα ἔλαβε πρὸς Ἴλιον* parum recte dictum videbatur, et praecedenti versui ad numeri integritatem pes deesse. Credo Euripidem scripsisse: *ὅν, ὦ κόραι, στόλου προθύματ' ἔλαβεν Ἄρτεμις πρὸς Ἴλιον.*

V. 1319. Edd. *ὦ μῆτερ, ὦ μῆτερ.* Flor. 1. 2. Vict. Doricas formas praebuerunt. Hunc versiculum, ut non cohaerentem cum reliquis numeris, interpositum esse trochaeis Elmsleius animadvertit.

V. 1329. Sensum expedivit Matthiae. Constructio haec est: *μηδ' (ὤφελε) Ζεὺς πομπὰν πνεῦσαι ἀνταίαν Εὐρίπῳ, μειλίσσων αὔραν ἄλλοις θνατῶν ἄλλαν,* ad quae statim adiunxit *λαίφεσι χαίρειν,* quasi dixisset *μειλίσσων αὔραν θνατῶν ἄλλοις (ὥστε) λαίφεσι χαίρειν.* Libri *μήτ',* quod correxi.

Ζεύς, μειλίσσων αὔραν ἄλλοις
ἄλλαν θνατῶν λαίψεσι χαίρειν,
τοῖσι δὲ λύπαν, τοῖσι δ' ἀνάγκαν
ἐξορμᾶν, τοῖς δὲ στέλλειν,
τοῖσι δὲ μέλλειν.
ἦ πολύμοχθον ἄρ' ἦν γένος, ἦ πολύμοχθον
ἁμερίων· τὸ χρεὼν δέ τι δύςποτμον
ἀνδράσιν ἀνευρεῖν.
ἰὼ ἰώ,
μεγάλα πάθεα, μεγάλα δ' ἄχεα
Δαναΐδαις τιθεῖσα Τυνδαρὶς κόρα.

V. 1333. Edd. *τοῖς δὲ λύπαν, τοῖς δ' ἀνάγκαν.* Emendavit Heathius.

V. 1334. Legebatur: *τοῖς δ' ἀνάγκαν, τοῖς δ' ἐξορμᾶν, τοῖς δὲ στέλλειν, τοῖσι δὲ μέλλειν.* Facilius haec ferri possent, si abesset *τοῖς δ' ἀνάγκαν.* Nunc vereor ne absurda sit sententia. Nam si *ἀνάγκαν* de periculosa et infausta navigatione dictum volumus, id iam dictum erat his, *τοῖσι δὲ λύπαν;* sin de necessitate exeundi e portu, navigandi per altum, manendi in statione, absonum est haec ipsa statim ut diversa ab illa necessitate commemorari. Itaque sustuli *τοῖς δ'* ante *ἐξορμᾶν,* quod librarius aliquis per errorem, quoniam saepius hae voculae hic repetuntur, scripserat. Sic omnia recte procedunt: aliis dicit Iovem temperare auras ut fausta, aliis ut infausta navigatione utantur, aliis ut necessitas vela dandi quibusdam, aliis autem persequendi cursus, aliis manendi afferatur.

V. 1337. Libri *χρεὼν δέ τι* sine articulo, quem mirum est ab nemine repositum esse, quum eum et sensus et metrum addi flagitet.

V. 1339. Libri chori personam non versui 1342. sed huic adscriptam habent, illi disticho hos praemittentes trimetros:

ἰὼ ἰώ, μεγάλα πάθεα, μεγάλα δ' ἄχεα
τοῖς Δαναΐδαις τιθεῖσα Τυνδαρὶς κόρα.

Eos Blomfieldius in Musei crit. fasc. II. p. 189. Iphigeniae continuandos esse monuit, cui quomodo conveniant se non videre ait Matthiae. Itaque tacite *κόρη* reposuit, quod servarunt Dindorfii, licet illi in personarum descriptione Blomfieldium sequuti. Choro vero hi versus non conveniunt, quem non exclamare, nec lamentari, nec solutis numeris concitataque dictione rapi, sed, quod statim facit, leni et tranquilla oratione misericordiam suam testari decet.

V. 1341. Vulgo *τοῖς Δαναΐδαις.* Articulum a metricis, ut trimetrum facerent, adiectum omittit Flor. 1.

ΧΟΡΟΣ.

ἐγὼ μὲν οἰκτείρω σε συμφορᾶς κακῶν
τυχοῦσαν, οἵας μήποτ᾽ ὤφελες τυχεῖν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ τεκοῦσα μῆτερ, ἀνδρῶν ὄχλον εἰςορῶ πέλας.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τόν γε τῆς θεᾶς παῖδα, τέκνον, ᾧ σὺ δεῦρ᾽ ἐλήλυθας.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

διαχαλᾶτέ μοι μέλαθρα, δμῶες, ὡς κρύψω δέμας.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τί δέ, τέκνον, φεύγεις;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Ἀχιλλέα τόνδ᾽ ἰδεῖν αἰσχύνομαι.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὡς τί δή;

V. 1342. Edd. *συμφορᾶς κακῶν.* Flor. 1. 2. *συμφορᾶς κακῆς.* Vide Hippol. 1255. Aeschyl. Pers. 1035.

V. 1345. Libri: *τόν τε τῆς θεᾶς παῖδ᾽, ὦ τέκνον γ᾽, ᾧ δεῦρ᾽ ἐλήλυθας.* Parum scite Heathius, quem alii sequuti sunt, *τόν τε τῆς θεᾶς παῖδα, τέκνον, ᾧ γε δεῦρ᾽ ἐλήλυθας.* Novissimi tamen editores *τόν γε* ex Reiskii sententia scripserunt. In altera versus parte posui *ᾧ σύ.*

V. 1347. Edd. vett. *ΚΛΥ. τί δὲ φεύγεις τέκνον; ΙΦΙ. τὸν Ἀχιλλέα, τον, ἰδεῖν αἰσχύνομαι.* Deest *τὸν* ante *Ἀχιλλέα* in Paris. A. B. Flor 1. 2. Vict. Non bene Marklandus: *τίνα δὲ φεύγεις, τέκνον; Ἀχιλλέα, τόν γ᾽ ἰδεῖν αἰσχύνομαι.* Id correxit Musgravius *Ἀχιλλέα τόνδ᾽* scribendo, quem sequutus est Matthiae. Lentingii emendatio, *τί δὲ, τέκνον, φεύγεις; Ἀχιλλέα τόνδ᾽ ἰδεῖν αἰσχύνομαι,* a Dindorfiis recepta. Et videtur haec vera esse scriptura, quamquam non reprehendi posset, qui ex vulgato *τὸν Ἀχιλλέα τὸν* coniiceret *τὸν ἄνδρα τόνδ᾽.*

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τὸ δυςτυχές μοι τῶν γάμων αἰδῶ φέρει.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

οὐκ ἐν ἁβρότητι κεῖσαι πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα.
ἀλλὰ μίμν'· οὐ σεμνότητος ἔργον, ἵν' ὀδυνώμεθα.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ὦ γύναι τάλαινα, Λήδας θύγατερ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

οὐ ψευδῆ θροεῖς.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

δεῖν' ἐν Ἀργείοις βοᾶται.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τίνα βοήν, σήμαινέ μοι.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ἀμφὶ σῆς παιδός.

V. 1349. Edd. πρὸς τὰ νῦν πεπραγμένα. Paris. A. B. Flor. 1. 2. Vict. πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα. Recepit hoc Marklandus, et inveniuntur eadem verba in Hippol. 718.

V. 1350. Libri: οὐ σεμνότητος ἔργον, ἣν δυνώμεθα. Patienter tulerunt hoc critici, quamvis sensu destitutum. Non aliter enim ἣν δυνώμεθα dici posset, nisi si et ad μίμνε referretur, et versus putaretur excidisse, in quo πεῖσαι vel alius similis infinitivus fuisset. Infra v. 1432. recte scriptum,

ἔα δὲ σῶσαί μ' Ἑλλάδ', ἢν δυνώμεθα,

quia repeti potest σῶσαι. Cuiusmodi hic nihil est. Sed facile genuina restitui poterat scriptura, ἵν' ὀδυνώμεθα. *Non est usus superbiae, ubi in dolore sumus.*

V. 1351. In Ald. Froben. Herv. 1. H. Steph. editionibus hic usque ad. v. 1355. Achillis partes choro tributae. Sed correctum iam in Brub.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

πονηρὸν εἶπας οἰωνὸν λόγων.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ὡς χρεὼν σφάξαι σφε.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

κοὐδεὶς τοῖςδ' ἐναντίον λέγει;

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

εἰς θόρυβον ἐγώ τι καὐτὸς ἦλθον.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἐς τίν', ὦ ξένε;

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

σῶμα λευσθῆναι πέτροισι.

V. 1353. Libri: πονηρὸν οἰωνὸν λόγον. Marklandus λόγων vel λόγου. Verissime, probavitque Musgravius, nec quisquam debebat non probare. Nam λόγον prorsus putide adiectum esset. Quod dicit Clytaemnestra οἰωνόν, ipsa haec verba Achillis intelligit ἀμφὶ σῆς παιδός. Nam ubi de filia sua sermonem esse audiit, animo praesagit quid porro narraturus sit Achilles. Ea narratio est quam λόγων vel λόγου nomine significat: *malum dixisti augurium rei, quam sis narraturus.*

V. 1354. Edd. ὡς χρεὼν σφάξαι νιν. ΚΛΥ. κοὐδεὶς τοῖςδ' ἐναντίον λέγει; Flor. 1. 2. κοὐδεὶς ἐναντία, omisso τοῖςδ'. Rudis est Heathii emendatio οὐδείς. Nam necessarium est κοὐδεὶς, in quaestione mirantis atque indignantis, nisi dicatur, τί δ'; οὐδεὶς τοῖςδ' ἐναντίον λέγει; aut ἦ οὐδεὶς τοῖςδ' ἐναντίον λέγει; Sed quoniam libri omnes κοὐδεὶς tuentur, veri similius iudicavi, per errorem scriptum esse νιν pro σφε. Quare hoc reposui.

V. 1355. Codd. et edd. ἐς θόρυβον ἐγώ τοι καὐτὸς ἦλθον. Neque ἔγωγε neque ἐγὼ δέ, in quae Marklandus incidit, legi potest. Nam ἔγωγε ineptum est: dici enim deberet καὐτός γε: altero autem non respondetur ad interrogata. Non male Blomfieldius εἰς θόρυβον ἐγώ τιν' αὐτὸς ἦλθον, (nam αὐτυς, non, ut Matthiae refert, αὕτος per errorem exaratum videtur) sed non debebat ille Musgravii verissimam emendationem ἐγώ τι καὐτὸς vix bene Graecam iudicare.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

μῶν κόρην σώζων ἐμήν;

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

αὐτὸ τοῦτο.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τίς δ᾽ ἂν ἔτλη σώματος τοῦ σοῦ θιγεῖν;

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

πάντες Ἕλληνες.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

στρατὸς δὲ Μυρμιδὼν οὔ σοι παρῆν;

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

πρῶτος ἦν ἐκεῖνος ἐχθρός,

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

δι᾽ ἄρ᾽ ὀλώλαμεν, τέκνον.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

οἵ με τὸν γάμων ἀπεκάλουν ἥσσον᾽.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἀπεκρίνω δὲ τί;

V. 1356. Libri: μῶν κόρην σώζειν ἐμήν. Emendavit Canterus. Infinitivus requireret μῶν κόρην σώζειν θέλων;

V. 1358. Libri Μυρμιδόνων. Emendationem viri docti in censuris Edinburgensibus fasc. XXXVII. p. 71. Μυρμιδὼν solus recepit L. Dindorfius. Vide supra v. 233.

V. 1360. Libri, οἵ με τῶν γάμων ἀπεκάλουν ἥσσον᾽. Non id quidem falsum, sed rectius diceretur sine articulo. Emendavit Matthiae.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

τὴν ἐμὴν μέλλουσαν εὐνὴν μὴ κτανεῖν,

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

δίκαια γάρ.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ἣν ἐφήμισεν πατήρ μοι.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

κἀργόθεν γ' ἐπέμψατο.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ἀλλ' ἐνικώμην κεκραγμοῦ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τὸ πολὺ γὰρ δεινὸν κακόν.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ἀλλ' ὅμως ἀρήξομέν σοι.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

καὶ μαχεῖ πολλοῖσιν εἷς;

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

εἰσορᾷς τεύχη φέροντας τούσδ';

V. 1362. Valckenarium, ut solebat integra tentare, ἣν ἐφήρμοσεν πατήρ μοι coniecisse ex Camperi adnotatione ad Electrae v. 24. cognovi. Camperus recte quidem servandum esse ἐφήμισεν vidit, sed longe a vero aberravit, quum inserta particula ἥν γ' ἐφήμισεν scribi voluit.

V. 1364. Legebatur μάχῃ. Emendarunt Elmsleius, Lentingius, Matthiae.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὄναιο τῶν φρενῶν.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ἀλλ' ὀνησόμεσθα.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

παῖς ἄρ' οὐκέτι σφαγήσεται;

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

οὐκ, ἐμοῦ γ' ἑκόντος.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἥξει δ' ὅςτις ἅψεται κόρης;

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

μυρίοι γ'· ἄξει δ' Ὀδυσσεύς.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἆρ' ὁ Σισύφου γόνος;

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

αὐτὸς οὗτος.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἴδια πράσσων, ἢ στρατοῦ ταχθεὶς ὕπο;

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

αἱρεθεὶς ἑκών.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

πονηράν γ' αἵρεσιν, μιαιφονεῖν.

V. 1367. Scribebatur οὐκ ἐμοῦ γ' ἑκόντος.
V. 1369. Legebatur ἰδία. Emendavit Heathius.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ἀλλ' ἐγὼ σχήσω νιν.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἄξει δ' οὐχ ἑκοῦσαν ἁρπάσας;

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

δηλαδὴ ξανθῆς ἐθείρης.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἐμὲ δὲ χρὴ τί δρᾶν τότε;

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ἀντέχου θυγατρός.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὡς τοῦδ' οὕνεκ' οὐ σφαγήσεται.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ἀλλὰ μὴν εἰς τοῦτό γ' ἥξει.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μῆτερ, εἰςακούσατε
τῶν ἐμῶν λόγων· μάτην γάρ σ' εἰςορῶ θυμουμένην

V. 1372. Legebatur, ἐμὲ δὲ τί χρὴ δρᾶν τότε; Emendavit Gaisfordius.

V. 1373. Paris. A. B. Flor. 1. ἕνεκ'.

V. 1374. Libri: ἀλλὰ μὴν εἰς τοῦτό γ' ἥξει. Nihil infelicius Musgravii coniectura, εἰς ταὐτό γ' ἥξει, *eodem res recidet*, quam mirere probari cuiquam potuisse. Nam ineptissimus esset Achilles, si, quum modo iussisset Clytaemnestram amplexu tueri filiam, nunc id nihil profuturum diceret. Recte libri. *Atqui*, inquit, *eo venietur, ut ex amplexu tuo eam conentur abstrahere*.

σῷ πόσει· τὰ δ' ἀδύναθ' ἡμῖν καρτερεῖν οὐ ῥᾴδιον.
τὸν μὲν οὖν ξένον δίκαιον αἰνέσαι προθυμίας·
ἀλλὰ καὶ σὲ τοῦθ' ὁρᾶν χρή, μὴ διαβληθῇς στρατῷ,
καὶ πλέον πράξωμεν οὐδέν, ὅδε δὲ συμφορᾶς τύχῃ.
οἷα δ' εἰςῆλθέν μ' ἄκουσον, μῆτερ, ἐννοουμένην.
κατθανεῖν μέν μοι δέδοκται· τοῦτο δ' αὐτὸ βούλομαι
εὐκλεῶς πρᾶξαι, παρεῖσά τ' ἐκποδὼν τὸ δυςγενές.
δεῦρο δὴ σκέψαι μεθ' ἡμῶν, μῆτερ, ὡς καλῶς λέγω·
εἰς ἔμ' Ἑλλὰς ἡ μεγίστη πᾶσα νῦν ἀποβλέπει,
κἀν ἐμοὶ πορθμός τε ναῶν καὶ Φρυγῶν κατασκαφαί,
τάς τε μελλούσας γυναῖκας, ἤν τι δρῶσι βάρβαροι,
μηκέθ' ἁρπάζειν ἐᾶν τίν' ὀλβίας ἐξ Ἑλλάδος,
τὸν Ἑλένης τίσαντας ὀλέθρῳ γάμον, ὃν ἥρπασεν Πάρις.

V. 1379. Edd. *ὃς δὲ συμφορᾶς τύχῃ.* Paris. A. Flor. 1. 2. Vict. *ὁ δέ.* Paris. C. *ὃς ὅδε.* Musgravius ex MS. E. *ὅδε δέ,* quod coniectura assequutus erat Marklandus.

V. 1381. Fortasse hoc ex loco Ennius apud Festum v. *ob:*
Acherontem obibo, ubi mortis thesauri obiacent.
Quae Hieronymus Columna ad v. 1505. retulit.

V. 1382. Edd. *παρεῖσά γ' ἐκποδὼν τὸ δυςμενές.* Paris. B. C. Flor. 1. 2. Vict. *τὸ δυςγενές,* recte. Sed praeterea etiam *γ'* in *τ'* erat mutandum: nam si haec rationis reddendae caussa dicerentur, *παρεῖσα* sine particula dici debebat. At coniungenda sunt *εὐκλεῶς, παρεῖσά τε τὸ δυςγενές.*

V. 1387. Vulgo *τᾶς ὀλβίας ἐξ Ἑλλάδος.* Vict. *τὰς.* Porsonus in praef. Hecubae p. 43. *τάςδ',* quo nihil fingi molestius potest. Neque ullo modo comparari potest, quod idem in Advers. p. 256. attulit, illud apud Aristot. Polit. VIII. 7.
οἵ τοι πέρα στέρξαντες, οἵ δὲ καὶ πέρα
μισοῦσιν.
Scripserat Euripides *τινά.*

V. 1388. Legebatur: *τὸν Ἑλένης τίσαντας ὄλεθρον, ἥντιν' ἥρπασεν Πάρις.* Flor. 1. *ἣν ἥρπασεν Πάρις,* quod pravum quidem, sed tamen melius est quam *ἥντινα,* quo hic uti non licuit. Apertum est *τίσαντας* ad barbaros, qui paullo ante nominati sunt, referri. Sed hi quod luere dicuntur, non potest *ὄλεθρος* dici, sive ipsorum sive Graecorum perniciem intelligas. Correxi hoc audacius, sed, ut spero, probabiliter. Nam quum excidisset *γάμον,* ad quod articulus pertineret, metrici, scriptum videntes quod sensu carebat, *τὸν Ἑλένης τίσαντας ὀλέθρῳ ὃν ἥρπασεν Πάρις,* mala emendatione restituere versum sunt conati.

ταῦτα πάντα κατθανοῦσα ῥύσομαι, καί μου κλέος,
Ἑλλάδ' ὡς ἠλευθέρωσα, μακάριον γενήσεται.
καὶ γὰρ οὐδέ τοί τι λίαν ἐμὲ φιλοψυχεῖν χρεών·
πᾶσι γάρ μ' Ἕλλησι κοινὸν ἔτεκες, οὐχὶ σοὶ μόνῃ.
ἀλλὰ μυρίοι μὲν ἄνδρες ἀσπίσιν πεφραγμένοι,
μυρίοι δ' ἐρέτμ' ἔχοντες, πατρίδος ἠδικημένης,
δρᾶν τι τολμήσουσιν ἐχθρούς, χὐπὲρ Ἑλλάδος θανεῖν·
ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ μί' οὖσα πάντα κωλύσει τάδε;
τί τὸ δίκαιον τοῦτό γ'; ἆρ' ἔχοιμ' ἂν ἀντειπεῖν ἔπος;
κἀπ' ἐκεῖν' ἔλθωμεν. οὐ δεῖ τόνδε διὰ μάχης μολεῖν
πᾶσιν Ἀργείοις γυναικὸς οὕνεκ', οὐδὲ κατθανεῖν.
εἷς ἀνὴρ κρείσσων γυναικῶν μυρίων ὁρᾶν φάος.
εἰ δ' ἐβουλήθη τὸ σῶμα τοὐμὸν Ἄρτεμις λαβεῖν,
ἐμποδὼν γενήσομαι 'γὼ θνητὸς οὖσα τῇ θεῷ;

V. 1391. Edd. *καὶ γὰρ οὐδέ τοι λίαν γ' ἐμοὶ φιλοψυχεῖν χρεών.* Matthiae ex Paris. A. B. Flor. 1. 2. nibil nisi *λίαν ἐμὲ* affert, sed fortasse Florentini quoque, ut in Parisinis esse testatur Marklandus, *οὐδέ τι λίαν ἐμὲ* habent. Recte videtur censor Hecubae Porsonianae in censuris Edinburgensibus fasc. XXXVII. p. 92. coniecisse *καὶ γὰρ οὐδέ τοί τι λίαν ἐμὲ φιλοψυχεῖν χρεών.* Singulis hic particulis suam vim constare non est obscurum.

V. 1392. Quod Elmsleius in Museo critico fasc. VI. p. 282. putabat, cum sensus dispendio legi *οὐχὶ σοὶ μόνῃ* pro *οὐκ ἐμοὶ μόνῃ*, verum esset, nisi matrem respiceret Iphigenia, quam consolari studet, rogans ut sibi mori permittat.

V. 1395. Edd. *ἐχθρούς τε χ' ὑπὲρ Ἑλλάδος.* Paris B. *γε* pro *τε.* Delevit Marklandus.

V. 1396. Marklandus in fine huius versus interrogandi signum ponendum esse vidit.

V. 1397. Edd. vett. *τί τὸ δίκαιον τοῦ γ'; ἆρ' ἔχοιμεν ἀντειπεῖν ἔπος;* Canteri emendatio est *τοῦτό γ';* inventa in Paris. A. B. quam ex E. affert Musgravius. Paris. C. Flor. 1. 2. Vict. *τοῦ γ'*, supra scripto *το.* Alteram versus partem Bremius sic emendavit, *ἆρά γ' ἔχομεν ἀντειπεῖν ἔπος.* Atque *ἔχομεν* scribendum esse monuit etiam censor Porsonianae Hecubae. Mihi probabilius visum, *ἆρ' ἔχοιμ' ἂν ἀντειπεῖν ἔπος;*

V. 1398. Paris. A. *χρή*, supra scripto *δεῖ.*

V. 1399. Flor 1. *ἕνεκ'.*

V. 1400. Libri *εἷς γ' ἀνήρ.* Delevi importunam particulam.

V. 1402. Libri *γενήσομ' ἐγώ.*

ἀλλ᾽ ἀμήχανον· δίδωμι σῶμα τοὐμὸν Ἑλλάδι.
θύετ᾽, ἐκπορθεῖτε Τροίαν. ταῦτα γὰρ μνημεῖά μου
διὰ μακροῦ, καὶ παῖδες οὗτοι καὶ γάμοι καὶ δόξ᾽ ἐμή.
βαρβάρων δ᾽ Ἕλληνας ἄρχειν εἰκός, ἀλλ᾽ οὐ βαρβάρους,
μῆτερ, Ἑλλήνων· τὸ μὲν γὰρ δοῦλον, οἳ δ᾽ ἐλεύθεροι.

ΧΟΡΟΣ.

τὸ μὲν σόν, ὦ νεᾶνι, γενναίως ἔχει.
τὸ τῆς τύχης δὲ καὶ τὸ τῆς θεοῦ νοσεῖ.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

Ἀγαμέμνονος παῖ, μακάριόν μέ τις θεῶν
ἔμελλε θήσειν, εἰ τύχοιμι σῶν γάμων.
ζηλῶ δὲ σοῦ μὲν Ἑλλάδ᾽, Ἑλλάδος δὲ σέ.
εὖ γὰρ τόδ᾽ εἶπας ἀξίως τε πατρίδος·
τὸ θεομαχεῖν γὰρ ἀπολιποῦσ᾽, ὅ σου κρατεῖ
ἐξελογίσω, τὰ χρηστὰ τἀναγκαῖά τε.
μᾶλλον δὲ λέκτρων σῶν πόθος μ᾽ εἰςέρχεται
εἰς τὴν φύσιν βλέψαντα· γενναία γὰρ εἶ.
ὅρα δ᾽· ἐγὼ γὰρ βούλομαί σ᾽ εὐεργετεῖν
λαβεῖν τ᾽ ἐς οἴκους· ἄχθομαί τ᾽, ἴστω Θέτις,
εἰ μή σε σώσω Δαναΐδαισι διὰ μάχης

V. 1406. Libri *εἰκὸς ἄρχειν.* **Restituit iustum ordinem D. Heinsius, habetque Aristoteles Polit. I. 1. qui haec verba affert:** *βαρβάρων δ᾽ Ἕλληνας ἄρχειν εἰκός.*

V. 1412. Flor. 1. 2. Vict. edd. vett. *ζηλῶ δὲ τοῦ μέν.* **Canterus videtur primus** *σοῦ* **edidisse.**

V. 1414. Libri *ὅ σου κρατεῖ.* **Nimis insolens mihi videtur, quod placet interpretibus,** *ὃ* **referri ad** *τὸ θεῖον,* **quod lateat in** *θεομαχεῖν.* **Quare** *ὅ σου κρατεῖ* **cum** *ἐξελογίσω* **coniunxi, id ut explicetur per** *τὰ χρηστὰ τἀναγκαιά τε.*

V. 1415. Flor. 1. *ἐξελογήσω.* **Deinde Flor. 1. 2. Vict. edd. Ald. Froben. Brub. H. Steph.** *τά τ᾽ ἀναγκαῖά γε.* **Hervagianae, Stibl. Cant. P. Steph. Commelin.** *τὰ ἀναγκαῖά γε.* **Emendavit Reiskius.**

ἐλθών· ἄθρησον, ὁ θάνατος δεινὸν κακόν.
[ὡς οὖν ἂν εἰδῇς, τἀπ' ἐμοῦ λελεγμένα.
χρήσει δὲ καὶ σὺ τοῖς ἐμοῖς λόγοις τάχα,
ὅταν πέλας σῆς φάσγανον δέρης ἴδῃς.
οὔκουν ἐάσω σ' ἀφροσύνῃ τῇ σῇ θανεῖν·
ἐλθὼν δὲ σὺν ὅπλοις τοῖσδε πρὸς ναὸν θεᾶς,
καραδοκήσω σὴν ἐκεῖ παρουσίαν.]

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

λέγω τάδ', οὐδὲν οὐδέν' εὐλαβουμένη.
ἡ Τυνδαρὶς παῖς διὰ τὸ σῶμ' ἀρκεῖ μάχας
ἀνδρῶν τιθεῖσα καὶ φόνους· σὺ δ', ὦ ξένε,
μὴ θνῆσκε δι' ἐμέ, μηδ' ἀποκτείνῃς τινά.
ἔα δὲ σῶσαί μ' Ἑλλάδ', ἢν δυνώμεθα.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ὦ λῆμ' ἄριστον, οὐκ ἔχω πρὸς τοῦτ' ἔτι
λέγειν, ἐπεί σοι τάδε δοκεῖ· γενναῖα γὰρ
φρονεῖς· τί γὰρ τἀληθὲς οὐκ εἴποι τις ἄν;
ὅμως δ', ἴσως γὰρ κἂν μεταγνοίης τάδε,

V. 1421. Edd. antiquissimae *ἄθροισον*. Primus H. Stephanus edidit *ἄθρησον*. Et sic MSS.

V. 1422. Hunc et quinque qui sequuntur versus cur hic posuerim, dicetur ad v. 1436. Flor. 1. omittit *ἄν*. Scribebantur verba sine interpunctione, *ὡς οὖν ἂν εἰδῇς τἀπ' ἐμοῦ λελεγμένα*, quod aperte vitiosum est, quia id *τὰ ὑπ' ἐμοῦ λελεγμένα* dici debebat. At sensus est, *τὰ ἀπ' ἐμοῦ, λελεγμένα ἐστί*. *Ut igitur scias, quae a me fient, dicta sunt.* Respicit illud v. 1419. *ἄχθομαι, εἰ μή σε σώσω Δαναΐδαισι διὰ μάχης ἐλθών.*

V. 1436. Vulgo: *ὅμως δ' ἴσως γε κἂν μεταγνοίης τάδε.* Paris. A. *ὅμως γ' ἴσως κἂν.* Ineptum est *γε*, quod dubitari non potest quin *γὰρ* scripserit poeta. Haec Achillis oratio in libris sic scripta est:

ὦ λῆμ' ἄριστον, οὐκ ἔχω πρὸς τοῦτ' ἔτι
λέγειν, ἐπεί σοι τάδε δοκεῖ· γενναῖα γὰρ
φρονεῖς· τί γὰρ τἀληθὲς οὐκ εἴποι τις ἄν;
ὅμως δ' ἴσως γε κἂν μεταγνοίης τάδε.

ἐλθὼν τάδ' ὅπλα θήσομαι βωμοῦ πέλας,
ὡς οὐκ ἐάσων σ', ἀλλὰ κωλύσων θανεῖν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μῆτερ, τί σιγῇ δακρύοις τέγγεις κόρας;

ὡς οὖν ἂν εἰδῇς τἀπ' ἐμοῦ λελεγμένα,
ἐλθὼν τάδ' ὅπλα θήσομαι βωμοῦ πέλας,
ὡς οὐκ ἐάσων σ', ἀλλὰ κωλύσων θανεῖν.
χρήσῃ δὲ καὶ σὺ τοῖς ἐμοῖς λόγοις τάχα,
ὅταν πέλας σῆς φάσγανον δέρης ἴδῃς.
οὔκουν ἐάσω σ' ἀφροσύνῃ τῇ σῇ θανεῖν·
ἐλθὼν δὲ σὺν ὅπλοις τοῖςδε πρὸς ναὸν θεᾶς,
καραδοκήσω σὴν ἐκεῖ παρουσίαν.

Apertum est haec non potuisse sic scribi. Bis enim eadem dicuntur: nam hoc, *ἴσως κἂν μεταγνοίης τάδε,* idem est quod *χρήσῃ δὲ καὶ σὺ τοῖς ἐμοῖς λόγοις τάχα, ὅταν πέλας σῆς φάσγανον δέρης ἴδῃς;* quodque illis verbis continetur, *ἐλθὼν τάδ' ὅπλα θήσομαι βωμοῦ πέλας, ὡς οὐκ ἐάσων σ', ἀλλὰ κωλύσων θανεῖν,* nihil aliud est, quam quod tribus postremis versibus prope iisdem verbis dicitur. Euripidis esse, quae remanent, remotis quinque ultimis versibus eiectoque illo, *ὡς οὖν ἂν εἰδῇς τἀπ' ἐμοῦ λελεγμένα,* vix quemquam fore puto qui dubitet: adeo apte, nitide, eleganter procedit oratio. Neque vero adeo ineptum ac stultum fuisse illum, qui hanc tragoediam interpolavit, credibile est, ut deletis, quae optime venustissimeque scripserat Euripides, alios versus, quorum plane eadem sententia esset, substituere in animum induxerit: immo alia eaque valde probabilis caussa inveniri potest, cur fecerit versus illos. Nam quemadmodum supra anapaestos v. 602—610. propterea addidit, quod quae paullo post Clytaemnestra dicit exigere videbantur ut chorus se ad excipiendam eam paratum esse ostenderet, sic hic quoque, quum videret Achillem dicere, tamen se armatum ad aram adstiturum esse, non putabat id antea illis verbis v. 1420. *εἰ μή σε σώσω Δαναΐδαισι διὰ μάχης ἐλθὼν* satis diserte esse dictum. Itaque illis verbis, *ἄθρησον, ὁ θάνατος δεινὸν κακόν,* subiecit illos sex versus, quibus Achilles quid facturus esset aperte declararet. Nam hos versus illic, non ubi nunc leguntur, eum poni voluisse tum eo intelligitur, quod sic omnia optime cohaerent, tum primus illorum versuum monstrat, in quo, si illud additamentum pro iis substituisset, quae Euripides dixerat inde ab his verbis, *ὅμως δέ,* non potuisset *ὡς οὖν ἂν εἰδῇς* scribere, sed scripsisset *ἀλλ' ὡς ἂν εἰδῇς.* Scriba vero, qui ex illo interpolatoris libro descripsit eum codicem, ex quo nostri libri fluxerunt, sex versus illos in margine adscriptos inveniens, quum nesciret quo pertinerent, inseruit eos iis, quae in eamdem sententiam dicta esse videbat.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἔχω τάλαινα πρόφασιν ὥστ' ἀλγεῖν φρένα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

παῦσαί με μὴ κάκιζε· τάδε δ' ἐμοὶ πιθοῦ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

λέγ', ὡς παρ' ἡμῶν οὐδὲν ἀδικήσει, τέκνον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μή μοι σὺ τὸν σὸν πλόκαμον ἐκτέμης τριχός.
[μήτ' ἀμφὶ σῶμα μέλανας ἀμπίσχη πέπλους.]

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τί δὴ τόδ' εἶπας, τέκνον; ἀπολέσασά σε;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐ σύ γε· σέσωσμαι, κατ' ἐμὲ δ' εὐκλεὴς ἔσει.

V. 1441. Male distinguebatur, παῦσαί με, μὴ κάκιζε. Confusa in unum παῦσαί με κακίζων et μή με κάκιζε.

V. 1443. 1444. Libri μήτ' οὖν γε τὸν σὸν πλόκαμον. Fidenter reposui μή μοι σύ. Nam sequentem versum verissime monuit V. D. in Diar. classico fasc. III. p. 613. delendum esse, quo στιχομυθίας lex violatur. Non recte iudicavit L. Dindorfius, quem sequutus est frater, quum priorem versum damnavit. Nam hunc cur adderet interpolator, nihil caussae erat; cur posteriorem, homini haud penitus Musis amico sat gravis: videbat enim v. 1454. dici de sororibus Iphigeniae:

μηδ' ἀμφὶ κείναις μέλανας ἐξάψῃ πέπλους·

illud non videbat, Euripidem, quum hic resectas comas, illic pullas vestes memoraret, universe luctui convenientem habitum designasse. Illum scilicet errorem ut corrigeret, Clytaemnestram quoque lugubri veste induendam censuit, idque quum faceret, inepta mutatione Euripidis versum cum suo copulavit.

V. 1445. Libri: τί δῆτα τόδ' εἶπας, ὦ τέκνον, ἀπολέσασά σε; Barnesius adnotavit δή; perfecit emendationem Marklandus. Loquitur ut dictura μὴ ἐκτέμω πλόκαμον;

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

πῶς εἶπας; οὐ πενθεῖν με σὴν ψυχὴν χρεών;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἥκιστ', ἐπεί μοι τύμβος οὐ χωσθήσεται.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τί δαί, τὸ θνήσκειν οὐ τάφος νομίζεται;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

βωμὸς θεᾶς μοι μνῆμα τῆς Διὸς κόρης.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἀλλ', ὦ τέκνον, σοι πείσομαι· λέγεις γὰρ εὖ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὡς εὐτυχοῦσά γ', Ἑλλάδος τ' εὐεργέτις.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

τί δὴ κασιγνήταισιν ἀγγελῶ σέθεν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μηδ' ἀμφὶ κείναις μέλανας ἐξάψῃ πέπλους.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

εἴπω δὲ παρὰ σοῦ φίλον ἔπος τι παρθένοις;

V. 1454. Libri ἐξάψῃ. Reiskium ἐξάψῃς corrigentem sequuti sunt Gaisfordius aliique, non memores medii eam vim esse, ut significet *ne illas quidem iubeas atras vestes induere*.

V. 1455. Legebatur ἔπος τί παρθένοις. Elmsleius in censura Marklandi Supplicum p. 446. fac. XIV. Diar. class. ἔπος τι παρθένοις, quod venustius altero videtur. Similiter mox v. 1459. Ediderat sic iam H. Stephanus. Caeterae edd. τί. Homerus Iliad. XXIV. 744.

οὐδέ τί μοι εἶπες πυκινὸν ἔπος, οὗτέ κεν αἰεὶ
μεμνήμην νύκτας τε καὶ ἤματα δακρυχέουσα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

χαίρειν γ'. Ὀρέστην τ' ἔκτρεφ' ἄνδρα τόνδε μοι.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

προςέλκυσαί νιν ὕστατον θεωμένη.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ φίλτατ', ἐπεκούρησας ὅσον εἶχες φίλοις.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἔσθ' ὅ τι κατ' Ἄργος δρῶσά σοι χάριν φέρω;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πατέρα τε τὸν ἐμὸν μὴ στύγει πόσιν τε σόν.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

δεινοὺς ἀγῶνας διὰ σὲ δεῖ κεῖνον δραμεῖν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἄκων μ' ὑπὲρ γῆς Ἑλλάδος διώλεσεν.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

δόλῳ δ', ἀγεννῶς, Ἀτρέως τ' οὐκ ἀξίως.

V. 1456. Flor. 1. τόν τ' ἐμοί. Flor. 2. τόνδ' ἐμοί.

V. 1460. Libri: πατέρα τὸν ἐμὸν μὴ στύγει, πόσιν τε σόν. Elmsleius: πατέρα τὸν ἀμὸν μὴ στύγει, πόσιν γε σόν· quum ἀμὸν coniecisset Scaliger. Sed Paris. C. Flor. 1. 2. Vict. πατέρα γε τὸν ἐμόν, quod Barnesius ex coniectura edidit. Elmsleium sequuti sunt Matthiae aliique. Nihil horum scripserat Euripides, sed πατέρα τε τὸν ἐμὸν μὴ στύγει πόσιν τε σόν.

V. 1461. Libri: διὰ σὲ κεινὸν δεῖ δραμεῖν. Transposuit verba Porsonus in praefatione Hecubae p. 35. Clytaemnestra haec dicit vindictam, quam sumptura est, in mente habens: sed Iphigenia ad belli pericula refert.

V. 1462. Flor. 1. ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος.

V. 1463. Libri: δόλῳ δ' ἀγεννῶς Ἀτρέως τ' οὐκ ἀξίως.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τίς μ' εἶσιν ἄξων πρὶν σπαράξεσθαι κόμης;

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ἔγωγε μετὰ σοῦ,

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μὴ σύ γ'· οὐ καλῶς λέγεις.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

πέπλων ἐχομένη σῶν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐμοὶ, μῆτερ, πιθοῦ,
μέν'· ὡς ἐμοί τε σοί τε κάλλιον τόδε.
πατρὸς δ' ὀπαδῶν τῶνδέ τίς με πεμπέτω
Ἀρτέμιδος εἰς λειμῶν', ὅπου σφαγήσομαι.

Elmsleius δύλῳ γ'. ἀγεννῶς τ', Ἀτρέως τ' οὐκ ἀξίως. Non recte. Nam sensus est: ἄκων μέν, δόλῳ δέ.

V. 1464. Vulgo: τίς μ' εἶσιν ἄξων πρὶν σπαράξεσθαι κόμας. Flor. 1. 2. κόμης. Elmsleius futuri infinitivum soloecum esse iudicavit. Itaque σπαράσσεσθαι scribendum putavit, quia σπαράξασθαι non possit pro σπαραχθῆναι dici. Non ausim ego quidem mutare librorum scripturam, in qua propter praegressa futura genus quoddam attractionis quam vocant videor agnoscere. Neque illud absurdum est in sententia affirmativa, ut ἄξει πρίν με σπαράξεσθαι, quia id est ἄξει πρὶν σπαράξομαι. Non item recte dici videtur οὐκ ἄξει πρὶν σπαράξεσθαι, quia quod non prius fit, quam aliud quid futurum est, post fieri intelligitur, quam illud nondum est factum. Atqui id absonum est. Recipiendam autem duxi codicum Florentinorum scripturam κόμης. Vide supra ad v. 798. Plane diversum est illud in Andromacha v. 1210.

οὐ σπαράξομαι κόμαν,
οὐκ ἐπιθήσομαι δ' ἐμῷ
κάρᾳ κτύπημα χειρὸς ὀλοόν;

V. 1465. Qui suspiciosus sit, dubitet fortasse an Euripides usitata ipsi formula οὐκ ἄλλως λέγω scripserit, eaque verba tribuerit Clytaemnestrae.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὦ τέκνον, οἴχει;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ πάλιν γ' οὐ μὴ μόλω.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

λιποῦσα μητέρ';

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὡς ὁρᾷς γ', εὖ κἀξίως.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

σχές, μή με προλίπῃς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐκ ἐῶ στάζειν δάκρυ.
ὑμεῖς δ' ἐπευφημήσατ', ὦ νεάνιδες,
παιᾶνα τἠμῇ συμφορᾷ Διὸς κόρην
Ἄρτεμιν· ἴτω δὲ Δαναΐδαις εὐφημία.
κανᾶ δ' ἐναρχέσθω τις, αἰθέσθω δὲ πῦρ
προχύταις καθαρσίοισι, καὶ πατὴρ ἐμὸς
ἐνδεξιούσθω βωμόν· ὡς σωτηρίαν
Ἕλλησι δώσουσ' ἔρχομαι νικηφόρον.

V. 1471. In edd. vett. plene scriptum μητέρα. Deinde legebatur, ὡς ὁρᾷς γ' οὐκ ἀξίως. Quod quum Bremius in ὡς ὁρᾷς γε κἀξίως mutari vellet, vulgatam eo defendere studuit Matthiae, quod nihil obstet, quin, quae ad mortem pro patria obeundam parata sit, non aequum esse dicat, se delectam esse quae immoletur. At hic non dicendum erat Iphigeniae, quod augeret dolorem matris, sed quod leniret et aliquid solatii afferret. Itaque recte sensit Bremius, licet non sit id assequutus, quod poetam scripsisse credibile sit. Est id ὡς ὁρᾷς γ', εὖ κἀξίως. Sic in Hecuba v. 990.

ὡς εὖ κἀξίως σέθεν λέγεις.

ἄγετέ με τὰν Ἰλίου   στρ. α΄.
καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολιν.
στέφεα περίβολα δίδοτε, φέρε-
τε· πλόκαμος ὅδε καταστέφειν
χερνίβων γε παγαῖς.
ἑλίσσετ᾽ ἀμφὶ ναὸν
τὰν μάκαιραν Ἄρτεμιν,
Ἄρτεμιν ἄνασσαν· ὡς ἐμοῖσιν, εἰ χρεών,
αἵμασι θύμασί τε

V. 1480. Qui hinc sequuntur threni, eos Seidlerus in libro de versibus dochmiacis p. 285. in antistrophica redigere conatus est audacioribus mutationibus, quam quas hodie probaret, numerisque non ubique probabilibus. Bina sunt stropharum paria, cum tribus epodis, hac forma:

α΄. ἐπῳδ. β΄. β΄. ἐπῳδ. α΄. ἐπῳδ.

Atque ad v. 1512. in Paris. C. adscriptum στροφή.

V. 1484. Plena interpunctione posita post καταστέφειν legebatur: χερνίβων τε παγαῖσιν ἑλίσσετ᾽ ἀμφὶ ναὸν etc. Scripsi χερνίβων γε παγαῖς, coniunxique haec verba cum illis, πλόκαμος ὅδε καταστέφειν. Nam sensus est: *en adest haec coma ut conspergatur aqua lustrali.*

V. 1486. Haec sic interpolata legebantur:

ἀμφὶ βωμὸν Ἄρτεμιν,
τὰν ἄνασσαν Ἄρτεμιν,
τὰν μάκαιραν,
ὡς ἐμοῖσιν εἰ χρεών.

Correxi antistrophicorum metrorum indicio. Videtur ἀμφὶ βωμὸν diversa lectio pro ἀμφὶ ναὸν esse. Alioquin eleganter ita scriberetur:

ἑλίσσετ᾽ ἀμφὶ ναόν,
ἀμφὶ βωμὸν Ἄρτεμιν,
Ἄρτεμιν ἄνασσαν, ὡς ἐμοῖσιν, εἰ χρεών.

V. 1488. Hic versus dochmiacus est, quo metro est etiam v. 1491. Ad τε in Flor. 2. supra scriptum τάς. Flor. 1. θύμασι τάς τε. Quid hoc sit, non invenio, nisi si fuit τᾶς, adscriptum ad αἵμασι θύμασι θεᾶς θέσφατ᾽, quod olim in textu fuerit, sicut v. 1277. scriptum est, θέσφατ᾽ εἰ λύσω θεᾶς. Sed haec scriptura, an quod nunc libri habent, an omissa copula αἵμασι θύμασιν θέσφατ᾽ id sit, quod Euripides posuit, ut apud Aeschylum in Prom. 691. πήματα, λύματα, δείματα sine copula dictum, id incertum manebit, nisi olim ex codicibus protrahetur integer versus antistrophicus.

θέσφατ᾽ ἐξαλείψω.
ὦ πότνια, πότνια μᾶτερ, ὡς δάκρυά γέ σοι
δώσομεν ἁμέτερα·
παρ᾽ ἱεροῖς γὰρ οὐ πρέπει.
ἰὼ ἰὼ νεάνιδες, ἐπῳδ.
συνεπαείδετ᾽ Ἄρτεμιν
Χαλκίδος ἀντίπορον,
ἵνα τε δόρατα μέμονε δᾷα
δι᾽ ἐμὸν ὄνομα
τᾶςδ᾽ Αὐλίδος
στενοπόροις ὅρμοις.
ἰὼ γᾶ μᾶτερ ὦ Πελασγία,
Μυκηναῖαί τ᾽ ἐμαὶ θεράπναι,

ΧΟΡΟΣ.

καλεῖς πόλισμα Περσέως, στρ. β΄.
Κυκλωπίων πόνον χερῶν;

V. 1490—1495. Hi versus in libris choro tributi. Iphigeniae esse vidit Seidlerus. *Μᾶτερ* scripsi pro *μῆτερ*. Nam etsi trimetri fere communem dialectum etiam in melicis habent, tamen neque in hoc animi motu apta est vulgaris forma, et Dorismum tuetur versus antistrophicus.

V. 1493. Libri *ὦ νεανίδες*. At valde dissonus ab reliquis numeris est versus hypercatalectus: ut non dubitandum videatur quin scripserit poeta quod posui, *ἰὼ ἰὼ νεανίδες*.

V. 1496. Scribebatur *δάϊα*. Restitui trochaeum.

V. 1498. Flor. 1. 2. *τὰς δ᾽ Αὐλίδος*. Paris. A. B. Ald. Froben. H. Steph. *τᾶςδ᾽ Αὐλίδος*. Ex Brubachiana in reliquas venit *τᾶς γ᾽ Αὐλίδος*.

V. 1499. Paris. A. B. Flor. 1. 2. *στενοπόροισιν ὅρμοις*. Edd. *στενοπόροις ὅρμοις*. Dochmiacus melius connectere numeros cum sequentibus videbatur, quam versus ithyphallicus.

V. 1500. Inepte legebatur *ἰὼ γᾶ μῆτερ*. Dorismum restituit Seidlerus.

V. 1501. Edd. *Μυκῆναί τ᾽ ἐμαὶ θεράπαιναι*. Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. *Μυκηναῖαί τ᾽*. Tum *θεράπναι* Canterus et Scaliger.

V. 1503. Signum interrogandi Marklandi monitu positum.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἔθρεψας Ἑλλάδι με φάος· ἀντ. β'.
θανοῦσα δ' οὐκ ἀναίνομαι.

ΧΟΡΟΣ.

κλέος γὰρ οὔ σε μὴ λίπῃ. ἐπῳδ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἰὼ ἰώ.
λαμπαδοῦχος ἁμέρα Δι-
ός τε φέγγος, ἕτερον ἕτερον
αἰῶνα καὶ μοῖραν οἰκήσομεν.
χαῖρέ μοι, φίλον φάος.

ΧΟΡΟΣ.

ἰὼ ἰώ.
ἴδεσθε τὰν Ἰλίου ἀντ. α'.
καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολιν
στείχουσαν, ἐπὶ κάρα στέφη
* * * * * βαλομέναν
χερνίβων τε παγάς,

V. 1504. Edd. ἔθρεψας Ἑλλάδι μέγα φάος. Flor. 1. ἔθρεψας ἐμὲ Ἑλλάδι. Paris. C. Flor. 2. Vict. ad ἔθρεψας supra scriptum habent ἐμέ. Recte Elmsleius emendavit ἔθρεψας Ἑλλάδι με φάος.

V. 1505. Vide ad v. 1381.

V. 1515. Seidlerus στέφεα pro στέφη, quia etiam in strophicis haec forma est.

V. 1516. Libri βαλλομέναν. Seidlerus βαλομέναν, non ille, ut Matthiae existimare videtur, medium pro passivo habens. Ut στεφανώσασθαι dicitur, qui sibi vel ipse imponit coronam, vel facit ut imponatur ab aliis, sic etiam βαλέσθαι στέφη ἐπὶ κάρα. Excidit autem hic, ut metra ostendunt, aliquid. Credo scripsisse Euripidem:

κόμαισι τ' ἀμφὶ βαλομέναν.

V. 1517. Edd. χερνίβων τε παγαῖς. Ultimae syllabae in

βωμὸν διαίμονος θεᾶς
ῥανίσιν αἱματοῤῥύτοις
ῥανοῦσαν εὐφυῆ τε σώματος δέρην
σφαγεῖσαν. * *
εὔδροσοι πατρῷαι
παγαὶ μένουσι χέρνιβές τέ σε στρατός τ'
Ἀχαιῶν θέλων
Ἰλίου πόλιν μολεῖν.
ἀλλὰ τὰν Διὸς κόραν ἐπῳδ.
κλήσωμεν Ἄρτεμιν, θεῶν ἄνασσαν,
ὡς ἐπ' εὐτυχεῖ πότμῳ.
ὦ πότνια, πότνια, θύμασιν βροτησίοις
χαρεῖσα, πέμψον εἰς Φρυγῶν
γαῖαν Ἑλλάνων στρατὸν
καὶ δολόεντα Τροίας ἕδη,

Paris. B. C. Flor. 2. Vict. superscriptum ᾳς. Hanc veram scripturam esse comparatio docet strophicorum. Vide ad v. 1484.

V. 1518. Libri: *βωμόν γε δαίμονος θεᾶς*. Egregie Marklandus emendavit *βωμὸν διαίμονος θεᾶς*, comparans *θύμασι βροτησίοις χαρεῖσα* v. 1529. Quamquam hic potius propterea *διαίμων* dicitur dea, quod ara eius, quum mactabitur victima, sanguine conspergetur.

V. 1520. Libri *θανοῦσαν*, quod quum per se, tum compositum cum *σφαγεῖσαν*, ineptum est. Recte Marklandus *ῥανοῦσαν*.

V. 1521. Post *σφαγεῖσαν* aliquid excidisse non metra solum, sed etiam male cohaerens oratio docet. Fuit id fortasse *τάλαιν'*, ad sequentia pertinens, si sana est vulgata scriptura versus strophici, vel ibi *αἵμασι θύμασιν* sine copula scriptum fuit.

V. 1522. Libri: *εὔδροσοι παγαὶ πατρῷαι μένουσί σε, χέρνιβές τε*. Oblitus est id indicare Matthiae, qui cum Seidlero edidit *εὔδροσοι παγαὶ πατρῷαι μένουσι χέρνιβές τέ σε*. Ego praeterea etiam *πατρῷαι παγαὶ* scripsi.

V. 1528. Recte libri post *πότμῳ* interpungunt. Inconcinna fieret oratio, si, quod Matthiae mavult, hic versus ad *πέμψον* referretur.

V. 1529. Edd. *ὦ πότνια θύμασι βροτησίοις*. Paris. A. B. Flor. 1. et ex emendatione Flor. 2. *ὦ πότνα*. Bis scribendum duxi *πότνια*, ut v. 1490. Aperte enim hic versus trimeter est.

Ἀγαμέμνονά τε λόγχαις
Ἕλλασι κλεινότατον στέφανον
δὸς ἀμφὶ κάρα θ' ἑὸν
κλέος ἀείμνηστον ἀμφιθεῖναι.

[ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὦ Τυνδαρεία παῖ, Κλυταιμνήστρα, δόμων
ἔξω πέρασον, ὡς κλύῃς ἐμῶν λόγων.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

φθογγῆς κλύουσα δεῦρο σῆς ἀφικόμην,
ταρβοῦσα τλήμων κἀκπεπληγμένη φόβῳ,
μή μοί τιν' ἄλλην ξυμφορὰν ἥκῃς φέρων
προς τῇ παρούσῃ.

V. 1533. Libri: *Ἀγαμέμνονά τε λόγχαις Ἑλλάδι κλεινότατον στέφανον.* Si genuinum est *Ἑλλάδι*, praestaret *λόγχας* scribi. Sed elegantissima est Marklandi emendatio *λόγχαις Ἕλλασι*, quam recepturus erat, opinor, in poetis scenicis fratris exemplo G. Dindorfius: sed vel operae vel corrector *Ἕλλασι* dederunt.

V. 1535. Edd. *ἀμφὶ κάρα τεόν*. Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. *κάρα ἑόν*. Seidlerus *ἀμφὶ κρᾶθ' ἑόν*. Faciliorem Scaligeri emendationem, *ἀμφὶ κάρα θ' ἑόν*, probatam aliis quoque, recepit Matthiae. Nam precatur chorus, ut Agamemno hastis Graecis clarissimam coronam, suo autem capiti aeternum decus reportet.

V. 1537. De hac scena dictum in praefatione.

V. 1538. Edd. *κλύοις*. Sed *κλύῃς* Paris. A. B. C. Flor. 1. 2.

V. 1541. Libri *ἥκεις*, et quidem Ald. Froben. Brub. plena interpunctione post *φόβῳ* posita, cum signo interrogandi exhibent, *μή μοί τιν' ἄλλην ξυμφορὰν ἥκεις φέρων πρὸς τῇ παρούσῃ;* ut recte dictus sit indicativus. In Hervag. 2. servato signo interrogandi, post *φόβῳ* virgula est, qua ibi caeterae quoque editiones, signo interrogandi in punctum mutato, interpungunt. Aldinam sequutus est Matthiae, sed in adnotatione probat alteram rationem, *μὴ* oblique interrogantis ex *ταρβοῦσα κἀκπεπληγμένη φόβῳ* suspensum esse volens. Mihi hoc ad sententiam debilius videtur; illud autem, ut *μὴ ἥκεις* ad opinionem credentis mala afferri spectet, non satis aptum duco, quia non de peracto sacrificio, sed de aliquo alio malo, quod nescit quale sit, cogitat. Itaque quum re vera nihil nisi metuat, ex Porti coniectura *ἥκῃς* scripsi.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

σῆς μὲν οὖν παιδὸς πέρι
θαυμαστά σοι καὶ δεινὰ σημῆναι θέλω.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

μὴ μέλλε τοίνυν, ἀλλὰ φράζ' ὅσον τάχος.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἀλλ', ὦ φίλη δέσποινα, πᾶν πεύσει σαφῶς.
λέξω δ' ἀπ' ἀρχῆς, ἤν τι μὴ σφαλεῖσά που
γνώμη ταράξῃ γλῶσσαν ἐν λόγοις ἐμήν.
ἐπεὶ γὰρ ἱκόμεσθα τῆς Διὸς κόρης
Ἀρτέμιδος ἄλσος λείμακάς τ' ἀνθεσφόρους,
ἵν' ἦν Ἀχαιῶν σύλλογος στρατεύματος,
σὴν παῖδ' ἄγοντες, εὐθὺς Ἀργείων ὄχλος
ἠθροίζεθ'. ὡς δ' ἐσεῖδεν Ἀγαμέμνων ἄναξ
ἐπὶ σφαγὰς στείχουσαν εἰς ἄλσος κόρην,
ἀνεστέναζε, κἄμπαλιν στρέψας κάρα
δάκρυα προῆγεν, ὀμμάτων πέπλον προθείς.
ἡ δὲ σταθεῖσα τῷ τεκόντι πλησίον,
ἔλεξε τοιάδ'· ὦ πάτερ, πάρειμί σοι,
τοὐμὸν δὲ σῶμα τῆς ἐμῆς ὑπὲρ πάτρας
καὶ τῆς ἁπάσης Ἑλλάδος γαίας ὕπερ

V. 1546. Edd. *ἀπαρχῆς*, praeter H. Steph. qui *ἀπ' ἀρχῆς*, ut in Par. C. et Vict. scriptum. Deinde libri *σφαλεῖσά μόν*. Marklandus recte, ut videtur, emendavit *που*.

V. 1549. Vulgo *ἀνθηφόρους*. Quod Musgravius coniecit *ἀνθεσφόρους*, inventum in Flor. 1. et, in quibus supra scriptum *η*, in Paris. C. Flor. 2. Vict.

V. 1555. Memorem fuisse apparet poetam, quum scripsit *ὀμμάτων πέπλον προθείς*, nobilissimae Timanthis picturae, de qua Silligius in Catalogo artificum p. 447. attulit veterum scriptorum testimonia.

V. 1559. Euripides, opinor, non sic, sed tali aliquo modo scripsisset:

καὶ γῆς ἁπάσης Ἑλλάδος προσφάγματα.

θῦσαι δίδωμ᾽ ἑκοῦσα πρὸς βωμὸν θεᾶς
ἄγοντας, εἴπερ ἐστὶ θέσφατον τόδε.
καὶ τοὐπ᾽ ἔμ᾽ εὐτυχοῖτε, καὶ νικηφόρου
δώρου τύχοιτε, πατρίδα τ᾽ ἐξίκοισθε γῆν.
πρὸς ταῦτα μὴ ψαύσῃ τις Ἀργείων ἐμοῦ.
σιγῇ παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.
τοσαῦτ᾽ ἔλεξε· πᾶς δ᾽ ἐθάμβησεν κλύων
εὐψυχίαν τε κἀρετὴν τῆς παρθένου.
στὰς δ᾽ ἐν μέσῳ Ταλθύβιος, ᾧ τόδ᾽ ἦν μέλον,
εὐφημίαν ἀνεῖπε καὶ σιγὴν στρατῷ.
Κάλχας δ᾽ ὁ μάντις ἐς κανοῦν χρυσήλατον
ἔθηκεν ὀξὺ χειρὶ φάσγανον σπάσας
κολεῶν ἔσωθεν, κρᾶτά τ᾽ ἔστεψεν κόρης.
ὁ παῖς δ᾽ ὁ Πηλέως ἐν κύκλῳ βωμὸν θεᾶς
λαβὼν κανοῦν ἔθρεξε χέρνιβάς θ᾽ ὁμοῦ.
ἔλεξε δ᾽, ὦ θηροκτόν᾽ Ἄρτεμις Διός,

V. 1562. Flor. 1. 2. εὐτυχεῖτε.

V. 1563. Dindorfii cum Bothio per errorem πατρίδα δ᾽.

V. 1564. 1565. Interpungitur in edd. πρὸς ταῦτα μὴ ψαύσῃ τις Ἀργείων ἐμοῦ σιγῇ. παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως. Iam Brodaeus σιγῇ ad sequentia referendum vidit. Sumpsit haec interpolator ex Hecubae v. 548.

ἑκοῦσα θνήσκω· μή τις ἅψηται χροὸς
τοὐμοῦ· παρέξω γὰρ δέρην εὐκαρδίως.

V. 1566. Flor. 1. τοσοῦτ᾽ ἔλεξε.

V. 1572. Edd. Brub. Herv. 2. Stiblin. Cant. P. Steph. Commelin. κολεῶν ἔξωθεν. Sed Ald. Froben. H. Steph. ut Paris. A. B. ac, nisi fallor, reliqui codd. κολεῶν ἔσωθεν. Reiskius et Piersonus ἔξωθε κολεῶν. At σπάσαι φάσγανον κολεῶν ἔσωθεν est gladium, qui intus erat in vagina, inde extrahere.

V. 1573. Inepte his poetam imitatum esse quae similia in Hecuba scripserat Euripides, monitum est in praefatione.

V. 1575. Edd. Ald. Froben. Brub. Herv. 2. Stiblin. Cant. ἔλεξε δ᾽ ὦ θηρόκτον᾽ Ἄρτεμι, παῖ Διός. Neque aliter edd. H. Steph. P. Steph. Commelin. nisi quod correcto accentu θηροκτόν᾽ habent. Paris. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. ἔλεξε δ᾽ ὦ Διὸς Ἄρτεμις θηροκτόνε. Matthiae, quod hic poeta anapaestis delectari videatur, alterutrum ab eo scriptum esse existimat. Aequius de eo sensit Porsonus in praefatione Hecubae, p. 20. 21. quem

τὸ λαμπρὸν εἰλίσσουσ' ἐν εὐφρόνῃ φάος,
δέξαι τὸ θῦμα τοῦθ' ὅ σοι δωρούμεθα
στρατός τ' Ἀχαιῶν κοινὸς Ἀγαμέμνων τ' ἄναξ,
ἄχραντον αἷμα καλλιπαρθένου δέρης,
καὶ δὸς γενέσθαι πλοῦν νεῶν ἀπήμονα,
Τροίας τε Πέργαμ' ἐξελεῖν ἡμᾶς δορί.
εἰς γῆν δ' Ἀτρεῖδαι πᾶς στρατός τ' ἔστη βλέπων.
ἱερεὺς δὲ φάσγανον λαβὼν ἐπεύξατο,
λαιμόν τ' ἐπεσκοπεῖθ', ἵν' εὖ πλήξειε νιν.
ἐμοὶ δ' ἐςῄει τ' ἄλγος οὐ μικρὸν φρενί,
κἄστην νενευκώς· θαῦμα δ' ἦν αἴφνης ὁρᾶν·
πληγῆς κτύπον γὰρ πᾶς τις ᾔσθετ' εὖ σαφῶς,

recte iudicasse arbitror. Nam neque quod de anapaestis dicit Matthiae verum est, nisi poetae huic quae vel librarii vel correctores peccarunt imputare volumus, neque alia, quae perverse dicta sunt, ei recte exprobrari licet, quum aperte, quo magis haec scena ad finem vergit, eo festinantius et negligentius scripta sit ab eo librario, a cuius manu libri nostri pependerunt. Itaque Porsoni emendationem recepi.

V. 1577. Libri: *δέξαι τὸ θῦμα τόδ' ὅ γέ σοι δωρούμεθα.* Hic quoque Porsonum sum sequutus.

V. 1578. Libri: *στρατός τ' Ἀχαιῶν Ἀγαμέμνων ἄναξ θ' ὁμοῦ.* Porsonus in praefatione Hecubae p. 22. verebatur ne in ipsius Pseudeuripidis cerebello natus esset hic versus. Hic vero ei non assentior, sed recte emendasse puto Marklandum, *στρατός τ' Ἀχαιῶν κοινὸς Ἀγαμέμνων τ' ἄναξ.* Neque enim video quomodo quaerere potuerit Porsonus, ubi tragici exercitum Graecorum hoc epitheto ornarent, quum addiderit: *in hac ipsa scena v.* 1591. (1596.) *ait Marklandus:* nisi forte ibi scribendum censuit, *ὦ τοῦδ' Ἀχαιῶν κοίρανοι κοινοὶ στρατοῦ.* Sed patet id eodem redire, quique exercitus habet ducem communem, eum ipsum communem esse ei duci.

V. 1582. Edd. Ald. Froben. *ἔστι βλέπων.* Hervagiana secunda et Stiblin. *ἐστι βλέπων.* Sed Brub. Cant. H. Steph. reliquae, *ἔστη βλέπων.*

V. 1584. Libri: *ἵνα πλήξειεν ἄν.* Marklandus, *ἵνα πλήξειέ νιν.* Scribendum erat, sensu quoque postulante, *ἵν' εὖ πλήξειέ νιν.*

V. 1585. Libri: *ἐμοὶ δέ τ' ἄλγος οὐ μικρὸν εἰςῄει φρενί.* Barnesius edidit *φρένα.* Restitui turbatum ordinem verborum.

V. 1587. Libri: *πληγῆς κτύπον γὰρ πᾶς τις ᾔσθετ' ἂν σαφῶς.* Reposui *εὖ σαφῶς.* Aeschylus Pers. 786.

εὖ γὰρ σαφῶς τόδ' ἴστ', ἐμοὶ ξυνήλικες.

τὴν παρθένον δ' οὐκ εἶδεν οὗ γῆς εἰσέδυ.
βοᾷ δ' ὅ θ' ἱερεύς, πᾶς δ' ἐπήχησε στρατός,
ἄελπτον εἰσιδόντες ἐκ θεῶν τινὸς
φάσμ', οὗ γε μηδ' ὁρωμένου πίστις παρῆν·
ἔλαφος γὰρ ἀσπαίρουσ' ἔκειτ' ἐπὶ χθονὶ
ἰδεῖν μεγίστη διαπρεπής θ', ἧς αἵματι
ὁ βωμὸς ἄρδην τῆς θεᾶς ἐῤῥαίνετο.
χἀν τῷδε Κάλχας πῶς δοκεῖς χαίρων ἔφη,
ὦ τοῦδ' Ἀχαιῶν κοίρανοι κοινοῦ στρατοῦ,
ὁρᾶτε τήνδε, βωμίαν ἣν ἡ θεὸς

V. 1588. Libri οἶδεν. Correxit Matthiae.

V. 1589. Libri: βοᾷ δ' ἱερεύς, ἅπας δ' ἐπήχησε στρατός. Iniuriam faceret huic scriptori, qui talem ab eo versum factum putaret. Correctoris metrici haec scriptura est, quum aut excidisset articulus, aut ipse non caperet quo referretur τε. Nam vix dubitari potest, quin verum sit quod restitui, βοᾷ δ' ὅ θ' ἱερεύς, πᾶς δ' ἐπήχησε στρατός. Dicturus erat βοᾷ δ' ὅ θ' ἱερεύς πᾶς τε στρατός: sed quia novum verbum inferebat, opponere debuit δέ.

V. 1591. Edd. vett. φάσμ', οὗ γε μηδ' ὁρωμένου πίστις παρῆν. In Barnesianam ὁρωμένη ex Commeliniana venisse ait Matthiae: sed in Commelinianam venit ex editione P. Stephani. Porsonus in praefatione Hecubae p. 28. nihil dubitabat quin ipse scriptor eo ordine verba posuisset, quem numeri tragici commendarent, φάσμ', οὗ γε πιστις μηδ' ὁρωμένου παρῆν. At recisum interpunctione φάσμα mutat usitatam scansionem trimetri.

V. 1593. 1594. Libri:

ἰδεῖν μεγίστη, διαπρεπής τε τὴν θέαν·
ἧς αἵματι βωμὸς ἐῤῥαίνετ' ἄρδην τῆς θεοῦ.

Vix alium quemquam διαπρεπὴς τὴν θέαν sic cum articulo dicturum fuisse recte monet Matthiae: estque id eo inficetius, quod modo ἰδεῖν praecessit. At qui hoc dixit, non scriptor fuit horum versuum, sed corrector metricus, qui quum in codice ἧς αἵματι sequenti versui additum videret, non animadvertens errorem, simul et versum, quem mutilum esse putabat, male explevit, et corrupit eum qui sequebatur. Quare restitui, quod non dubitandum videbatur quin esset ab ipso poeta positum.

V. 1597. Libri:

ὁρᾶτε τήνδε θυσίαν, ἣν ἡ θεὸς
προὔθηκε βωμίαν, ἔλαφον ὀρειδρομον.

Non dixerim, quod Matthiae, versificatorem θυσίαν prima producta pronunciari posse credidisse. Antiquior est enim illis poetis, qui a trisyllabis pedibus abstinentes α, ι, υ ubique pro numeri

προὔθηκε θυσίαν, ἔλαφον ὀριδρόμον * *
ταύτην μάλιστα τῆς κόρης ἀσπάζεται,
ὡς μὴ μιάνῃ βωμὸν εὐγενεῖ φόνῳ.
ἣ δ' ὡς ἐδέξατ' αὐτό, καὶ πλοῦν οὔριον
δίδωσιν ἡμῖν Ἰλίου τ' ἐπιδρομάς.
πρὸς ταῦτα πᾶς τις θάρσος αἶρε ναυβάτης,
χώρει τε πρὸς ναῦν· ἡμέρᾳ γ' ὡς τῇδε δεῖ
λιπόντας ἡμᾶς Αὐλίδος κοίλους μυχοὺς
Αἴγαιον οἶδμα διαπερᾶν. ἐπεὶ δ' ἅπαν
κατηνθρακώθη θῦμ' ἐν Ἡφαίστου φλογί,
τὰ πρόσφορ' ηὔξαθ', ὡς τύχοι νόστου στρατός.
πέμπει δέ μ' Ἀγαμέμνων φράσαι τέ σοι τάδε,
λέγειν θ' ὁποίας ἐκ θεῶν μοίρας κυρεῖ,
καὶ δόξαν ἔσχεν ἄφθιτον καθ' Ἑλλάδα.
παρὼν δὲ καὶ τὸ πρᾶγμ' ὁρῶν λέγω * *

---

commoditate vel longas vel breves usurpant. Hic quoque turpes versus pro melioribus error peperit, quo *βωμίαν* et *θυσίαν* sedes suas permutaverant:

ὁρᾶτε τήνδε βωμίαν, ἣν ἡ θεὸς
προὔθηκε θυσίαν, ἔλαφον ὀριδρόμον πέλας.

Ideo correcto ordine verborum asteriscis notavi eiectum a metrico correctore *πέλας*. *Videte hanc hic in ara cervam.*

V. 1600. Paris. A. Flor. 1. 2. edd. veterrimae *μιάνοι*. Edd. P. Steph. Commelin. Barnes. Musgr. *μιαίνοι*. Paris. B. *μιάνῃ*.

V. 1601. Libri: *ἡδέως τε τοῦτ' ἐδέξατο καὶ πλοῦν οὔριον*. Haec quoque manifestum est e corruptis male emendata esse. Restitui quum multis modis possint, veri simillimum esse putavi hoc, quod posui: *ἣ δ' ὡς ἐδέξατ' αὐτό, καὶ πλοῦν οὔριον δίδωσιν*.

V. 1602. Numerosior esset versus, si scripsisset *Ἰλίου πρὸς ἐπιδρομάς*.

V. 1604. Libri: *χώρει τε πρὸς ναῦν· ὡς ἡμέρᾳ τῇδε δεῖ*. Alii alia coniecerunt, in quibus etiam, in quae nemo debebat incidere. Dedi quod facillimum videbatur.

V. 1608. Matthiae et L. Diudorfius pro *ηὔξαθ'* tacite ediderunt *εὔξαθ'*.

V. 1609. Libri: *πέμπει δ' Ἀγαμέμνων μ' ὥστε σοι φράσαι τάδε*. Paris. A. *φράσειν*. Correxi sic, ut poetam scripsisse probabile est.

V. 1612. Libri: *ἐγὼ παρὼν δὲ καὶ τὸ πρᾶγμ' ὁρῶν λέγω*. *Ἐγὼ* supplementum metrici. Excidit *τόδε* vel *γύναι*.

ἡ παῖς σαφῶς σοι πρὸς θεοὺς ἀφίπτατο.
λύπας δ' ἀφαίρει καὶ πόσει πάρες χόλον·
ἀπροςδόκητά τοι βροτοῖς τὰ τῶν θεῶν,
σώζουσί θ' οὓς φιλοῦσιν. ἦμαρ γὰρ τόδε
θανοῦσαν εἶδε καὶ βλέπουσαν παῖδα σήν.

ΧΟΡΟΣ.

ὡς ἥδομαί τοι ταῦτ' ἀκούσασ' ἀγγέλου·
ζῶν δ' ἐν θεοῖσι σὸν μένειν φράζει τέκος.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ὦ παῖ, τοῦ κλέμμα θεῶν γέγονας;
πῶς σε προςείπω;
πῶς δ' ἂν φῶ μὴ παραμυθεῖσθαι
τοιούςδε μάτην μύθους, ὥς σου
πένθους λυγροῦ παυσαίμαν;

V. 1613. Parum Atticum *ἀφίπτατο* tetigit Porsonus ad Med. 1.

V. 1614. Paris. A. Flor. 1. 2. Vict. Ald. Froben. H. Steph. *λύπης δ' ἀφαίρει*, quod revocavit Barnesius, quum ex Brubachiana in caeteras venisset *λύπης γ' ὑφαίρει*. Non correxerunt editores, etsi manifesto vel *λύπην* scribendum erat, vel *λύπας δ' ἀφαίρει*. Hoc praetuli. Obversabatur, nisi fallor, scribentis animo *λύπας παραιρεῖ* in Hippolyto v. 1104.

V. 1615. Flor. 1. 2. Vict. edd. vett. *ἀπροςδόκητα δὲ βροτοῖσι τὰ τῶν θεῶν*. Barnesius *βροτοῖς* reposuit. Sed *δὲ* quoque in *τοι* erat mutandum.

V. 1620. Hi anapaesti in libris sic scripti:

ὦ παῖ θεῶν τοῦ κλέμμα γέγονας,
πῶς σε προςείπω; πῶς δὲ φῶ;
παραμυθεῖσθαι τούςδε μάτην μύθους,
ὥς σου πένθους λυγροῦ παυσαίμαν.

Laborat in his sententia non minus quam metrum: sed, quum quid dici debuerit non sit obscurum, paratum est utrique malo remedium. Id adhibui. *Quomodo*, inquit, *dicam non frustra admonere huiusmodi sermones, ut tristem propter te luctum deponam?* De corruptione anapaestorum vide praefationem.

ΧΟΡΟΣ.

*καὶ μὴν * * * σοι ἄναξ στείχει*
τούσδ' αὐτὸς ἔχων
φράζειν μύθους Ἀγαμέμνων.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

γύναι, θυγατρὸς ὄλβιοι γενοίμεθ' ἄν.
ἔχει γὰρ ὄντως ἐν θεοῖς ὁμιλίαν.
χρὴ δέ σε λαβοῦσαν τόνδε μόσχον νεογενῆ
στείχειν πρὸς οἴκους· ὡς στρατὸς πρὸς πλοῦν ὁρᾷ.
καὶ χαῖρε· χρόνια τἀμά σοι προσφθέγματα
Τροίηθεν ἔσται. καὶ γένοιτό σοι καλῶς.

V. 1625. Libri, turpiter obscuratis anapaestis, sic:

καὶ μὴν Ἀγαμέμνων ἄναξ στείχει,
τούσδ' αὐτοὺς ἔχων σοι φράζειν μύθους.

Non prorsus certum est, quo ordine singula verba posita fuerint: sed in universum non dubium est, hoc fere modo scriptos fuisse hos versus:

καὶ μὴν ὅδε δή σοι ἄναξ στείχει
τούσδ' αὐτὸς ἔχων
φράζειν μύθους Ἀγαμέμνων.

V. 1628. In L. Dindorfii editione per negligentiam praefixum est huic oratoni *Ἄγγελος*. Neque correxit errorem frater in Poetis scenicis. Libri: *γύναι, θυγατρὸς ἕνεκ' ὄλβιοι γενοίμεθ' ἄν*. Barnesium *ἕνεκ'* eiicientem probarunt Marklandus et Porsonus in Advers. p. 258. Comparari quodammodo potest illud Platonis in Phaedone p. 58. E. *εὐδαίμων μοι ὁ ἀνὴρ ἐφαίνετο καὶ τοῦ τρόπου καὶ τῶν λόγων*, quod in exemplis adiectivorum cum genitivo coniunctorum Matthiae in grammat. §. 371. atque ex eo Elmsleius ad Med. 996. afferunt. Non male scriberetur:

γύναι, θυγατρὸς οὕνεκ' ὀλβιζοίμεθ' ἄν.

V. 1630. Libri *μόσχον νεαγενῆ*. Porsonus in praefatione Hecubae p. 20. non adeo male se de interpolatore hoc censere dicens, ut eum ita scripsisse putet, quemvis visurum ait legendum esse *εὐγενῆ*. At nimis profecto tribuit illi suae licet verissimae observationi de quinto pede trimetri, si eam ab hoc quoque poeta custoditam esse credidit. Arguunt id v. 1588. 1617. 1618. Scripsit ille *νεογενῆ*, nisi vehementer fallor. Nam de Oreste loquitur.

V. 1632. Libri: *καὶ χαῖρε. χρόνιά γε τἀμά σοι προσφθέγματα*. Delevit *γε* Barnesius.

ΧΟΡΟΣ.

χαίρων μὲν ἱκοῦ γαῖαν, Ἀτρείδη,
Φρυγίαν, χαίρων ἐπάνηκε δ', ἑλὼν
κάλλιστα σκῦλ' ἀπὸ Τροίας.]

ΑΡΤΕΜΙΣ.

* * *

ἔλαφον δ' Ἀχαιῶν χερσὶν ἐνθήσω φίλαις
κεροῦσσαν, ἣν σφάζοντες αὐχήσουσι σὴν
σφάζειν θυγατέρα. * * *

V. 1634. Libri:
χαίρων Ἀτρείδη, γῆν ἵκου Φρυγίαν,
χαίρων δ' ἐπάνηκε,
κάλλιστά μοι σκῦλ' ἀπὸ Τροίας ἑλών.
Dindorfii ἱκοῦ. Anapaestos esse vidit Bothius, sed non bene emendavit. Correxi, ut scriptos fuisse veri simile est.

V. 1637. Hic posui, quod in libris Euripidis non legitur, genuinum postremae scenae fragmentum, servatum ab Aeliano in Hist. Animal. VII. 29. de quo dictum in praefatione.

INDEX GRAECUS.

Numeri paginas indicant.

INDEX LATINUS.

INDEX SCRIPTORUM.

EURIPIDIS
TRAGOEDIAE.

RECENSUIT

GODOFREDUS HERMANNUS.

Voluminis I. Pars III.

IPHIGENIA TAURICA.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

MDCCCXXXIII.

EURIPIDIS

IPHIGENIA

TAURICA.

RECENSUIT

GODOFREDUS HERMANNUS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

MDCCCXXXIII.

EURIPIDIS

IPHIGENIA

TAURICA.

LIPSIAE
EX OFFICINA I. B. HIRSCHFELDI.

PRAEFATIO.

Vicesimus hic annus est, ex quo A. Seidlerus Euripidis Iphigeniam in Tauris edidit, recensitam ab se ac brevibus adnotationibus instructam. Qui vir quum omnium optime de hac fabula sit meritus, nisi quod, recente tum rei metricae studio, nimia antistrophicorum quaerendorum cupiditate nonnulla audacius constituit: non esset mihi denuo edendae consilium subnatum, nisi, dum in scholis meis hanc tragoediam interpretabar, non pauca esse animadvertissem, quae hodie, magis magisque cognita veteris tragoediae ratione, etiam post Seidleri aliorumque operam vel explicari rectius vel certius emendari posse viderentur. Atque a codicibus quidem perexiguum auxilium accessit, quum quibus Matthiae usus est duorum codicum Florentinorum, et, quas iam Seidlerus in praefatione attulit, libri Victoriani lectionibus fere ea confirmentur, quae a Marklando Musgravioque ex libris Parisinis fuerant enotata. Hi libri tres sunt, quos notis a Marklando usurpatis designavi A. B. C. Horum A, qui est numero 2887. collatus denuo a Boissonado, Musgravio vocatur E;

B Musgravio est G, numero 2817; C est exemplum Aldinae adscriptam habens lectionem codicis cuiusdam Puteani: unde Musgravio hic liber P dicitur. Praeter hos memoratur, sed raro, Oxoniensis, qui nescio an sit liber impressus adscriptas habens emendationes quasdam, et a Gaisfordio codices Bodleiani. Editionem Aldinam Porsonus ad Medeae v. 675. quum saepe in hac tragoedia meliorem lectionem aut lectionis melioris vestigia conservasse quam conservarint codices Marklandi dixit, mihi non videtur satis recte iudicasse. Perraro enim id factum video: ac potius editio illa plerumque deteriora praebet, multisque in locis apparet ex codice eam manasse grammatici alicuius opera recensito, fortasse Demetrii Triclinii. Ex hac autem editione fluxerunt caeterae, nisi quod in Brubachiana correctiones nonnullae docti cuiusdam viri sunt receptae. Quare ego solam fere Aldinam adhibui, huiusque et codicum scripturas adnotavi, ut, mea qui editione uterentur, in promptu haberent quidquid in libris utile inveniretur. Virorum doctorum coniecturas commemoravi eas, quibus cognoscendis aliquid lucri facere possent lectores. Multa quodque seculum obliviscenda profert sequuturo. Ea vero oblivioni tradere officium est.

Dignissima est autem haec tragoedia, cui quantum fieri possit pristina forma restituatur. Est enim in praestantissimis earum, quas fecit Euripides, invitamurque ad eam accurate cognoscendam praecipue Germani, apud quos summus poeta Goethius idem argumentum in scenam produxit, ita ille Atheniensem poetam aemulatus, ut hominem natione Graecum, sed eum talem audire videamur, qui nostri

agri cultu eruditus non solum virtutis puriorem excelsioremque imaginem animo impressam habeat, sed etiam oblectandi materiam magis ex sententiarum vi et copia, quam ex verborum ornatu et varietate numerorum depromat. Uterque poeta suo in genere admirabilis est; uterque diligenter perpensa argumenti natura fabulam et invenit et exornavit; sed alter famam sequutus, quam mutare religio vetabat, alter, nullis constrictus vinculis, fingens quae apta indicabat. Id enim tragoedias illas inter se comparanti ante omnia tenendum est, Euripidem necessario curare debuisse, ut non solum Iphigenia e Taurica abduceretur, sed asportaretur etiam simulacrum Dianae. Sic enim ferebat fama, colebantque illud signum Attici Halis, in quem locum ab Oreste delatum credebatur. Goethio vero licebat in solo Iphigeniae reditu consistere, cumque, si statua illa maneret apud Tauros, ea ipsa re solvi nodum posse intelligeret, ad id ambiguitate oraculi, sororem reduci iubente Apolline, potuit uti. Sed videndum est de omni utriusque tragoediae inventione.

Prologum apud utrumque poetam agit Iphigenia, sola in scenam progressa. Et apud Euripidem quidem, cuius in fabula sciunt Tauri Agamemnonis filiam esse, genus suum et quomodo in ista loca venerit enarrat, crudelibusque sacris praefecta abhorrere se ab illa immanitate ostendit, ac saltem non ipsam mactare hospites. Tum somnium exponit, quo fratris mortem significari rata inferias ei se parare dicit, arcessituraque, quas morari videt, ministras suas intro abit. Horum ea quae prima sunt commune habent vitium prologorum Euripidis, ut

narrentur res notae, nec sit in iis quod animos moveat audientium. Caetera aptius sunt et doctius inventa. Nam somnio, quod vidit, et ipsius et spectatorum cogitationes ad Orestem advertuntur, ne is postea casu et fortuito advenire videatur. Somnium autem non debebat eiusmodi esse, ut speraret adventum fratris? sic enim nec metus excitari ille poterat, in quo sumus, quum videmus eo rem adduci, ut non multum absit, quin soror fratrem nescia atrocissimae morti consecret, neque agnitio tantopere commoveret animos spectatorum, sperato exspectatoque adventu Orestis. Quaerat vero aliquis fortasse, cur, quum columnam tantum domo unam superstitem manere in somnis viderit, de fratre, ac non de patre cogitet. Id ne fieri possit partim per rem ipsam, partim a poeta cautum est. Per rem ipsam, quod fratrem, quem infantem Argis reliquerat, magis amabat Iphigenia quam patrem, cuius animum minime paternum experta erat Aulide; per poetam, quum et flavas comas enatas ex capite columnae dixit, *quod* aperte iuvenis speciem praebet, et columnam domus marem filium esse Iphigeniam dicentem fecit. Simul autem, quo magis postea, ubi congressa est Iphigenia cum Oreste et Pylade, omnia ad Orestem referri possent, nec de Pylade importunius quaerendi necessitas afferretur, curavit poeta, ut nominari alter illorum Pylades posset, nec tamen eum sibi affinem esse sciret Iphigenia. Itaque fecit eam cogitantem secum, an forte quis alius illo somnio significaretur, ac nullum esse, qui indicari potuerit; siquidem Strophius, cui nupta erat soror Agamemnonis, illo saltem tempore, quo Aulidem abducta sit, non habuerit

nium. Denique etiam opportunissimum erit illud somnium ad chorum ita introducendum, ut is ut lugubria canere posset, quibus eo aptior locus erat in principio fabulae, quod eventus rerum deinde optatus succedit. Verum quamvis haec docte sint periteque inventa, tamen Graecum poetam longe superavit Germanicus. Is in prologo fecit Iphigeniam nihil nisi querentem quod patria et cognatis careat, obiterque tactis rebus Atride gestis precantem ab dea ut se suis restituat. Nulla in his frigida narratio, nihil docte callideque excogitatum: sed omnia talia, ut simul et moveant animum, et indicent quo tendat fabula, et mentem aperiant virginis pie deorum quamvis dura decreta reverentis. Nec tamen omisit Goethius illa, quae ab Euripide in principio prologi enarrata Germanis multo magis quam Graecis exponi oportebat: sed inseruit eo loco eaque ratione, ut, quum apud Euripidem nullam ad animos commovendos vim habeant, maximam habeant ac plane divinam in Germanica fabula. Prorsus enim deserens vestigia Euripidis Thoantem fecit connubium expetere Iphigeniae, idque primo per nuncium, virum gravem et sapientem. Qui postquam repulsam tulit, ipse rex, victor reversus ex bello in quo filius eius ceciderat, ita uti et aetatem eius dignitatemque decet et moribus consentaneum est antiquorum, non mollibus blanditiis et precibus, sed tranquilla oratione offert tori consortium rebus divinis destinatae virgini. Ibi vero illa, quum adhuc celasset originem suam, declinare studet connubium, quo sibi reditum in patriam intercludi videt, detestataque ex domo se ortam esse dicit, tandemque et ipsa quae

narrentur res notae, neque sit in iis quod animos moveat audientium. Caetera aptius sunt et doctius inventa. Nam somnio, quod vidit, et ipsius et spectatorum cogitationes ad Orestem advertuntur, qui postea casu et fortuito advenire videtur. Somnium autem non debebat eiusmodi esse, ut speraret adventum fratris: sic enim nec metus excitari ille poterat, in quo sumus, quum videmus eo rem adduci, ut non multum absit, quin soror fratrem nescia atrocissimae morti consecret, neque agnitio tantopere commoveret animos spectatorum, sperato exspectatoque adventu Orestis. Quaerat vero aliquis fortasse, cur, quum columnam rectam domo unam superstitem manere in somnis viderit, de fratre, ac non de patre cogitet. Id ne fieri posset partim per rem ipsam, partim a poeta cautum est. Per rem ipsam, quod fratrem, quem infantem Argis reliquerat, magis amabat Iphigenia quam patrem, cuius animum minime paternum experta erat Aulide; per poetam, quum et flavas comas enatas ex capite columnae dixit, quod aperte iuvenis speciem praebet, et columnam domus marem filium esse Iphigeniam dicentem fecit. Simul autem, quo magis postea, ubi congressa est Iphigenia cum Oreste et Pylade, omnia ad Orestem referri possent, nec de Pylade importunius quaerendi necessitas afferretur, curavit poeta, ut nominari alter illorum Pylades posset, nec tamen eum sibi affinem esse sciret Iphigenia. Itaque fecit eam cogitantem secum, an forte quis alius illo somnio significaretur, et nullum esse, qui indicari potuerit; siquidem Strophius, cui nupta erat soror Agamemnonis, illo saltem tempore, quo Aulidem abducta sit, non habuerit

finem. Denique etiam opportunissimum erat illud somnium ad chorum ita introducendum, is ut lugubria canere posset, quibus eo aptior locus erat in principio fabulae, quod eventus rerum deinde optatus succedit. Verum quamvis haec docte sint peniteque inventa, tamen Graecum poetam longe superavit Germanicus. Is in prologo fecit Iphigeniam nihil nisi querentem quod patria et cognatis careat, obiterque tactis rebus Atride gestis precantem ab dea ut se suis restituat. Nulla in his frigida narratio, nihil docte callideque excogitatum: sed omnia talia, ut simul et moveant animum, et indicent quo tendat fabula, et mentem aperiant virginis pie deorum quamvis dura decreta reverentis. Nec tamen omisit Goethius illa, quae ab Euripide in principio prologi enarrata Germanis multo magis quam Graecis exponi oportebat: sed inseruit eo loco eaque ratione, ut, quum apud Euripidem nullam ad animos commovendos vim habeant, maximam habeant ac plane divinam in Germanica fabula. Prorsus enim deserens vestigia Euripidis Thoantem fecit connubium expetere Iphigeniae, idque primo per nuncium, virum gravem et sapientem. Qui postquam repulsam tulit, ipse rex, victor reversus ex bello in quo filius eius ceciderat, ita uti et aetatem eius dignitatemque decet et moribus consentaneum est antiquorum, non mollibus blanditiis et precibus, sed tranquilla oratione offert tori consortium rebus divinis destinatae virgini. Ibi vero illa, quum adhuc celasset originem suam, declinare studet connubium, quo sibi reditum in patriam intercludi videt, detestataque ex domo se ortam esse dicit, tantaeque et ipsa quae

sit fatetur, et impia narrat scelerosaque facta maiorum suorum: qua scena nihil fingi potest praeclarius.

Revertor ad Euripidem. Apud hunc, ubi Iphigenia scenam reliquit, accedunt ad templum Orestes et Pylades, opportunitatem simulacri auferendi circumspicientes. Difficultatem autem rei et periculi magnitudinem videns Orestes, spe abiecta domum redire mavult: sed a Pylade admonitus, non vanum fore Apollinis oraculum, noctuque rem perfici posse, manere et audere aliquid constituit. Huius scenae necessitatem ipsum argumentum fabulae afferebat, quia non casu ad haec loca delati sunt, sed venerunt Apollinis iussu simulacrum Dianae in Graeciam asportaturi. Sed est haec scena etiam accommodata ad mores Graecorum inventa, dolos et vafritiam amantium, apteque composita ad ingenium fortunamque iuvenum ostendendam, nec vacua dictis, quae animos commoveant. Nam Orestes, videns tandem templum illud, in quo omnis ei spes salutis posita est, simul autem intelligens tam munitum esse eum locum, ut se exsequi posse iussa dei desperet, miserabili oratione ipsum alloquitur Apollinem, conquerens, quod in apertam missus sit perniciem, petensque consilium a Pylade. Consentaneum est autem Orestem, insaniae crebris accessionibus fatigatum, timidiorem esse, quam qui integris viribus fruebatur Pyladem.

Postquam abierunt Orestes et Pylades, redit in scenam Iphigenia inferias factura fratri, quem mortuum esse putat, ministrante choro. Ibi lugubribus anapaestis et fratris obitum et sua tristia fata succinente choro deplorat. Id canticum, veritate sen-

tentiarum magis quam iis virtutibus insigne, quae magni ingenii documenta sint, accommodatum quidem est consilio poetae, qui persuasum de morte Orestis esse voluit Iphigeniae, sed habet, quae parum veri similia esse videantur. Exspectamus enim ut et quaerat chorus quid istud somnii sit, quo tam certo credat obiisse fratrem, et vero etiam consoletur eam, moneatque fallacia saepe esse visa somniorum. At neutrum facit. Repeti enim, credo, nolebat poeta, quae in prologo dicta essent de somnio. Tum vero aut gnarum iam eorum quae videre sibi visa esset Iphigenia introducere chorum debebat, aut in prologo breviter iniecta mentione somnii nunc id explicate choro exponentem facere Iphigeniam. Consolatio autem, quam desideramus, tantum aberat ut obfuerit eius consilio, ut ea uti potuerit efficacissime, si Iphigenia adspernaretur omne solatium vel prae amoris in Orestem magnitudine vel quod deos perdere gentem crederet tot Pelopis, Atrei, Thyestae, Agamemnonis impie factis contaminatam.

Finito cantico venit bubulcus, duos Graecos adesse nuncians, conspectos in rupibus, et ab aliis pro diis habitos, aliis naufragos esse visos, quorum altero, quum eos capere vellent, insania correpto Furiasque se cernere clamitante pavidi illo spectaculo pastores stupuerint, mox autem, ubi furens ille stricto gladio in armenta impetum fecerit, concurrerint ad opem gregibus suis ferendam, acrique tandem certamine bellicosos iuvenes armis spoliatos ad regem adduxerint, quem eos huc mactandos esse missurum. Egregia haec omnis narratio est, tum rerum atrocium ac mirabilium accurata verbisque

aptissimis exornata descriptione, tum quod fortia facta duorum adversus magnam multitudinem pastorum se strenue defendentium advertunt animum audientis, impleantque exspectatione, qui sint illi, quos non aliquos de vulgo, sed generosae stirpis propaginem esse oportet. Apteque illud quoque inventum est, quod alterum illorum iuvenum Pyladem vocari audivit pastor iste, ut, quum Strophii nullum filium norit Iphigenia, de Pyladae istius origine quaerendi nulla caussa sit, tantoque magis attentio animi ad alterum convertatur, qui detrectat edere nomen suum.

Eximia arte etiam quae sequitur scena ficta est. Nam quum ultimis nuncii verbis monita esset Iphigenia opportunitatem sibi dari ulciscendi sacrificii Aulidensis mactandis advenis e Graecia, iam illa, fratrem credens mortuum esse, invidens felicioribus, exacerbatur, indignataque quod non Helena, nec Menelaus infortunii sui auctores ad Tauros aliquando sint delati, recordatur malorum suorum, recordatur precum, quibus frustra oraverit patrem ne se interficeret; nuptiarum, quarum falsa specie Aulidem sit vocata; amplexuum, quibus nec sorori nec fratri valedixerit, ut brevi se redituram sperans. Sed subita est haec animi commotio, neque in obstinatam crudelitatem abit. Nam ubi in mentem venit, quam beata ex vita patriae domus sublatus sit Orestes, dolore mollita languescit ad saevitiam, qua usura in hospites erat, reputatque illam sacrificiorum immanitatem non a dea, sed ab hominibus barbaris, sanguinem peregrinorum expetentibus, esse institutam. Relinquit igitur scenam ita, ut appareat non parcere quidem velle advenis, sed tamen magis quoniam in

necessitatem inciderint perimendi, quam ipsa quod gaudeat illo crudeli deae ministerio.

Tum chorus, ex captivis illo mulieribus Graecis constans, auditis fortiter factis advenarum, quid aliud quam cogitet secum qui sint tandem illi, quove casu ad inhospitalem terram delati, optetque ut Helena potius huc appellat, magis vero etiam, ut venerit qui aliquid de patria sua nunciet, vel ipsas hasce captivas ex tristi apud barbaros servitio liberet? Id carmen, summa sententiarum aptissimum ad animos exspectatione iuvenum illorum implendos. Euripides more suo oneravit magis quam ornavit descriptione Nereidum ad propositum nihil pertinente.

Adducuntur nunc Orestes et Pylades vincti. Ministros demere iis vincula introque abire et parare sacra iubet Iphigenia. Tum postquam tacens aliquantisper intuita est hospites, populares suos, iuvenes adspectu non ignobiles, plena adhuc fratris quo se orbatam esse credit recordatione, parentes, sororemque, si quam habeant illi, miseratur, talibus carituram fratribus, cogitansque quam improvisum hominibus veniat infortunium, clementer eos alloquitur, quaeritque qui sint, quos longo itinere ad aeternam a patria absentiam huc fata detulerint. Haec ut ex intima animi natura petita sunt, ita non possunt non excitare eosdem in audientibus sensus. Neque vero haec tantum, sed etiam quae sequuntur eximie adversitatis exemplum expressa sunt, eoque magis movent et ipsos, qui colloquuntur inter se et eos qui illa audiunt, suspensosque tenent inter spem metumque. Orestes moriendi necessitatem et sibi et Pyladi adesse videns, monet Iphigeniam, ne miserando mi-

augere crudelitatem effecit, quique desperent salutem magis affligere velit: scire eos, quis sibi morte sit pereundum. Igitur Iphigenia uter eorum Pylades vocetur quaerit; indicatoque etiam cognoscere patriam cupit. Pudet Orestem Argivos esse fateri: itaque declinat responsum. Porro quaerenti fratresne sint, amore, non ortu esse dicit. Nomen ipsius exquirenti, eodem pudore cohibitus, infelicem se, si vero nomine vocandus sit, appellandum esse respondet. Amplius instanti, ignotus si pereat, contempta caritarum ait. Exprobranti superbiam, corpus meum, inquit, non nomen sacrificabis, monere eam volens, ut faciat officium suum, nec quaerat quod ad eam non pertineat. Denique quum de patria interrogatus ne hanc quidem nominat, blande illa hoc sibi ut gratiam petit. Tum vero cedens, quia eam non levitate quadam aut vana res alienas cognoscendi cupiditate, sed humano erga miseros affectu quaerere videt, Argos nominat, animadvertensque quantopere illa hoc dicto commoveatur, etiam felices quondam Mycenas sibi natale solum esse dicit, ampliusque blanda voce petenti, ut ad quaestiones suas respondeat, adnuit, vix numerandum esse significans, si hoc suis malis accedat. Optatum adesse Argis ubi asseveravit Iphigenia, non mihi, inquit? an tibi; id tu vide. Quae sententia gravis Iphigeniae, maestitiae obsequiosum hospitem, gravior spectatoribus est, videntibus quid fratri a sorore immineat. Tum Iphigenia anxia et plena metu, ut natura fert, quum veremur ne mala potius quam bona audituri simus, non statim de carissimis quaerit, sed paullatim magis magisque ad ea accedit,

in quibus ei aut spes aut desperatio parata est; de Troia, de Helena, de reditu Graecorum interrogans, atque de hoc quidem timida sic universe, quoniam sponte de summi ducis fortuna aliquid dicturum esse Orestem putat. Sed ille id refugiens, *quam, inquit, omnia simul comprehendis.* Ad quae illa tristis: *hoc frui cupio, priusquam tu moriare.* Satisfacturum ille se huic miserantis desiderio ostendit. Igitur amplius pergit de iis, quorum artibus perit in Aulide, de Calchante et Ulixe, tum de eo, cui coniux dolose destinata erat, Achille, de quibus rebus tam distincte percunctante stupet Orestes, quaeritque quae sit. Illa, pari ut Orestes pudore genus suum nominare verita, ex Graecis se esse fatetur, tenera aetate huc translatam. Tum denique illa de patre, sed prae metu quid auditura sit non eum nomine appellans, *quid autem dux, inquit, quem felicem praedicant?* Id vehementer movet Orestem: *quis? inquit: non enim, quem ego quidem novi, inter felices est.* Ad haec illa subtimide: *at ferebatur quidam Atrei filius Agamemno esse.* Ibi horrore ex gentis suae malorum memoria correptus Orestes, *nescio, inquit: mitte hunc sermonem, mulier.* Anxie vero petenti, orantique per deos, ut pergat, periisse eum dicit: et sic porro paullatim reliqua, occisum esse ab uxore, uxorem interfectam a filio fatetur. De subole Agamemnonis interrogatus, Electram superstitem esse dicit; de se ipsa quum quaesivit, mortuam perhiberi ait; postremo de filio Agamemnonis quaerenti vivere eum, sed vagum errare dicit. Ita illa vanum fuisse somnium suum in-

telligit, nec tamen amplius percunctandi ei relicta est occasio, quoniam de rege atque externi nihil compertum esse hospiti credit. Vanitatem somnii Orestes confirmat eo, quod ne dii quidem, qui sapientissimi habeantur, somniis sint veraciores, ut, qui caetera non stultus divinationibus et oraculis fidat, nihil nisi mala inveniat. Ibi in mentem venit Iphigeniae, cum hic hospes, quicum nunc collocuta est, Argivus sit noritque Mycenas, posse eum illuc cum litteris mitti, dummodo alter victima cadat Dianae. Id vero detrectat Orestes, se eum esse dicens, quem fata trahant, Pyladem autem duntaxat ut amicum in societatem venisse malorum; quare illum Argos mitti, se autem mactari aequum censet. Admirata illa generosum iuvenis animum, optansque ut talis sit quem superstitem habeat frater, nam ne se quidem fratre carere, nisi quod eum non ante oculos videat, consentit, sciscitantique quomodo sacrificium peragatur et an ipsa eum sit mactatura, ad singula respondet, cumque ille dolet quod non sibi contingat ab sorore ossa sua condi, ipsa quoque dolore tacta omnem quem possit populari suo promittit inferiarum honorem. Tum abit allatura litteras, sperans gratum se fratri nuncium missuram. Haec quis non videat quantis spei, timoris, horroris, miserationis fluctibus agitare debeant animos audientium? Itaque quid aliud chorus, qui haec spectavit atque audivit, quam utriusque amicorum sortem deploret, ambigens uter sit infelicior, is cui moriendum sit, an ille qui vitam et reditum in patriam morte lucretur amici?

Res ipsa ferebat, ut illi duo mirarentur, quod mulier peregrina tam accurate teneret res Argivas,

Unde Oresti Argivam esse suspicanti assentitur Pylades, sed, monens regum fata facile omnibus innotescere, aliud eam dixisse ait, quod ipse ferre non debeat, quia et turpe sibi sit, ut ignavum, pereunte amico domum redire, nec vacuum suspicione insidiarum, ut regni heres fieret, structarum. Quare una mori cum Oreste vult. Sic dum iterum de ambobus solliciti sumus, Pyladae quoque constantiam et generosam amicitiam admirantes, iis eum argumentis refutat Orestes, quibus non potest resistere: se parricidio impiatum, illum innocentem esse; se impuram, illum puram habere domum: illum ex Electra prolem suscepturum, et sic sibi quoque nec nomen nec patriam domum exstinctum iri: postremo mandat ut tumulum sibi exstruat memoriamque conservet; ut nunciet ab Argiva se muliere esse immolatum; ut tueatur orbatam cognatis sororem suam Electram: denique amico a pueritia sodali, fidoque in summis periculis, valedicit. His victus argumentis promittit Pylades se quod petierit amicus facturum: sed tamen nondum plane desperandum esse monet, quod saepe etiam in summo discrimine mutetur fortuna. Mirifice haec quoque scena ad miserationem facta est, egregia etiam eo, quod omnia ad Orestis interitum, de quo praecipue solliciti sumus, tendunt, exspectatione in fine scenae, quum adhuc sperantem videmus Pyladem, novum incrementum capiente.

Colloquio amicorum finem facit reditus Iphigeniae epistolam ferentis. Satellites illa intro abire iubet, quo sola cum hospitibus et choro relinquatur. Id prudenter sic instituit poeta, quo quae deinceps aguntur non alios testes haberent, quam quibus illa tuto committi possent. Verens autem Iphigenia

ne Pylades, salute impetrata, negligat perferre epistolam, iurato eum affirmare vult, se litteras Argis redditurum esse ei ad quem sint scriptae. Paciscitur cum ea Orestes, ut ipsa vicissim iuret, curaturam ille ut vivus ex his locis abeat. Metuendum erat enim ne rex id impediturus esset. Itaque Iphigenia, paullum tacita secum hoc recordata, effecturam spondet. Iurant igitur ambo: sed Pylades, ut virum prudentem decebat, videns naufragio perire posse epistolam, hoc ut sibi sine fraude sit postulat. Eo fit, ut Iphigenia, cuius plurimum interest ne sibi nuncii Argos mittendi opportunitas pereat, recitare quae scripta sint in tabellis constituat, ut, si illae intereant, ore referre Pylades quod inerat possit. Hoc simplici et ex re ipsa quasi sponte nato invento illud consequutus est Euripides, ut, quo minus Iphigenia suspicatur fratrem, ad quem scripsit epistolam, coram adstare et ista praesentem audire, eo vehementius quum Orestes commoveatur, tum spectatores hac fortunae conversionis mutatione trepident. Ubi Oresti Agamemnonis filio sororem Iphigeniam non mortuam, sed viventem scribere ille audivit, perculsus vehementissime, u b i e s t i l l a? a n m o r t u a r e v i x i t? exclamat. Illa vero ignara, cur hoc quaerat, h a e c q u a m v i d e s, inquit: n e m e i n t e r p e l l a. Quum pergit scripta recitare, iterum illo iterumque exclamante quum quaerit quid in re aliena deos appellet, iam omnia penitus audire cupiens Orestes, n i h i l e s t, inquit: a l i u d m i h i e r a t i n m e n t e. Audita tota epistola exsultans Pylades quod tam facile exsequi possit mandata, amico, nomine eum appellans, sororis reddit litteras. Ille accipit, perfususque gaudio amplecti vult sororem: quae stu-

pens re incredibili retro cedit, dubitans, mirans, requirens documenta: quae ille quum minime dubia memoravit, tum vero amplectitur ipsa, ingentemque in laetitiam effusa modo insperatum gaudium, modo pristina sua mala, modo periculum ex quo servata est mactandi carissimi fratris, sedatius interloquente fratre, persequitur. Monente tandem Pylade, tempus esse abstinere ab laetitiae et amoris testificationibus, curareque ut salvi e barbaris evadant, non ante se obsequuturam dicit Iphigenia, quam de Electra caeterisque qui sibi cari sint facta sit certior. Id sicuti naturae animi humani consentaneum, ita ad reliquam partem fabulae necessarium est. Postquam enim Orestes de se, suisque laboribus, et quomodo quaque caussa Apollinis iussu hic adsit exposuit, Iphigenia et deae iram verita, si signum eius prodat, et sibi mortem a Thoante metuens, rationem quaerit, qua Orestes ipsam simul cum statua deae hinc possit abducere. Varia frustra proponente Oreste denique ipsa dolum comminiscitur, ut simulacrum quasi a parricida contaminatum arcanis sacris in mari purgatura in navem imponat, ipsaque cum Oreste et Pylade aufugiat. Id igitur, silentium promittente choro, constituunt. Quae omnia et probabiliter inventa et verbis sententiisque aptissime exornata esse non est quod explicate demonstremus. Quod si forte quis putet, Iphigeniae, ubi Pyladem videt litteras amico tradere, eumque ut fratrem eius salutare, id suspectum videri debuisse, quasi confictum ex tempore, quo parcere eam velit vitae eius quem fratrem suum esse audiat: facile vel paullum ea de re cogitanti appareat necesse est ne in mentem quidem hoc venire Iphigeniae potuisse. Nam non solum plane

incredibilis illa temeritas atque audacia esset, si Pylades, statim computato tempore, quod ab Aulidensi sacrificio effluxisset, infantem tunc fuisse Orestem et proinde vix a facie notum Iphigeniae esse posse perspexisset, eaque re ad fraudem faciendam uteretur; sed etiam Orestem tam infortunatum, tam vitae satiatum, tam generose se potius quam amicum morti tradere paratum vidit Iphigenia, ut alia omnia potius quam istiusmodi astutiam et fallaciam possit suspicari.

Finito hoc actu chorus carmen canit, cuius summa bene rei convenit: sed hoc quoque canticum poeta nimia ubertate inutilium verborum instruxit. Desiderium suum patriae declarant hae mulieres, ex qua bello captae huc venerunt, beatam praedicantes redituram illuc Iphigeniam, optantesque ut reverti sibi quoque ad illa loca liceat, in quibus olim virgines saltando inter se ac vestium nitore comarumque ornatu certaverint.

Graeca tragoedia non eam est legem sequuta, quam sibi multi recentiorum tragicorum, non poesi animos suaviter afficere, sed exspectationem theatri in exitum rerum intentam explere volentes scripserunt, ut ea quae maximam vim ad commovendos spectatores haberent differrent usque ad ipsum finem tragoediae, subitaque solutione nodi abrupto filo auditores quasi attonitos destituerent. Hinc in hac quoque Euripidis tragoedia, ut in plerisque veterum, remissior est motus animorum in posteriore parte fabulae, qua confecto quod summum erat res denique plene ad exitum perducitur. Potissimum erat agnitio fratris et sororis, ex qua et salus Orestis et statuae ablatio pendebat, cui coniunctissimus est etiam Iphigeniae in patriam reditus. Sed postquam

sunt agniti, etiam quomodo ablatum esset simulacrum ipsique salvi evasissent erat declarandum. Itaque primo quem inter se composuerant dolum perfici videmus, callide Iphigenia persuadente Thoanti de arcana lustratione statuae. Cuiusmodi artibus quum valde delectarentur Graeci, cupide haec spectata esse credibile est. Quae quoniam fiunt, ut impleatur oraculum Apollinis, chorus sanctissimi illius oraculi memoriam a prima eius origine persequitur. Mox satellitum unus, qui captivis custos additus erat, relictus ab Iphigenia procul a mari, adest regem quaerens, quem chorus negat in templo esse, quo Iphigeniae, dum eum nuncius alibi quaerat, plus spatii ad fugam sit. Decipi se sentiens ille, ipse pultat fores templi, egressoque regi quomodo illi clam cum Iphigenia et simulacro deae aufugere voluerint, quomodo impediti fuerint, quomodo nunc navi fluctibus ad littus repulsa inter scopulos haereant exponit. Itaque rex illuc et equites et naves mitti iubet, ut capiat profugos et ad supplicium trahat. Apertum est, hunc dignum vindice nodum esse, ut recte intersit deus. Nam quid faceret poeta? Num introduceret nuncium, qui fugisse illos cum Iphigenia et simulacro deae referret? At is turpis rei exitus ac potius nullus fuisset. Neque enim Thoas non potuisset vindictam parare et bello petere raptam statuam. Id vero famae repugnabat, quae nulla de bello ob illum raptum suscepto exstabat. An capti qui fugerant ad regem reducerentur? Ita vero et fugae inventum inane erat, potuerantque capi antequam fugerent, et capti puniri debebant. Itaque ne sic quidem is qui debebat exitus facti esset consequutus. Omnibus igitur modis quum ne-

cessaria esset dei interventio, sapienter poeta rem sic instituit, ut eo ipso momento, quo summum fugientibus periculum imminet, Minerva de caelo veniat, reprimens iustam iram Thoantis, fataque exponens signum Dianae in Graeciam deportari volentia, poscensque ut et Orestes atque Iphigenia et post eos captivae mulieres illaesae in patriam revertantur. Sic neque a Thoante, viro pio nec deorum irreverente, quidquam impedimenti relinquitur, neque illorum, qui oraculum Apollinis impleverunt, aut fortuna incerta manet, aut fallacia coniuncta esse cum perfidia atque impietate videtur. Deo autem quum opus esset, etsi prae omnibus vel Diana, cuius sacra in Graeciam transferrentur, vel Apollo, cuius iussa statua esset ablata, in mentem venire poetae debebant, tamen ille Minervam praetulit, ut deam tutelarem Athenarum, quarum in ditione situs esset locus ille, qui recepturus esset signum Dianae Tauricae. Quod nisi in agrum Atheniensem transferri signum illud oportuisset, non apte introduxisset Minervam: nunc loco illo opportunitatem praebente praeferenda caeteris erat ea dea, quam ut suae civitatis praesidem Athenienses colebant.

Aliam viam ingressus est Goethius. Is haec duo videtur proposita habuisse, ut exspectationem usque ad finem fabulae vehementer suspensam teneret, vigente etiam in postrema parte motu animorum; et ut summae virtutis exempla in hominibus sexu, aetate, munere diversis exhiberet. Itaque quum, ut supra dictum est, Arcas, administer et amicus Thoantis, vir gravis et prudens, monens Iphigeniam ut connubium petenti regi tandem obsequatur, repulsam tulisset, rex ipse ubi petitor qua

decorum erat dignitate venit, urgeri se videns Iphigenia, primum genere suo aperiendo deterrere eum conatur: quod ubi frustra esse videt, vitam Dianae dicatam praetendit. Tum rex aegre ferens repulsam, filii in bello interitum intermissioni sacrificiorum, quibus Iphigeniae humanitas obstiterit, tribuens, duos captivos missurum se dicit, quos antiquo more mactari iubeat. Postquam abiit rex, Iphigenia eximio carmine orat Dianam, ut ab se avertat homines immolandi necessitatem: cuiusmodi alia quoque carmina, quibus quartus actus incipit et finitur, instar eorum sunt canticorum, quae in Graeca tragoedia chorus canit.

In secundo actu prodeunt in scenam Orestes et Pylades, non, ut apud Euripidem, statuae auferendae opportunitatem circumspicientes, sed Orestes de salute desperans, Pylades non abiiciens spem, ac potius vel audendum aliquid vel dolo tentandum censens. Haec scena etsi non multum promovet, tamen inventione et sententiis praeclara est, egregieque ingenia et mores utriusque iuvenis declarat. Illud tamen non video quomodo defendi possit, quod homines captivi, manus catenis vincti, sine custodibus adsunt, liberamque veniendi abeundique potestatem habent. Adveniente Iphigenia secedere Pylades Orestem iubet. Pyladem catenis liberat Iphigenia, sentiens popularem suum esse: vicissimque ille, Graecae vocis sono praeter opinionem gavisus, quaerit, quae sit. Satis illa esse dicente, si sacerdotem esse accipiat, ipsum edisserere quis et unde sociusque eius venerint iubet. Ille Cretenses esse refert, Adrasti filios, se Cephalum, illum Laodamantem, quem fratre occiso a Furiarum persequutionibus requiem in templo Dianae inventurum Apollo sit vaticinatus. Aperte in his Ho-

merum imitatus est Goethius, sed plane id sine caussa, eoque non recte fecit. Nam neque cur celet vera Pylades quidquam inveniri potest, et, si ista sunt celanda, cur simillima iis quae celat refert? Ignota enim mulier utrum Laodamantem Cretensem occiso fratre, an Argivum Orestem propter interfectionem matris a Furiis agitari audiat, perinde est, nec quidquam differt. Multo igitur consideratius aptiusque Euripides, apud quem Orestes celat genus suum, quia pudet, quod Agamemnonis summi Graecorum ducis filius non in bello honesta morte, sed captivus a barbaris turpi sacrificio ut hostia cadat. Caetera in illa scena, quibus Iphigenia patris interitum ab uxore propter interfectam Aulide Iphigeniam cognoscit, egregia sunt: pariterque hoc, quod quum his auditis illa prae dolore caput veste tegens abiit, aliquid spei ex eius commotione affulget Pyladae.

Magis etiam eminet tertii actus prima scena, in qua amplius de gente sua ex Oreste sciscitanti Iphigeniae ad singula sic ille respondet, ut vehementissime inter gaudium et horrorem fluctuent animi audientium. Sed quod Orestis dira sorte accepta nondum sciens ipsum illum qui haec referat Orestem esse, simili in malo hunc hospitem versari dicit Iphigenia, ille autem, indignatus quod ficta narraverit Pylades, se esse Orestem profitetur, id ego quidem et quae deinceps sequuntur, etsi orationis et sententiarum gravitatem valde admiror, tamen minime probem aut laudem. Primum enim commentum illud Pyladae, quod et sine caussa et parum apte inventum esse supra diximus, propterea insertum esse apparet, ut in pari caussa fictum illum

Laodamantem esse opinata Iphigenia confessionem qui sit ab Oreste eliciat. At ea parum sufficiens caussa est. Nam neque celatum velle nomen suum Orestem usquam indicatum est, neque ingenui mores eius animusque ad extrema patienda paratus dubitari sinunt, quin commoveri sentiens Iphigeniam malis Orestis ultro se eum esse dicturus fuerit. Deinde quum ille edito nomine suo ferocius mortem expetens paullum secessit, Iphigenia, quam attonitam stare ac tum vehementissimo gaudii impetu corripi exspectamus, multo quam veri simile est tranquilliore oratione ob expletam spem suam diis gratias agit. Quae etsi monita erat a Pylade, ut Furiarum accessionibus obnoxium socium suum caute et leniter tractaret, tamen ad primam auditionem nominis id oblivisci, praesertim secedente illo, debebat, deinde autem secum recordari, seque ipsa monere, ut parcat misero, nec statim et improvide se sororem, quam mortuam putet, esse prodat. Non satis est enim facere id illam, sed etiam cur faciat quod contra naturam est patere debet spectatoribus. Igitur ubi rursum accessit Orestes vehementer animo perturbatus, dum paullatim Iphigenia quae ipsa sit aperit, magis ille magisque agitatur neque credens neque non credens, ut neque insanire eum, nec tamen procul ab insania abesse appareat, usque dum confectus illis animi motibus collabitur. Haec etsi docte periteque et inventa sunt et verbis aptissime declarata: tamen his factis periit vis illa quam agnitio in Euripidis fabula habet. Nam apud Goethium Orestes sororem simul et agnoscit et non agnoscit. Licetque hoc quoque in exemplo animadvertere, quod multis in veterum tragoediis, primum auctorem, qui argumentum maxima simpli-

citate et convenientissime naturae exposuit, superiorem esse iis, qui post eum, quoniam planissima atque optima sibi praerepta videbant, minus probabilia excogitare cogebantur. Hinc etiam quae sequuntur duae scenae, licet dictis sententiisque admirabiles sint, ad cursum actionis non multum conferunt, sed necessariae sunt propter praegressa. Nam in prima earum expergiscens ex animi deliquio Orestes apud inferos esse sibi videtur, in altera autem liberatum se a Furiis esse sentiens non agnoscit sororem, sed ut de agnita iam loquitur.

In quarti actus initio anxie sollicitam videmus Iphigeniam de sorte Orestis et Pyladis suique cuiusdam mendacii conscientia turbatam. Id secus factum est, quam antiquus poeta facturus erat. Is curavisset, ut aut scirent iam spectatores aut nunc cognoscerent quid istud esset mendacii. Nam etiam si non diceret Iphigenia quid mox fingere vellet, tamen suggestum aliquid doli sibi a Pylade esse indicare debebat. Nunc id demum ex eius cum Areade colloquio cognoscimus, cui eadem, quae apud Euripidem de purgando in mari simulacro Dianae exponit. Illud vero aptissime institutum, ut Arcas iterum Iphigeniam et de connubio cum Thoante et de clementia atque humanitate, qua ille semper erga eam usus sit, admoneat. Quo illa, quum abiit Arcas, magis angitur doli quem parat turpitudine. Venit deinde Pylades, cui ablaturo statuam, rogantique an nunciaverit regi quod suasisset, haesitans Iphigenia, fecisse se id quidem respondet, sed exspectandum esse responsum regis, priusquam sacra quae finxerit peragantur. Aucta ita rei difficultate quid porro faciendum sit docet Pylades, dubitantemque et ancipitem

inter periculum hospitum et turpitudinem mendacii propemodum ad suam perducit sententiam. Ita animo in diversa distracto reputans impietatem in deam, si simulacrum eius abripi patiatur, ingrataeque mentis opprobium, si regem optime de se meritum fallat, auxilium deorum implorat, Parcarum recordata carmen, quod cecinerint Tantali posterorum ex aurea inter deos sede expulsi poenas praesagientes.

Eximie finito quarto actu quinti primae duae scenae parum necessariae videntur, quarum in prima Arcas regi nunciat suspectos fugae esse hospites, rex autem insidias iis locari iubet; in altera rex solus iram suam in Iphigeniam prodit. Sequitur deinde colloquium Iphigeniae cum rege, egregium illud quidem, sed hoc neque ex Graecorum consuetudine, neque ad legem artis poeticae factum, quod quaerente rege qui sint hospites illi, trepidans Iphigenia titubante voce esse eos, videri, putare se Graecos esse dicit. Est haec quidem imitatio naturae, sed non omnia imitari decet poetam, quem oportet quae vulgaria et humilia sunt, in quibus est haesitatio vocis et revocatio atque correctio, decentiorem et graviorem in forman redigere. Mox confirmato consilio, mendacii conscientiam verita, fiduciamque habens magno regis animo, ingenue fatetur qui sint hospites: inclinanteque rege ad dignum generoso viro consilium, armatus adest Orestes: sed ferro cernere paratos gravibus monitis retinet Iphigenia: advenientibusque etiam Pylade et Arcade armatis, dum utriusque copiae inter se pugnant, rex pariterque Orestes cessare pugnam iubent, quamdiu duces colloquantur. Rogatus igitur Orestes an sit ille filius Agamemnonis, ubi id se pugnando cum

fortissimo Scytharum comprobaturum dixit ea lege ut, si vincat, abrogentur hospitum immolationes, rexque ipse cum eo dimicaturus est, pacare eos conatur utrique metuens Iphigenia: sed rex, etiam si ille verus Orestes sit, tamen armis decernendum contendit, quia simulacrum deae rapturi venerint hospites. Tum vero solvit nodum Orestes, intelligens iam mentem oraculi, quod sororem non Apollinis sed Orestis abduci iusserit: itaque statuam missam faciens sola cum Iphigenia ut sibi domum abire liceat postulat, oranteque simul ipsa quoque Iphigenia rex abite igitur inquit. Quem aegre nec sine indignatione consentire videns Iphigenia enixe orat ut se non inimica mente dimittat. Cedens ille precibus valete dicit. In hac scena, quae plena motus est, dictorumqne gravitate et luminibus sententiarum egregia, tamen illud postremum valete vehementer laedit animum audientis, quod nec Graecae tragoediae consuetudini, neque omnino legi artis poeticae convenit. Finem enim poematis talem esse convenit, praesertim in tragoedia, ut composito motu requiescat animus, nec violenter repressa reticeantur, quae eloqui poetam oportebat. Quae ille si non eloquitur, quid aliud quam imperfectam relinquit et fine destitutam tragoediam? Graecus poeta non illud aegre extortum valete posuisset, sed Thoantem fecisset sic, ut virum magnanimum decebat, aliquot versibus dicentem, se, quamvis invitus dimittat Iphigeniam, tamen, fatis deorumque voluntati cedentem, bonis cum votis et ipsam et quem invenisset fratrem domum iubere revertere.

Reliquum est, ut etiam in mythologiae nebulosas regiones paullum exspatiemur, ne hanc partem

interpretationis qua mirifice hoc seculum delectatur, plane videamur neglexisse. Quamquam, ut dicam quod sentio, ad Euripidis fabulam recte intelligendam non opus videtur quaeri, quam originem illa de Iphigenia apud Tauros fama habeat, praesertim quum ne proficiamus quidem multum ea quaerendo, quae inveniri posse haud valde credibile sit. Attigerunt haec multi, quos memoravit Baehrius ad Herodotum IV. 103. praetermissis tamen, quae ab Lobeckio ad hanc rem pertinentia in Aglaophamo p. 500. 628. et praecipue p. 1214. sunt allata. Nuper multa quae ad hanc rem pertinent profudit F. G. Schneidewinus in dissertatione de Diana Phacelitide et Oreste apud Rheginos et Siculos, edita Gottingae a. 1832. Consideratius quam alii plerique C. O. Müllerus in Orchomeno p. 310. seqq. Lemni quaerenda censet fabulae illius primordia, ubi humanas victimas Marti antiquitus immolatas esse ex Fulgentio in nefrendes sues p. 770. et virgines sacrificatas magnae deae ex Stephano Byzantino constet. Vereor tamen ne Müllerus quoque mythologorum more finxerit, quae non fuerunt, Tauriam nescio quam, quae sit Lemnus, Taurosque, populum Lemniensem, quorum rex Thoas fuerit. Quae ille collegit ex eo, quod Hyginus fab. XV. Thoantem, quem filia Hypsipyla in navem imposuerit, in Tauricam tempestate delatum scripsit. Quin Dissenio in explicatione Pindari Isthm. IV. p. 511. seq. ed. Boeckh. persuasit Welckerus, Lemniam deam eamdem esse cum Thia et Chryse. Non invideo credentibus. Antiquissima, cuius memoriam accepimus, sacrorum illorum sedes Brauron Atticae videtur fuisse, sacraque ipsa Pelasgica. Pelasgi enim, ut refert praeter alios au-

ctores Herodotus VI. p. 137. seqq. ex Attica eiecti Lemnum tenuerunt, unde vindictae caussa rapuerunt feminas Atticas Braurone festum Dianae celebrantes. Eadem paullo aliter narrat Plutarchus in Quaestionibus Graecis c. 21. p. 296. B. et de Virtutibus mulierum c. 8. p. 247. D. E. ubi de Pelasgis Cretam profectis sic scribit: *ὁρμισθεῖσιν οὖν πρὸς τῇ λεγομένῃ Χεῤῥονήσῳ θόρυβοι πανικοὶ προςέπεσον νύκτωρ· ὑφ' ὧν διαπτοηθέντες ἐνεπήδησαν εἰς τὰς ναῦς ἀκόσμως, ἀπολιπόντες ἐν τῇ γῇ ξόανον τῆς Ἀρτέμιδος, ὃ πατρῷον ἦν αὐτοῖς εἰς Λῆμνον ἐκ Βραυρῶνος κομισθέν, ἐκ δὲ Λήμνου πανταχοῦ συμπεριαγόμενον.* Multa fuit huius simulacri fama. Pausanias I. 23, 7. *καὶ Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστι Βραυρωνίας, Πραξιτέλους μὲν τέχνη τὸ ἄγαλμα, τῇ θεῷ δ' ἐστὶν ἀπὸ Βραυρῶνος δήμου τὸ ὄνομα. καὶ τὸ ἀρχαῖον ξόανόν ἐστιν ἐν Βραυρῶνι, Ἄρτεμις, ὡς λέγουσιν, ἡ Ταυρική.* Et c. 33, 1. *Μαραθῶνος δὲ ἀπέχει τῇ μὲν Βραυρών, ἔνθα Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος ἐκ Ταύρων φεύγουσαν τὸ ἄγαλμα ἀγομένην τῆς Ἀρτέμιδος ἀποβῆναι λέγουσιν, καταλιποῦσαν δὲ τὸ ἄγαλμα ταύτῃ καὶ εἰς Ἀθήνας καὶ ὕστερον εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι. ξόανον μὲν δὴ καὶ αὐτόθι ἐστὶν Ἀρτέμιδος ἀρχαῖον· τὸ δὲ ἐκ τῶν βαρβάρων οἵτινες κατὰ γνώμην ἔχουσι τὴν ἐμήν, ἐν ἑτέρῳ λόγῳ δηλώσω.* Id fecit III. 16, 7. his verbis: *τὸ δὲ χωρίον τὸ ἐπονομαζόμενον Λιμναῖον Ὀρθίας ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος. τὸ δὲ ξόανον ἐκεῖνο εἶναι λέγουσιν, ὅ ποτε Ὀρέστης καὶ Ἰφιγένεια ἐκ τῆς Ταυρικῆς ἐκκλέπτουσιν· ἐς δὲ τὴν σφετέραν Λακεδαιμόνιοι κομισθῆναί φασιν Ὀρέστου καὶ ἐνταῦθα βασιλεύοντος. καί μοι εἰκότα λέγειν μᾶλλόν τι δοκοῦσιν ἢ Ἀθηναῖοι. ποίῳ γὰρ δὴ λόγῳ κατέλιπεν ἂν ἐν Βραυρῶνι Ἰφιγένεια τὸ ἄγαλμα; ἢ πῶς,*

ἡνίκα Ἀθηναῖοι τὴν χώραν ἐκλιπεῖν παρεσκευάσαντο, οὐκ ἐςέθεντο καὶ τοῦτο ἐς τὰς ναῦς; καίτοι διαμεμένηκεν ἔτι καὶ νῦν τηλικοῦτον ὄνομα τῇ Ταυρικῇ θεῷ, ὥςτε ἀμφιςβητοῦσι μὲν Καππάδοκες καὶ οἱ τὸν Εὔξεινον οἰκοῦντες τὸ ἄγαλμα εἶναι παρὰ σφίσιν, ἀμφιςβητοῦσι δὲ καὶ Λυδῶν οἷς ἐστὶν Ἀρτέμιδος ἱερὸν Ἀναΐτιδος. **(De hoc nomine multa Creuzerus Comm. Herodot. I. p. 247. seq.)** Ἀθηναίοις δὲ παρώφθη γενόμενον λάφυρον τῷ Μήδῳ· τὸ γὰρ ἐκ Βραυρῶνος ἐκομίσθη τε ἐς Σοῦσα, καὶ ὕστερον Σελεύκου δόντος Σύριοι Λαοδικεῖς ἐφ' ἡμῶν ἔχουσι. μαρτύρια δέ μοι καὶ τάδε τὴν ἐν Λακεδαίμονι Ὀρθίαν τὸ ἐκ τῶν βαρβάρων εἶναι ξόανον· τοῦτο μὲν γὰρ Ἀστράβακος καὶ Ἀλώπεκος οἱ Ἴρβου τοῦ Ἀμφισθένους τοῦ Ἀμφικλέους τοῦ Ἄγιδος τὸ ἄγαλμα εὑρόντες αὐτίκα παρεφρόνησαν· τοῦτο δέ, οἱ Λιμνᾶται Σπαρτιατῶν καὶ Κυνοσουρεῖς καὶ ἐκ Μεσόας τε καὶ Πιτάνης θύοντες τῇ Ἀρτέμιδι, ἐς διαφοράν, ἀπὸ δὲ αὐτῆς καὶ ἐς φόνους προήχθησαν, ἀποθανόντων δὲ ἐπὶ τῷ βωμῷ πολλῶν νόσος ἔφθειρε τοὺς λοιπούς. καί σφισιν ἐπὶ τούτῳ γίνεται λόγιον αἵματι ἀνθρώπων τὸν βωμὸν αἱμάσσειν· θυομένου δὲ ὅντινα ὁ κλῆρος ἐπελάμβανε, Λυκοῦργος μετέβαλεν ἐς τὰς ἐπὶ τοῖς ἐφήβοις μάστιγας, ἐμπίμπλαταί τε οὕτως ἀνθρώπων αἵματι ὁ βωμός. ἡ δὲ ἱέρεια τό ξόανον ἔχουσά σφισιν ἐφέστηκε. τὸ δέ ἐστιν ἄλλως μὲν κοῦφον ὑπὸ σμικρότητος, ἢν δὲ οἱ μαστιγοῦντές ποτε ὑποφειδόμενοι παίωσι κατὰ ἐφήβου κάλλος ἢ ἀξίωμα, τότε ἤδη τῇ γυναικὶ τὸ ξόανον γίνεται βαρὺ καὶ οὐκέτι εὔφορον· ἡ δὲ ἐν αἰτίᾳ τοὺς μαστιγοῦντας ποιεῖται καὶ πιέζεσθαι δι' αὐτούς φησιν. οὕτω τῷ ἀγάλματι ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Ταυρικῇ θυσιῶν ἐμμεμένηκεν ἀνθρώπων αἵματι ἥδεσθαι. καλοῦσι δὲ οὐκ

Ὀρθίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ Λυγοδέσμαν τὴν αὐτήν, ὅτι ἐν θάμνῳ λύγων εὑρέθη, περιειληθεῖσα δὲ ἡ λύγος ἐποίησε τὸ ἄγαλμα ὀρθόν. Elucet ex hac hominis superstitiosi disputatione quod in his verum est, deam illam antiquitus placatam esse victimis humanis, quam feritatem postea Graecos emollitis moribus sic abrogasse, ut umbra tamen quaedam veteris ritus maneret. Quin fuit etiam fama ipsorum opinor Brauroniorum, apud se, non Aulide, mactatam esse Iphigeniam. Id compertum habemus ex scholiasta Aristophanis ad Lysistratae v. 645. qui testimonium affert Euphorionis:

ἀγχίαλον Βραυρῶνα, κενήριον Ἰφιγενείης·

quem versum suum fecit Nonnus XIII. 186. Similis est ratio, qua Halis cultam Dianam docet Euripides v. 1419. seqq. Culta est autem haec dea Pelasgica a Graecis pro Diana. Si excerptis ex Stephano Byzantino fides, Lemno ei nomen fuit illa in insula: *Λῆμνος, νῆσος πρὸς τῇ Θρᾴκῃ, — ἀπὸ τῆς μεγάλης λεγομένης θεοῦ, ἣν Λῆμνόν φασιν. ταύτῃ δὲ καὶ παρθένους ἔθυον.* Apud Aristophanem in Lemniis *μεγάλη θεός*, non posito nomine proprio, appellata videtur. Photius: *μεγάλην θεόν. Ἀριστοφάνης ἐν Λημνίαις, ἴσως τὴν Βένδιν. Θρᾳκία γάρ.* Hesychius: *μεγάλη θεός. Ἀριστοφάνης ἔφη τὴν Βένδιν. Θρᾳκία γὰρ ἡ θεός.* De his videndus Lobeckius in Aglaophamo p. 1214. Eidem deae cognomen fuit *Ἰφιγένεια*, simili potestate ut *μεγάλη θεός*. Atque hoc quoque indicium esse videtur originis Pelasgicae, si verum est quod refert Herodotus II. 52. nomina deorum apud Pelasgos fuisse nulla, iusto ille tamen longius progressus, quum etiam cognomina addidit, sic scribens: *ἐπωνυμίην δὲ οὐδ' οὔνομα ἐποιεῦντο οὐδενὶ αὐτῶν.* Qui enim inter se distincti

essent, nisi per cognomina naturam et potestatem significantia? Testis de Ἰφιγενείας appellatione est idem ille Herodotus IV. 103. *Ταῦροι μὲν νόμοισι τοιοισίδε χρέωνται· θύουσι μὲν τῇ παρθένῳ τοὺς ναυηγοὺς καὶ τοὺς ἂν λάβωσι Ἑλλήνων ἐπαναχθέντας τρόπῳ τοιῷδε· καταρξάμενοι, ῥοπάλῳ παίουσι τὴν κεφαλήν· οἱ μὲν δὴ λέγουσι, ὡς τὸ σῶμα ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ διωθέουσι κάτω· ἐπὶ γὰρ κρημνοῦ ἵδρυται τὸ ἱρόν· τὴν δὲ κεφαλὴν ἀνασταυροῦσι· οἱ δὲ κατὰ μὲν τὴν κεφαλὴν ὁμολογέουσι, τὸ μέντοι σῶμα οὐκ ὠθέεσθαι ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ λέγουσι, ἀλλὰ γῇ κρύπτεσθαι. τὴν δὲ δαίμονα ταύτην τῇ θύουσι λέγουσι αὐτοὶ Ταῦροι Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος εἶναι.* Respexit haec Pausanias I. 43, 1. Nimirum Agamemnonis filia, quod nomen idem habebat, confusa est cum dea Ἰφιγενείᾳ. Credita est autem Diana esse. Et eo cognomine culta Diana est ab Hermionensibus, de quibus Pausanias II. 35, 1. *καὶ Ἀρτέμιδος ἐπίκλησιν Ἰφιγενείας ἐστὶν ἱερόν.* Luculentum confusionis documentum praebent quae idem VII. 26, 2. de Aegira urbe Achaiae refert: *Ἀρτέμιδός τε ναὸς καὶ ἄγαλμα τέχνης τῆς ἐφ' ἡμῶν· ἱερᾶται δὲ παρθένος, ἔστ' ἂν ἐς ὥραν ἀφίκηται γάμου. ἕστηκε δὲ καὶ ἄγαλμα ἐνταῦθα ἀρχαῖον, Ἰφιγένεια ἡ Ἀγαμέμνονος, ὡς οἱ Αἰγειρᾶταί φασιν· εἰ δὲ ἀληθῆ λέγουσιν οὗτοι, δῆλός ἐστιν ἐξ ἀρχῆς Ἰφιγενείᾳ ποιηθεὶς ὁ ναός.* Graeca credulitate perperam ratiocinatur. Et statua illa erat Iphigeniae, et templum antiquum: sed posteriores Agamemnonis filiae esse crediderunt, deam illam Dianam appellantes. Eodem modo confusa est Agamemnonis filia cum Hecata. Pausanias de Megarensibus I. 43, 1. *λέγουσι δὲ εἶναι καὶ Ἰφιγενείας ἡρῷον· ἀποθανεῖν γὰρ καὶ ταύτην ἐν*

Μεγάροις. ἐγὼ δὲ ἤκουσα μὲν καὶ ἄλλον ἐς Ἰφιγένειαν λόγον ὑπὸ Ἀρκάδων λεγόμενον, οἶδα δὲ Ἡσίοδον ποιήσαντα ἐν καταλόγῳ γυναικῶν Ἰφιγένειαν οὐκ ἀποθανεῖν, γνώμῃ δὲ Ἀρτέμιδος Ἑκάτην εἶναι. Illa igitur antiqua Pelasgorum dea, quam modo magnam deam, modo Iphigeniam appellabant, quum propter potentiam, ut videtur, vel stans super tauro vel tauro insidens fingeretur, de quibus imaginibus dixit Spanhemius ad Callimachi h. Dian. 113. 187., dicta est etiam *ταυροπόλος*, sacraque eius *ταυροπόλια*. Huius appellationis ineptam originem excogitavit Euripides v. 1425. alia scholiastae hariolati sunt ad Sophoclis Aiacem v. 172. unde hausisse videtur Suidas in *Ταυριώνη*, quod aliud eiusdem deae cognomen est. Quumque Tauri quoque, reliquiae Cimmeriorum a Scythis pulsorum, chersonesum Tauricam habitantes, de quibus scripsit Herodotus IV. 1. 11. 12. 99. advenas et naufragos suae cuidam deae sacrificare perhiberentur, veri simile est, hoc ipsum gentis illius nomen occasionem praebuisse confundendis deae tauropolae et Taurici illius numinis sacris, praesertim quum sic illa homines immolandi immanitas in barbaros posset coniici. Hinc etiam Iphigeniam, sive Agamemnonis et Clytaemnestrae, sive, ut ex Nicandri *ἑτεροιουμένων* libro quarto Antoninus Liberalis fab. XXVII. refert, Thesei et Helenae filiam, quum esset confusa cum dea Iphigenia, ex Aulide in Tauricam dixerunt esse translatam. De ea sic scribit Antoninus: *Ἄρτεμις δὲ ἀντὶ τῆς Ἰφιγενείας παρὰ τὸν βωμὸν ἔφηνε μόσχον, αὐτὴν δὲ προσωτάτω τῆς Ἑλλάδος ἀπήνεγκεν εἰς τὸν Εὔξεινον λεγόμενον πόντον παρὰ Θόαντα τὸν Βορυσθένους παῖδα· καὶ τὸ μὲν ἔθνος ἐκεῖνο τῶν νομάδων ἐκάλεσε Ταύρους, ἐπεὶ*

ἀντὶ τῆς Ἰφιγενείας παρὰ τὸν βωμὸν ἔφηνε ταῦρον, αὐτὴν δὲ ταυροπόλον. κατὰ δὲ χρόνον ἱκνούμενον ἀπῴκισε τὴν Ἰφιγένειαν εἰς τὴν Λευκὴν λεγομένην παρὰ τὸν Ἀχιλλέα, καὶ ἀλλάξασα ἐποίησεν αὐτὴν ἀγήρων καὶ ἀθάνατον δαίμονα, καὶ ὠνόμασεν ἀντὶ τῆς Ἰφιγενείας Ὀρειλοχίαν. ἐγένετο δὲ Ἀχιλλεῖ σύνοικος. Ab Theseo et Helena genitam esse Iphigeniam etiam alii scriptores tradiderunt commemorati a Meinekio ad Euphorionem p. 133. seq. Euphorionis versus apud Etym. p. 480, 18. sic scribendi:

οὕνεκα δή μιν
ἶφι βιησαμένῳ Ἑλένη ὑπεγείνατο Θησεῖ.

Lycophroni *Ἶφις* dicta est v. 824. Similis, ut in Iphigenia, etiam in Thoante diversorum confusio videtur esse facta, quum Hypsipylae patrem Thoantem, quoniam alii quoque illo nomine memorabantur, in navem a filia impositum quidam, quos Hyginus fabula XV. sequutus est, in Tauricam, alii, ut Apollonius Rhodius I. 623. seqq. in insulam Oenoam, quae postea Sicinus est dicta, delatum esse comminiscerentur. Ille certe quem fama ferebat Taurorum rex Thoas non, ut Euripides putabat v. 31.

ὠκὺν πόδα τιθεὶς ἶσον πτεροῖς
εἰς τοὔνομ' ἦλθε τῆς ποδωκείας χάριν,

quod eumdem cum Lemnio esse ratus Aristophanes in Lemniis ridens in contrarium vertit,

ἐνταῦθ' ἐτυράννευσέν ποθ' Ὑψιπύλης πατὴρ
Θόας, βράδιστος τῶν ἐν ἀνθρώποις δραμεῖν,

sed potius ab accelerandis advenarum mactationibus nomen illud videtur accepisse. Nihil istarum rerum omnium Homero notum fuit, apud quem in nono Iliadis v. 144. Agamemno dicit:

τρεῖς δέ μοί εἰσι θύγατρες ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ,
Χρυσόθεμις καὶ Λαοδίκη καὶ Ἰφιάνασσα·

τάων ἥν κ' ἐθέλῃσι φίλην ἀνάεδνον ἀγέσθω
πρὸς οἶκον Πηλῆος.

Falsus est enim Io. Vincentius Westrik in dissertatione de Aeschyli Choephoris deque Electra quum Sophoclis tum Euripidis p. 41. seq. quum mentionem Iphigeniae nullam apud Homerum inveniri putavit. Nam Iphianassa illa non diversa est ab Iphigenia, quam etiam Lucretius I. 86. Iphianassam appellavit. Distincta est Iphigenia ab Iphianassa in carminibus Cypriis, ex quibus illa de Aulidensi sacrificio fama videtur dimanasse: sequutusque est Cypriorum scriptorem Sophocles in Electra 157.

οἵα Χρυσόθεμις ζώει καὶ Ἰφιάνασσα.

Ubi scholiastes: ἢ Ὁμήρῳ ἀκολουθεῖ εἰρηκότι τὰς τρεῖς θυγατέρας τοῦ Ἀγαμέμνονος, ἢ, ὡς ὁ τὰ Κύπρια, τέσσαρας, Ἰφιγένειαν καὶ Ἰφιάνασσαν. Non recte in his Elmsleius τέσσαρας, quod in codice scriptum δ, mutavit in διαφόρους. Scholiastes Euripidis ad Orest. 23. οὗτος ὁ ποιητὴς γ' λέγει θυγατέρας γεννηθῆναι τῷ Ἀγαμέμνονι· ὁ δὲ Σοφοκλῆς ἐν τῷ β' δράματι τέσσαρας μετὰ τῆς Ἰφιανάσσης. Aliud ibi scholiastes commentum affert, Electram prius vocatam esse Iphianassam. Patet haec inventa esse ne Homerus Iphigeniam aut ignorasse aut falso nomine appellasse videretur. Sophoclis interpres erravit in eo, quod Homeri exemplo Iphianassam nominari potuisse credidit. Nam quae vivere Iphianassam dicit, Electra, mactatam esse sciebat Iphigeniam. Monuit hoc iam Rudolphus Henrichsen in commentatione de carminibus Cypriis p. 62. Alio modo ab Homero discessit Euripides, qui hac in fabula solam Iphigeniae Electram sororem esse fecit. Argumentum Euripideae tragoediae enarravit Hyginus fab. CXX. idemque de caussa, ob quam irata Agamemnoni fuerit Diana, scripsit fab. XCVIII. ubi videndi interpretes.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Η ΕΝ ΤΑΥΡΟΙΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ὀρέστης κατὰ χρησμὸν [1]) εἰς Ταύρους τῆς Σκυθίας μετὰ Πυλάδου παραγενόμενος [2]) τὸ παρ' αὐτοῖς τιμώμενον τῆς Ἀρτέμιδος ξόανον ὑφελέσθαι προῃρεῖτο. προελθὼν δ' ἀπὸ τῆς νεὼς καὶ φανείς, ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων [3]) ἅμα τῷ φίλῳ συλληφθεὶς ἀνήχθη κατὰ τὸν παρ' αὐτοῖς ἐθισμόν, ὅπως τοῦ τῆς Ἀρτέμιδος ἱεροῦ σφάγιον γένωνται. τοὺς γὰρ καταπλεύσαντας ξένους ἀπέσφαττον.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Ταύροις τῆς Σκυθίας· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ Ἑλληνίδων γυναικῶν, θεραπαινίδων τῆς Ἰφιγενείας. [4]) προλογίζει δὲ Ἰφιγένεια.

---

[1]) **Sequutus sum in argumento codicem Paris. A. apud Boissonadum. Vulgati post** χρησμὸν **inserunt** ἐλθών.

[2]) **Vulgati** παρακινηθείς.

[3]) **Vulgati** ἐντοπίων.

[4]) **Quae sequuntur, addita ex Par. A.**

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
ΠΥΛΑΔΗΣ.
ΧΟΡΟΣ ΕΛΛΗΝΙΔΩΝ ΓΥΝΑΙΚΩΝ.
ΒΟΥΚΟΛΟΣ.
ΘΟΑΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΑΘΗΝΑ.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Η ΕΝ ΤΑΥΡΟΙΣ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Πέλοψ ὁ Ταντάλειος εἰς Πῖσαν μολὼν
θοαῖσιν ἵπποις Οἰνομάου γαμεῖ κόρην,
ἐξ ἧς Ἀτρεὺς ἔβλαστεν· Ἀτρέως δὲ παῖς
Μενέλαος Ἀγαμέμνων τε· τοῦ δ' ἔφυν ἐγώ,
τῆς Τυνδαρείας θυγατρὸς Ἰφιγένεια παῖς,
ἣν ἀμφὶ δίναις, ἃς θάμ' Εὔριπος πυκναῖς
αὔραις ἑλίσσων κυανέαν ἅλα στρέφει,
ἔσφαξεν Ἑλένης οὕνεχ', ὡς δοκεῖ, πατὴρ
Ἀρτέμιδι κλειναῖς ἐν πτυχαῖσιν Αὐλίδος.
ἐνταῦθα γὰρ δὴ χιλίων ναῶν στόλον
Ἑλληνικὸν συνήγαγ' Ἀγαμέμνων ἄναξ,
τὸν καλλίνικον στέφανον Ἰλίου θέλων
λαβεῖν Ἀχαιούς, τούς θ' ὑβρισθέντας γάμους

V. 1. *Πῖσαν* **recte Dindorfii: nam, si corriperetur prima, ut apud Pindarum, dixisset** *Πίσην*. **Attulit initium fabulae Aristophanes Ran. 1232.**

V. 4. Primus *τοῦ δ' ἔφυν* **pro** *τοῦδ' ἔφυν* **Schaeferus.**

V. 5. Elmsleius non sine veri specie, sed praeter necessitatem et in censura editionis Seidlerianae et fidentius ad Bacch. 181. *παιδὸς* **pro** *θυγατρὸς* **scriptum fuisse censuit.**

V. 8. Par. A. Ald. et ut videtur reliqui codd. *ἔσφαξ'*.

V. 11. Ald. *Ἑλληνικῶν*. **Codd. Par. A. B. Flor. 1.** *Ἑλληνικὸν*.

Ἑλένης μετελθεῖν, Μενέλεῳ χάριν φέρων.
δεινῆς ἀπνοίας πνευμάτων δὲ τυγχάνων,

V. 14. Ald. *Ἑλένης*, Codd. tres Paris. Vict. *Ἑλένῃ*. Flor. 1. 2. *Ἑλένῃ*. Marklandus *Ἑλένην*, cuius mentem non videtur perspexisse Matthiae, quum ei opposuit, quod in exemplis quae attulit, Orest. 413. *ὥς ταχὺ μετῆλθόν σ᾽ αἷμα μητέρος θεαί*, et Cycl. 280. *οἳ μετῆλθετ᾽ ἁρπαγὰς Ἑλένης Ἰλίου πόλιν*, accusativi personae designent eum, a quo commissum fuerit facinus puniendum. Id ipsum enim voluit Marklandus, Helenam dici puniri, quod violasset sanctitatem connubii. *Ἑλένῃ* vero, quod probandum Matthiae censuit, Platonis verba in Apol. Socr. p. 28. C. comparans, *εἰ τιμωρήσεις Πατρόκλῳ τῷ ἑταίρῳ τὸν φόνον*, hac ratione non potest admitti, quia non adulterae, quae volens cum Paride aufugerat, grata futura erat quae de Troianis maximeque ipso adultero sumeretur vindicta. Si esset *Ἑλένῃ* legendum, referri deberet hic dativus ad *ὑβρισθέντας*, ut significaret *ὑφ᾽ Ἑλένης*. Sed omnino aptior est Aldinae scriptura, quia additum est *Μενέλεῳ χάριν φέρων*. Nam Paridem puniri, Helenam autem recuperare volebat Menelaus. *Ἑλένῃ* si legitur, ambiguitatis vitio laborat oratio.

V. 15. Libri, *δεινῆς τ᾽ ἀπλοίας πνευμάτων τ᾽ οὐ τυγχάνων*, quod tueri conato F. Handio in adnotationum ad hanc tragoediam particula prima vereor ne non magis quam Schaefero ad Plutarchum vol. V. p. 289. *δεινῆς τ᾽ ἀπλοίας πνευμάτων οὐ τυγχάνων* corrigenti, quod sibi quoque in mentem venisse ait Handius, ii assentiantur, qui accurate huius loci rationem consideraverint, vimque et usum perspexerint *τε* particulae. Seidlerus: *δεινῆς δ᾽ ἀπλοίας, πνευμάτων δ᾽ οὐ τυγχάνων*. Quod ille sic voluit intelligi ut *τυγχάνων* etiam ad *δεινῆς ἀπλοίας* pertineret. Ita vero argutius opponitur per particulam adversativam *πνευμάτων δ᾽ οὐ τυγχάνων*. Matthiae quod probavit, *δεινῆς δ᾽ ἀπλοίας πνευμάτων τ᾽ οὐ τυγχάνων*, ipse quoque *τυγχάνων* ad utrumque nomen referens, non potuit ita dici, sed necessario etiam in altero membro *δὲ* habere debuit: in quo si *τε* servatur *δεινῆς ἀπλοίας* pro *δεινῆς ἀπλοίας οὔσης* dictum accipi necesse est. Sed ista omnia dura sunt ad constructionem, neque eleganter ad numeros dicta. Scripsit Euripides *δεινῆς ἀπνοίας πνευμάτων δὲ τυγχάνων*. Sophocles Electr. 563.

ἐροῦ δὲ τὴν κυναγὸν Ἄρτεμιν, τίνος
ποινῆς τὰ πολλὰ πνεύματ᾽ ἔσχ᾽ ἐν Αὐλίδι.

Ac nescio an id ipsum quod reposui legerit Eustathius, qui p. 59. extrema sic scripsit: *μάντιν δὲ κακῶν τὸν Κάλχαντα οὐκ ἀμαρτύρως λέγει, ὥς οἱ παλαιοὶ ἐπισημαίνονται, ἀλλὰ διότι καὶ τὸ ἔσεσθαι δεκαετῆ τὸν πόλεμον αὐτὸς ἐν τῇ Αὐλίδι ἐμαντεύσατο, καὶ τὴν τῆς ᾀδομένης δὲ ἀπνοίας τῶν ἀνέμων αἰτίαν αὐτὸς ἐξεῦ-*

εἰς ἔμπυρ' ἦλθε, καὶ λέγει Κάλχας τάδε·
ὦ τῆσδ' ἀνάσσων Ἑλλάδος στρατηγίας
Ἀγάμεμνον, οὐ μὴ ναῦς ἀφορμίσῃ χθονός,
πρὶν ἂν κόρην σὴν Ἰφιγένειαν Ἄρτεμις
λάβῃ σφαγεῖσαν· ὅ τι γὰρ ἐνιαυτὸς τέκοι
κάλλιστον, εὔξω φωσφόρῳ θύσειν θεᾷ.
παῖδ' οὖν ἐν οἴκοις σὴ Κλυταιμνήστρα δάμαρ
τίκτει, τὸ καλλιστεῖον εἰς ἔμ' ἀναφέρων,
ἣν χρή σε θῦσαι. καί μ' Ὀδυσσέως τέχναις
μητρὸς παρείλοντ' ἐπὶ γάμοις Ἀχιλλέως.
ἐλθοῦσα δ' Αὐλίδ' ἡ τάλαιν' ὑπὲρ πυρᾶς
μεταρσία ληφθεῖσ' ἐκαινόμην ξίφει·
ἀλλ' ἐξέκλεψεν ἔλαφον ἀντιδοῦσά μου
Ἄρτεμις Ἀχαιοῖς, διὰ δὲ λαμπρὸν αἰθέρα
πέμψασά μ' εἰς τήνδ' ᾤκισεν Ταύρων χθόνα,
οὗ γῆς ἀνάσσει βαρβάροισι βάρβαρος
Θόας, ὃς ὠκὺν πόδα τιθεὶς ἴσον πτεροῖς
εἰς τοὔνομ' ἦλθε τόδε ποδωκείας χάριν.
ναοῖσι δ' ἐν τοῖσδ' ἱερίαν τίθησί με,
ὅθεν νόμοισι τοῖσιν ἥδεται θεὰ

ρεν, ὅτε ἦσαν οἱ Ἕλληνες ἐκεῖ, καὶ τὴν ἐκεῖθεν δὲ εὔπλοιαν αὐτὸς ἐξιάσατο τῇ σφαγῇ τῆς Ἰφιγενείας τῆς θυγατρὸς τοῦ Ἀγαμέμνονος.

V. 18. Par. A. οὐ μὴν ναῦς ἀφορμίσῃ.

V. 20. Par. A. Ald. et reliqui ut videtur libri λάβοι. Emendarunt Schaeferus et Elmsleius ad Marklandi Suppl. 916.

V. 31. Non coniungenda puto οὗ γῆς, sed γῆς ἀνάσσει βαρβάροισι, quod est γῆς ἄναξ ἐστὶ βαρβάροις.

V. 34. Par. A. ἱέρειαν.

V. 35. Libri: ὅθεν νόμοισι τοῖσιν ἥδεται θεὰ Ἄρτεμις ἑορτῆς. Canterus: ὅθ' ἐννόμοισι τοισίδ', quod Seidlerus propterea reiecit, quod tali modo non diceretur τοισίδε. Non esset hoc miratus Matthiae, si cogitasset non de elisione vocalis loquutum esse Seidlerum, sed τοισίδε negasse sic dici, ut referretur ad sequuturam sententiam, quae, ut hic, per γὰρ adiiceretur. Verum ne Seidleri quidem coniectura probari potest, qui scripsit, ὅθ' ἐν νόμοισι, τοῖσιν ἥδεται θεὰ Ἄρτεμις, ἑορτή, intelligens

Ἄρτεμις ἑορτῆς, τοὔνομ' ἧς καλὸν μόνον·
τὰ δ' ἄλλα σιγῶ, τὴν θεὸν φοβουμένη.
θύω γὰρ ὄντος τοῦ νόμου καὶ πρὶν πόλει,
ὃς ἂν κατέλθῃ τήνδε γῆν Ἕλλην ἀνήρ.
κατάρχομαι μέν, σφάγια δ' ἄλλοισιν μέλει
ἄῤῥητ' ἔσωθεν τῶνδ' ἀνακτόρων θεᾶς.

ἐστί. Recte enim monuit Elmsleius *ὅθι* non esse iamborum: sed ipse quod scribi voluit, *ὅθεν νόμοισι τοιοῖσδ' ἥδεται θεὰ Ἄρτεμις ἑορτῆς*, non magis admitti potest: quique probandum censuit Matthiae, non video quomodo ex illis qui sequuntur versibus colligere potuerit *ὅθεν* eo referendum esse, quod, quum antea iam mos fuerit homines immolari, post Iphigeniae adventum institutum sit, ut Graeci immolarentur. Contrarium enim continent illi versus, ex quibus etiam ante quam sacerdos deae facta erat Iphigenia, Graecos advenas mactatos esse patet. Verissima est librorum scriptura, nec quidquam habet difficultatis, si quis aposiopesin attendat. *Ὅθεν* apertum est ad id referri, quod sacerdos facta est Iphigenia. Itaque dictura erat, hinc se ritu quo dea gauderet sacri, cuius nihil nisi nomen pulcrum esset, crudelissimo et foedissimo immolare humanas victimas: sed eum ritum iis quibus dignus erat verbis describere verita, suspendit orationem, et tacere se metu deae ait: tum quod exorsa erat lenioribus verbis, avertens a se suspicionem crudelitatis, persequitur. Bene monuit Handius, *γὰρ* pertexendae orationi quae interrupta erat inservire: dicturam enim fuisse: *ὅθεν νόμοισι τοῖσιν ἥδεται θεὰ Ἄρτεμις ἑορτῆς, τοὔνομ' ἧς καλὸν μόνον, τὰ δ' ἄλλα σιγῶ τὴν θεὸν φοβουμένη, θύω ὃς ἂν κατέλθῃ τήνδε γῆν Ἕλλην ἀνήρ.* Et profecto satis caussae habebat ut sic loqueretur. Ita enim de isto ritu rettulit Herodotus IV. 103. *τούτων Ταῦροι μὲν νόμοισι τοιοισίδε χρέωνται. θύουσι μὲν τῇ παρθένῳ τούς τε ναυηγοὺς καὶ τοὺς ἂν λάβωσι Ἑλλήνων ἐπαναχθέντας τρόπῳ τοιῷδε· καταρξάμενοι, ῥοπάλῳ παίουσι τὴν κεφαλήν· οἱ μὲν δὴ λέγουσι ὡς τὸ σῶμα ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ διωθέουσι κάτω· ἐπὶ γὰρ κρημνοῦ ἵδρυται τὸ ἱρόν· τὴν δὲ κεφαλὴν ἀνασταυροῦσι· οἱ δὲ τὰ κατὰ μὲν τὴν κέφαλὴν ὁμολογέουσι, τὸ μέντοι σῶμα οὐκ ὠθέεσθαι ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ λέγουσι, ἀλλὰ γῇ κρύπτεσθαι. τὴν δὲ δαίμονα ταύτην τῇ θύουσι λέγουσι αὐτοὶ Ταῦροι Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος εἶναι.* Quod illi dixisse feruntur, deam illam Agamemnonis filiam Iphigeniam esse, inventum videtur excusandae immolationi advenarum e Graecia, quod ut Graeci Iphigeniam immolassent, sic ipsos eadem poena saevitiam illam luere oporteret.

V. 36. Certum videtur festi nomen respici, quod veri simile est *Ταυροπόλια* fuisse. Vide v. 1426.

ἃ καινὰ δ᾽ ἥκει νὺξ φέρουσα φάσματα,
λέξω πρὸς αἰθέρ᾽, εἴ τι δὴ τόδ᾽ ἔστ᾽ ἄκος.
ἔδοξ᾽ ἐν ὕπνῳ τῆσδ᾽ ἀπαλλαχθεῖσα γῆς
οἰκεῖν ἐν Ἄργει, παρθένοισι δ᾽ ἐν μέσαις
εὕδειν, χθονὸς δὲ νῶτα σεισθῆναι σάλῳ,
φεύγειν δὲ κἄξω στᾶσα θριγκὸν εἰσιδεῖν
δόμων πίτνοντα, πᾶν δ᾽ ἐρείψιμον στέγος
βεβλημένον πρὸς οὖδας ἐξ ἄκρων σταθμῶν.
μόνος δ᾽ ἐλείφθη στῦλος, ὡς ἔδοξέ μοι,
δόμων πατρῴων, ἐκ δέ γ᾽ ἐπικράνων κόμας
ξανθὰς καθεῖναι, φθέγμα δ᾽ ἀνθρώπου λαβεῖν,
κἀγὼ τέχνην τήνδ᾽ ἣν ἔχω ξενοκτόνον
τιμῶσ᾽ ὑδραίνειν αὐτὸν ὡς θανούμενον,
κλαίουσα. τοὔναρ δ᾽ ὧδε συμβάλλω τόδε·
τέθνηκ᾽ Ὀρέστης, οὗ κατηρξάμην ἐγώ.
στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες·

V. 44. Par. A. Flor. 1. 2. ἔδοξεν ὕπνῳ. Affert hunc versum Scholiastes Aeschyli ad Pers. 181. ubi ἔδοξας ὕπνῳ legitur: cod. Monac. ἔδοξα.

V. 45. Non probem Marklandi coniecturam παρθενῶσι δ᾽ ἐν μέσοις. Redundat in ea μέσοις, quod contra recte additum hoc vocabulum in librorum scriptura παρθένοισι δ᾽ ἐν μέσαις. Virgines dicit regiae filiae ministras et comites.

V. 48. Speciosa est Reiskii, Marklandi, Ruhnkenii ad Tim. p. 187. coniectura ἐρέψιμον. Sed recte Seidlerus tuitus videtur quod in libris est ἐρείψιμον, allato Hesychii ἐρίψιμα, πτώσιμα.

V. 51. Libri ἐκ δ᾽ ἐπικράνων. De significatu verbi obiter dixit Porsonus ad Hec. 782. commemoratis Pindari verbis, in quibus producta est secunda syllaba. In tragico hoc vix ferendum videtur: et durior certe productio est haud paullo, si longa quam si brevis syllaba sequitur. Nec sine suspicione praetermisit hunc versum Elmsleius in censura meae Supplicum editionis ad v. 296. p. 235. ed. Lips. Quare reponendum duxi ἐκ δέ γ᾽ ἐπικράνων, i. e. *atque adeo ex capitulis comas demisit.*

V. 52. Libri καθεῖμαι, quod correxerunt Brodaeus et Canterus.

V. 54. Libri ὕδραινον. Musgravius initio Exercitationum in Euripidem dubitanter, confidenter postea Erfurdtius emendavit.

θνήσκουσι δ' οὓς ἂν χέρνιβες βάλωσ' ἐμαί.
οὐδ' αὖ συνάψαι τοὔναρ εἰς φίλους ἔχω·
Στροφίῳ γὰρ οὐκ ἦν παῖς, ὅτ' ὠλλύμην ἐγώ.
νῦν οὖν ἀδελφῷ βούλομαι δοῦναι χοὰς
παροῦσ' ἀπόντι, ταῦτα γὰρ δυναίμεθ' ἄν,
σὺν προςπόλοισιν, ἃς ἔδωχ' ἡμῖν ἄναξ
Ἑλληνίδας γυναῖκας. ἀλλ' ἐξ αἰτίας
οὔπω τίνος πάρεισιν; εἶμ' εἴσω δόμων
ἐν οἷσι ναίω τῶνδ' ἀνακτόρων θεᾶς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὅρα, φυλάσσου μή τις ἐν στίβῳ βροτῶν.

V. 58. Libri: *οὓς ἂν χέρνιβες βάλωσι με.* **Emendarunt Canterus et Scaliger.**

V. 59. Paullum tacuisse cogitabundam produnt haec, *οὐδ' αὖ.* **Aliter diceret** *οὐ γάρ.*

V. 62. Libri *παροῦσα παντί,* **quod correxit Canterus.**

V. 65. Libri: *ἀλλ' ἐξ αἰτίας οὔπω τινὸς πάρεισιν ἐς ἔμ' εἴσω δόμων.* **Marklandum** *τίνος* **corrigentem sequutus est Seidlerus. Deinde Elmsleius** *εἴς μ'.* **Non videntur critici de sententia verborum cogitasse. Nam quum foras progressa haec secum loquatur Iphigenia, non** *εἴσω δόμων,* **sed** *ἔξω* **dicere debebat: apertum est enim** *πάρεισιν εἴσω* **non posse sic accipi, ut quod Latini dicunt** ***intus exire.*** **Quod si foras exiit Iphigenia sine illis, quid aliud quam aut exspectet eas ante fores, quod non facit, aut longius iis obviam eat, quod non decet sacerdotem? Neque vero illae virgines, quae ut ministrae sacrorum in iisdem quibus sacerdos aedibus habitabant, aliunde poterant advenire. Ex quo patet et ipsas ex his debere aedibus exire, et, si frustra se exspectari patiantur, Iphigeniae, ut eas evocet, intro ad eas esse eundum. Id autem eam facere nemo non videt, quia mox scena vacua est, quum Orestes et Pylades apparent. Quin fecisse diserte testatur chorus, quum v. 136. dicit,** *τί με πρὸς ναοὺς ἄγαγες;* **Atqui et solent talia tragici diserte indicare, et id ut faciant res ipsa quae agitur postulat. Quare recepta Marklandi emendatione, quae sic demum non solum apta sed etiam pene necessaria est, reponi debet:** *ἀλλ' ἐξ αἰτίας οὔπω τίνος πάρεισιν; εἶμ' εἴσω δόμων ἐν οἷσι ναίω τῶνδ' ἀνακτόρων θεᾶς.* **Est autem** *τῶνδ' ἀνακτόρων* **non per appositionem ad** *δόμων* **adiectum, sed** *δόμοι ἀνακτόρων* **sunt aedes ad templum Dianae pertinentes, in quibus habitant qui curam sacrorum gerunt.**

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ὁρῶ, σκοποῦμαι δ᾽ ὄμμα πανταχοῦ στρέφων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πυλάδη, δοκεῖ σοι μέλαθρα ταῦτ᾽ εἶναι θεᾶς,
ἔνθ᾽ Ἀργόθεν ναῦν ποντίαν ἐστείλαμεν;

V. 69. In libris haec sic inter Orestem et Pyladem distributa sunt:

ΟΡ. Πυλάδη, δοκεῖ σοι μέλαθρα ταῦτ᾽ εἶναι θεᾶς,
ἔνθ᾽ Ἀργόθεν ναῦν ποντίαν ἐστείλαμεν;
ΠΥΛ. ἔμοιγ᾽, Ὀρέστα· σοὶ δὲ συνδοκεῖν χρεών.
ΟΡ. καὶ βωμός, Ἕλλην οὗ καταστάζει φόνος;
ΠΥΛ. ἐξ αἱμάτων γοῦν ξάνθ᾽ ἔχει τριχώματα.
ΟΠ. θριγκοῖς δ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῖς σκῦλ᾽ ὁρᾷς ἠρτημένα;
ΠΥΛ. τῶν κατθανόντων τἀκροθίνια ξένων.
ΟΡ. ἀλλ᾽ ἐγκυκλοῦντ᾽ ὀφθαλμὸν εὖ σκοπεῖν χρεών.
ὦ Φοῖβε.

Legem *στιχομυθίας*, quae hac descriptione violata est, in censura editionis Seidlerianae eo restituendam putabam, ut versu 71. ante 70. collocato, Oresti dicenti *Πυλάδη, δοκεῖ σοι μέλαθρα ταῦτ᾽ εἶναι θεᾶς* responderet Pylades *ἔμοιγ᾽, Ὀρέστα· σοὶ δὲ συνδοκεῖν χρεών*, qui autem deinceps usque ad Orestis illud *ὦ Φοῖβε* sequuntur versus, in iis personarum notae commutarentur. Contra haec Matthiae illud recte monuit, sic etiam officia personarum mutari, et qui adstipulantis partes habere debeat Pylades, eum, quod Orestis sit, loca designare. In duabus autem rebus aberravit a vero vir doctissimus, primo quod Pyladem, quum dicit *σοὶ δὲ συνδοκεῖν χρεών*, ipsum indicare putavit se secundas quae adstipulantis sint partes agere: ex quo apparet, Pyladem ei hoc dicere visum esse: *tibi autem me assentiri oportet.* At id non significant haec verba, non solum quia sic *συνδοκεῖν* aliter quam quod Orestes dixit *δοκεῖν* constructum esset, sed etiam quia tota illa sententia tum inutilis est, ut etiam inepta videri debeat: accedit quod *σοὶ* non suo loco positum esset: sic enim illud dicendum erat: *συνδοκεῖν δέ σοι χρεών*. Necessario haec est illorum verborum sententia: *tibi autem mecum videri oportet, has esse aedes deae.* Alter error hic est, quod, quum Orestes ut persona primaria dixisset *ὅρα, φυλάσσου μή τις ἐν στίβῳ βροτῶν*, hanc personam Matthiae negavit Pyladem recte suscipere, dicentem *ἀλλ᾽ ἐγκυκλοῦντ᾽ ὀφθαλμὸν εὖ σκοπεῖν χρεών*. Nam hic quidem versus illo quo legitur loco plane ineptus est, tributus Oresti, qui neque cur nunc repetat quod initio dixerat ulla caussa est, et, si repeteret, non appareret quomodo statim ea quae di-

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἔμοιγ᾽, Ὀρέστα· σοὶ δὲ συνδοκεῖν χρεών.
ἀλλ᾽ ἐγκυκλοῦντ᾽ ὀφθαλμὸν εὖ σκοπεῖν χρεών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ βωμός, Ἕλλην οὗ καταστάζει φόνος;

---

versissimo animi affectu Apollinem appellans dicit adnecteret. Neque vero adstipulari possum ei rationi quam Handius iniit, cui quaedam forma antistrophica restitui videbatur, si non mutato ordine versuum Oresti tribuerentur haec: *θριγκοῖς δ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῖς σκῦλ᾽ ὁρᾷς ἠρτημένα τῶν κατθανόντων τἀκροθίνια ξένων*, cui Pylades responderet *ἀλλ᾽ ἐγκυκλοῦντ᾽ ὀφθαλμὸν εὖ σκοπεῖν χρεών*. Nam etiam si Pylades hoc dicit, inutilis hic est illa sententia, ne commemorem praecedentis versus scripturam aperte ostendere respondentis eum versum esse. Verum vidisse arbitror virum doctum in Diarii classici fasc. III. p. 613. qui quum dixit versum 70. post v. 76. inserendum esse, quoniam iussit quod plane fieri non potest, non illud, sed per errorem commutatis versuum numeris contrarium scribere voluisse intelligitur, versum 76. post v. 70. esse inserendum. Et aperta est caussa erroris ab antiquo scriba commissi. Nam quum duo continui versus eodem verbo *χρεὼν* finirentur, secundum eorum ille omiserat, qui postea alieno est loco insertus. Orestes ubi quaesivit, videreturne Pyladi hoc esse templum deae, cuius caussa Argis huc venissent, Pylades *mihi vero* respondet, *tibique mecum ita videri necesse est*: *sed vestigandum est accurate*. Scilicet quin templum sit illud quod quaerant ne Orestem quidem dubitare posse ait: sed ob id ipsum, quia sit illud templum, spectanda circum esse omnia, quo et inveniant simulacrum deae et eo, si possint, potiti aufugiant. Ita et *στιχομυθία* restituitur, et recte Orestes, ubi iam omnem sibi de loco ab Apolline indicato dubitationem exemptam videt, spe simul et metu agitatus deum alloquitur.

V. 73. Libri *τριχώματα*. Seidlerus probante Schaefero in indice Graeco Apollonii Rhodii p. 677. *τροχώματα*, quod in Etym. M. p. 455, 52. legatur *θριγκῷ, τῷ τροχώματι παρὰ τὸ θρέξαι· ὁ περιτρέχων κυκλόθεν οἷον στέφανος*. Iniquus in Seidlerum est Matthiae, quum contra quam critici praecipiant vocabulum huic uni grammatico cognitum, quo ille tamquam vulgo noto exquisitius vocabulum explicet, poetae obtrusum criminatur. Minime enim vulgare illud vocabulum est, saepeque etiam exquisitis et poeticis vocibus ad explicandum utuntur grammatici. Sed iure tamen a plerisque Ruhnkenii in epist. crit. II. p. 208 proposita emendatio *θριγκώματα* praelata est, quum saepe librarii *τριγχὸς* et *τρίγχωμα* scripserint. Firmatur emendatio illa eo, quod Pylades respondet *θριγκοῖς δ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῖς*.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἐξ αἱμάτων γοῦν ξάνθ᾽ ἔχει θριγκώματα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

θριγκοῖς δ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῖς σκῦλ᾽ ὁρᾷς ἠρτημένα;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τῶν κατθανόντων γ᾽ ἀκροθίνια ξένων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ Φοῖβε, ποῖ μ᾽ αὖ τήνδ᾽ ἐς ἄρκυν ἤγαγες
χρήσας, ἐπειδὴ πατρὸς αἷμ᾽ ἐτισάμην,
μητέρα κατακτάς; διαδοχαῖς δ᾽ Ἐρινύων
ἠλαυνόμεσθα φυγάδες, ἔξεδροι χθονός,
δρόμους τε πολλοὺς ἐξέπλησα καμπίμους.
ἐλθὼν δέ σ᾽ ἠρώτησα πῶς τροχηλάτου
μανίας ἂν ἔλθοιμ᾽ εἰς τέλος πόνων τ᾽ ἐμῶν,
οὓς ἐξεμόχθουν περιπολῶν καθ᾽ Ἑλλάδα.
σὺ δ᾽ εἶπας ἐλθεῖν Ταυρικῆς μ᾽ ὅρους χθονός,
ἔνθ᾽ Ἄρτεμις σὴ σύγγονος βωμοὺς ἔχει,
λαβεῖν τ᾽ ἄγαλμα θεᾶς, ὅ φασιν οὑνθάδε

V. 76. Libri *τῶν κατθανόντων τἀκροθίνια ξένων.* Vellem L. Dindorfius illud *τε* non fortasse, sed sine ulla dubitatione in *γε* mutandum dixisset. Idque iam in iis feceram, quae Seidlerus attulit.

V. 84. Hunc versum Marklandus e v. 1424. illatum iudicavit, ubi *οὓς ἐξεμόχθεις περιπολῶν κάθ᾽ Ἑλλάδα* legitur. Et profecto inutilis est, praesertim praegressa multiplici mentione itinerum atque errorum.

V. 87. Libri *ὅ φασιν ἐνθάδε.* Quod Marklandus coniecit *οἵ ᾽νθάδε,* scribendum illud *οὑνθάδε,* Matthiae non videtur commemoratione dignum putavisse. At tam molestum est illud *ἐνθάδε εἰς τούςδε ναούς,* tamque rei conveniens coniectura Marklandi, eam ut ego recipere non dubitaverim. Quod si quis obiiciat, Orestem, qui nullum Taurorum convenerit, non potuisse scire quid illi fabularentur, non erit eo confugiendum, ut haec Orestem

εἰς τούσδε ναοὺς οὐρανοῦ πεσεῖν ἄπο·
λαβόντα δ' ἢ τέχναισιν ἢ τύχῃ τινί,
κίνδυνον ἐκπλήσαντ', Ἀθηναίων χθονὶ
δοῦναι· τὸ δ' ἐνθένδ' οὐδὲν ἐῤῥήθη πέρα·
καὶ ταῦτα δράσαντ' ἀμπνοὰς ἕξειν πόνων.
ἥκω δὲ πεισθεὶς σοῖς λόγοισιν ἐνθάδε
ἄγνωστον εἰς γῆν ἄξενον. σὲ δ' ἱστορῶ,
Πυλάδη, σὺ γάρ μοι τοῦδε συλλήπτωρ πόνου,
τί δρῶμεν; ἀμφίβληστρα γὰρ τοίχων ὁρᾷς
ὑψηλά. πότερα δωμάτων προσαμβάσεις

---

tamquam ab Apolline dicta referre censeamus, sed potius ex communi ipsamque per Graeciam sparsa fama illud accepisse putandus est.

V. 91. Legebatur olim: *δοῦναι τόδ', ἐνθένδ' οὐδὲν ἐῤῥήθη πέρας*. Cod. Paris. 2887. qui est Marklandi A. Musgravii E. habet Boissonado teste *πέραν*. Distinctione ad *δοῦναι* apposita, scribendum esse *τὸ δ' ἐνθένδ'* in censura editionis Seidlerianae monui. Sic etiam Elmsleius. In fine versus *πέρα* scribendum iudicavit Brodaeus, quem sequuti sunt editores. Referenda est autem haec parenthesis, *τὸ δ' ἐνθένδ' οὐδὲν ἐῤῥήθη πέρα*, non tam ad *Ἀθηναίων χθονὶ δοῦναι*, quam ad *λαβόντα*, quemadmodum saepe potior vis in participio quam in verbo ei adiuncto est.

V. 97. Libri veteres: *πότερα δωμάτων πρὸς ἀμβάσεις ἐκβησόμεσθα; πῶς ἂν οὖν μάθοιμεν ἄν, ἢ χαλκότευκτα κλῇθρα λύσαντες μοχλοῖς; ὧν οὐδὲν ἴσμεν.* Barnesius *προσαμβάσεις*: et sic Codex A. a Boissonado collatus. Seidlerus ordine versuum mutato scribendum putabat: *πότερα δωμάτων πρὸς ἀμβάσεις, ἢ χαλκότευκτα κλῇθρα λύσαντες μοχλοῖς, ἐκβησόμεσθα; πῶς ἂν οὖν μάθοιμεν ἂν ὧν οὐδὲν ἴσμεν;* ut *ἀμβάσεις* occasiones intrandi essent: quod refutare adnisus est Matthiae, *λάθοιμεν* tenens, quod Reiskio, Marklando, Musgravio, aliisque placuit, *ὧν οὐδὲν ἴσμεν* autem interpretans *at horum nihil scimus*. Nescire enim Orestem quomodo aut muros clam scandere, aut claustra aperire possint. Haec quam parum decora sint Oresti, pulcre ostendit Handius, cui tamen in eo non assentior, quod *ἀμφίβληστρα τοίχων* non parietes templi, sed septum, *περίβολον* Graeci vocant, circa templum esse putavit. Nam illa septa vix usquam tam alta erant, ut superari non potuerint. Et si in septi illius muros se enisurum desperabat Orestes, huius prius claustra effringenda erant, ut vel sciret clausumne an apertum esset templum: quare inutilis fuisset dubitatio de templi foribus aperiendis. Septi nulla mentio: sed muros templi dicit *ἀμφίβληστρα τοίχων*. De his scandendis,

ἐκβησόμεσθα; πῶς ἂν οὖν μάθοιμεν ἄν,
ἢ χαλκότευκτα κλῇθρα λύσαντες μοχλοῖς,
ὧν οὐδὲν ἴσμεν; ἢν δ' ἀνοίγοντες πύλας
ληφθῶμεν εἰςβάσεις τε μηχανώμενοι,
θανούμεθ'. ἀλλὰ πρὶν θανεῖν, νεὼς ἔπι
φεύγωμεν, ᾗπερ δεῦρ' ἐναυστολήσαμεν.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

φεύγειν μὲν οὐκ ἀνεκτόν, οὐδ' εἰώθαμεν·
τὸν τοῦ θεοῦ δὲ χρησμὸν οὐ κακιστέον.
ναοῦ δ' ἀπαλλαχθέντε κρύψωμεν δέμας
κατ' ἄντρ', ἃ πόντος νοτίδι διακλύζει μέλας,
νεὼς ἄπωθεν, μή τις εἰςιδὼν σκάφος
βασιλεῦσιν εἴπῃ, κᾆτα ληφθῶμεν βίᾳ.

---

quod altissimi sint, ne cogitari quidem posse indicat. Unde solum illud relictum videns, ut per gradus recta ad fores pergant, has intelligit aperiendas esse. Aperiuntur autem repagulis arte vel vi remotis, si quis extrinsecus introitum molitur. Nam μοχλοὺς repagula esse recte monuit Handius, quae vox ubique fere, ubi de foribus aperiendis sermo est usurpatur. De vectibus si cogitaret Orestes, non *λύσαντες*, sed *ῥήξαντες* diceret. Illud quoque recte et Handius et alii viderunt, *ὧν οὐδὲν ἴσμεν* ad interiora templi spectare, quod ignari locorum neque ubi posita deae statua, nec quam magna sit, quamque vel exiguo vel magno labore tolli auferrique possit sciunt. Non potest autem probari, quod Handius coniecit, *καὶ χαλκότευκτα κλῇθρα λύσαντες μοχλοῖς*, i. ut sit *etiamsi*. Nam si modo se intro penetrassent, caetera sponte sequutura erant, ut et invenirent statuam, et de asportanda capere possent consilium. Rectius ἢ mutaretur in μή, i. e. *nisi*. Sed omnium facillimum est ἦ scribi. Orestes et Pylades nunc non ea spe ad templum accesserunt, ita se omnia opportuna inventuros esse, ut in clara luce diei tuto auferre simulacrum deae possint, sed venerunt observatum quae esset loci commoditas, quaeque potiundi simulacro convenientissima ratio. Itaque quum ex muro in templum despici propter altitudinem non possit, deliberat Orestes, adscendantne per gradus et recta fores petant. Quas clausas videns, *quomodo*, inquit, *cognoscamus, num fores aperiendo, quae nescimus? aperientes autem si deprehendamur, et intro pergentes, capitis periculum est: quare satius est re infecta domum redire.*

ὅταν δὲ νυκτὸς ὄμμα λυγαίας μόλῃ,
τολμητέον σοι ξεστὸν ἐκ ναοῦ λαβεῖν
ἄγαλμα πάσας προςφέροντα μηχανάς.
ὅρα δέ γ' εἴσω τριγλύφων ὅποι κενὸν

V. 110. Non debebat Handius negare admittendum esse quod Seidlerus dixit, *νυκτὸς ὄμμα* esse lucem, qualem nox habeat, i. e. tenebras, nec velle, stellas aut lunam intelligi. De his, nisi apertius significatis non cogitarent homines Graeci. Nec tamen plane atra caligo, sed diurnae lucis absentia dici putanda est.

V. 111. Ald. *τολμητέον τοι ξεστὸν ἐκ ναοῦ λαβεῖν ἄγαλμα, πάσας προςφέροντα μηχανάς.* Non apta particula est *τοί*, pro qua Flor. 1. 2. Vict. *τὸ* habent. Sed displicet hic articulus, ut non bene conveniens dictioni poeticae. Deinde iidem libri et codd. Paris. omnes *προςφέροντε*, quod receptum est ab editoribus. Congruit id quidem cum illo *τὸ ξεστόν*, quod suspicor etiam in Parisinis codicibus esse. Sed isti libri omnes interdum deteriorem quam Aldus scripturam praebent: patetque cur hic, si semel *τὸ* vel *τοι* scriptum esset, dualem pro singulari posuerint librarii. Veram ego scripturam esse arbitror Aldinam, *σοι* reposito pro *τοι*. Orestis enim erat auferre signum deae, si implendum esset oraculum. Ideo etiam quae sequuntur ad solum Orestem spectant. Accusativus dativo adiectus, de qua loquendi ratione saepe dixit Elmsleius, exempli caussa ad Med. 727.

V. 112. Libri: *ὅρα δέ γ' εἴσω τριγλύφων ὅποι κενὸν δέμας καθεῖναι,* praeter Musgravii cod. E. sive Marklandi A. in quo est *ὥρα.* Id verum esse iudicavit Matthiae, quem sequuti sunt Dindorfii. At et *γε* illud et tota sententia inepta est. Nam quum modo iusserit Pylades noctu rem exsequi, consentaneum est singula quoque, quibus illud negotium indiget, noctu agi debere. Quid ergo addat: *tempestivum certe est super triglyphos corpus demittere.* Si quid huiusmodi vellet, dicere debebat, *ὥρα δὲ κεἴσω τριγλύφων ὅποι κενὸν δέμας καθεῖναι.* Ita enim diceret: *tempestivum etiam est tum corpus demitti.* Nihil sanius imperativo. Non male Blomfieldius, *ὅρα δὲ γεῖσα τριγλύφων*, et nescio an vere. Sed tamen etiam librorum scriptura, si recte explicatur, satisfacit. Id ex parte intellexit Handius, quum aperturas in intertigniis iuxta triglyphos dici vidit: in quam rem Winkelmanni testimonio in libro de architectura veteri p. 24. utitur: sed in eo non videtur verum vidisse, quod *εἴσω τριγλύφων* coniunxit: quod fecit etiam C. O. Müllerus in Compendio Archaeologiae p. 32. Immo *εἴσω καθεῖναι* cohaerent, *καθεῖναι* autem cum *τριγλύφων* constructum est, hac sententia: *et vide saltem ubi vacuum spatium sit corpori intro ex triglyphis demittendo.*

δέμας καθεῖναι· τοὺς πόνους γὰρ ἁγαθοὶ
τολμῶσι, δειλοὶ δ' εἰσὶν οὐδὲν οὐδαμοῦ.
οὔτοι μακρὸν μὲν ἤλθομεν κώπῃ πόρον,
ἐκ τερμάτων δὲ νόστον ἀροῦμεν πάλιν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀλλ' εὖ γὰρ εἶπας, πειστέον· χωρεῖν χρεὼν
ὅποι χθονὸς κρύψαντε λήσομεν δέμας.
οὐ γὰρ τὸ τοῦ θεοῦ γ' αἴτιον γενήσεται
πεσεῖν ἄχρηστον θέσφατον· τολμητέον·
μόχθος γὰρ οὐδεὶς τοῖς νέοις σκῆψιν φέρει.

ΧΟΡΟΣ.

Εὐφαμεῖτ', ὦ

V. 116. 117. Hos versus, qui Oresti tribuebantur, Pyladae continuandos esse vidit Marklandus.

V. 117. Ald. *ἄρωμεν*. Codd. omnes *ἀροῦμεν*. Videndi Porsonus ad Med. 848. Elmsleius ad Heracl. 323. Matthiae ad Med. 841.

V. 118. Ald. et codd. *χώρει νεκρῶν*. Emendavit Scaliger.

V. 121. Non sine caussa suspectum fuit Blomfieldio *ἄχρηστον*, ut scribendum putaret *ἄχραντον*, vocabulum et usitatum in oraculorum commemoratione, nec tam vulgare quam illud *ἄχρηστον*. Sed faciliore opera restitui potuerat Euripidi poeticum et apprime accommodatum vocabulum, *ἄχρηστον*. Non enim, inquit, dei quidem culpa fiet ut indicta cadat eius dictio. Grammaticorum inventum est, *χρήζειν*, ubi non ***indigere*** et ***poscere***, sed ***oraculum edere*** significet, non habere *ι* subscriptum. Ipsos id distinguendi caussa, quamvis analogiae repugnet, institutum fateri, ex Etymologico Magno constat. Activam, qua hic non usus est Euripides, potestatem adiectivi Hesychius adnotavit, *ὁ μὴ χρηστηριασάμενος* interpretatus.

V. 123. Multum operae et Seidlerus et ego impendimus, ut, quum aperta quaedam responsionis vestigia in hoc carmine reperiantur, aliquam eius compositionem antistrophicam deprehenderemus. Et Seidlerus quidem quum violentis et parum probabilibus mutationibus antistrophica restituisset, in censura editionis illius ostendi tam incertam hanc rationem esse, ut etiam alia, eaque veri similior inveniri possit descriptio. Sed illa quoque et maiorem quam concedi potest corrigendi necessitatem affert,

πόντου δισσὰς συγχωρούσας
πέτρας Εὐξείνου ναίοντες.
Ὦ παῖ τᾶς Λατοῦς, *στρ. ά*

---

et caussis destituta est iis, quae evidenter assensionem extorqueant. Quare etsi non ausim contendere hoc carmen non fuisse antistrophicum, tamen neque restitui posse arbitror certa antistrophica, nisi insignes discrepantias aliquando, quod non puto sperari posse, boni praebuerint codices, et video, etiam si lamenta haec non fuerunt antistrophica, commodam rationem in promptu esse, qua ostendatur cur aliquae tamen in iis sint non dubiae responsiones. Nam qui soli his anapaestis inserti sunt versus trochaici,

φόνος ἐπὶ φόνῳ, ἄχεά τ' ἄχεσιν,
ἄγαμος, ἄτεκνος, ἄπολις, ἄφιλος,

ii quidem quin sibi respondeant dubitari non potest: sed id factum est ea ratione, de qua explicatum est in Elem. doctr. metr. III. 25. ut uno aliquo in membro carminis ad certos modos deflectens cantus alio loco iisdem cum modis repetatur. Quemadmodum autem hi duo versus metro, et proinde etiam cantus genere a caeteris lamentis distinguuntur, ita alia pars carminis, in qua responsio certa apparet, non metri formam, sed recitationem habet diversam, multumque ab reliquis anapaestis discrepantem. Respondent enim inter se versus 136—142. et 168—174. quorum prioribus chorus, i. e. coryphaeus chori quaerit ex Iphigenia, cur se huc prodire voluerit; posterioribus autem Iphigenia manes alloquitur fratris. Quae duo systemata apertum est alium plane colorem habere, quam illa, quibus et Iphigenia et chorus inter se conqueruntur. Accedit ad haec tertia responsio, de qua statim dicetur adv. 126. Illi argumento, quod pro universi carminis ratione antistrophica Seidlerus ex Hesychio attulit, apud quem scriptum est: *ἀντιψάλμους, ἀντιστρόφους· Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Ταύροις·* mea sententia nihil tribuendum est, quum omnis responsio, etiam quae non metri paritate continetur, ut quae in sententiarum et cantici modorum similitudine est, *ἀντίστροφος* dicatur. Versus 123—134. qui Iphigeniae tribuebantur, chori esse vidit Tyrwhittus.

V. 126. In his duobus versiculis sequutus sum descriptionem Aldinae, quacum conspirare puto codices. Seidlerus etsi non male haec recisis duabus voculis in unum hunc dimetrum coegit, *παῖ Λατοῦς, Δίκτυνν' οὐρεία,* tamen tenendam putavi librorum scripturam, tum quod in ea ut gravior, ita ordiendae appellationi deae aptior oratio est, tum quod inter se respondere hi duo versus videntur sicut versus 192. et 214. Ita antistrophicorum aequalis ratio est, *ά ά, β' β', γ' γ',* et sic quidem, ut *ά ά* et *γ' γ'* canantur, *β' β'* autem recitentur sine cantu, quum caetera omnia sic proferantur, ut medium teneat vox inter cantum et expertem cantu recitationem. Pronunciant autem anapaestos, praeter v.

Δίκτυνν' οὐρεία, ἀντ. ά.
πρὸς σὰν αὐλὰν εὐστύλων
ναῶν χρυσήρεις θριγκοὺς
πόδα παρθένιον ὅσιον ὁσίας
κληδούχου δούλα πέμπω,
Ἑλλάδος εὐίππου πύργους
καὶ τείχη, χόρτων τ' εὐδένδρων
ἐξαλλάξασ' Εὐρώπαν,
πατρῴων οἴκων ἕδρας.

Ἔμολον· τί νέον; τίνα φροντίδ' ἔχεις; στρ. β'.
τί με πρὸς ναοὺς ἄγαγες, ἄγαγες,
ὦ παῖ τοῦ τᾶς Τροίας πύργους
ἐλθόντος κλεινᾷ σὺν κώπᾳ
χιλιοναύτᾳ μυριοτευχοῦς.
* * * * *
τῶν Ἀτρειδᾶν τῶν κλεινῶν

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἰὼ δμωαί,
δυσθρηνήτοις ὡς θρήνοις

136—142. aliquot chori mulieres coniunctis vocibus, sed istos duos versus divisim, aliae *ὦ παῖ τᾶς Λατοῦς,* aliae illis respondentes *Δίκτυνν' οὐρεία,* postquam coryphaeus quasi praeconis officio functus silentium imperavit. Ita productio ultimae in *ναίοντες* etiam a personae mutatione veniam habet: de qua re dictum in Elem. doctr. metr. p. 373.

V. 130. Chorum certe maximam partem ex virginibus compositum esse Matthiae ostendit ad. v. 123.

V. 140. Libri *μυριοτεύχοις.* Seidlerus *μυριοτευχοῦς.*

V. 141. Apertissimum est excidisse hic versum talem fere: *στρατιᾶς ταγοῦ τοῦ πρεσβυγενοῦς.* Monui et olim in censura editionis Seidlerianae et in praefatione Iphigeniae Aulidensis p. 17.

V. 143. Libri *ὦ δμωαί.*

ἔγκειμαι τᾶς οὐκ εὐμούσου
μολπαῖσι βοᾶς ἀλύροις ἐλέγοις,
ἒ ἕ, ἐν κηδείοις οἴκτοις
αἵ μοι συμβαίνουσ' ἆται
σύγγονον ἀμὸν κατακλαιομένα
ζωᾶς, οἵαν, οἵαν ἰδόμαν
ὄψιν ὀνείρων
νυκτὸς τᾶς ἐξῆλθ' ὄρφνα.
ὀλόμαν, ὀλόμαν·
οὐκ εἴσ' οἶκοι πατρῷοι·
οἰμοιμοῖ, φροῦδος γέννα.
φεῦ φεῦ τῶν Ἄργει μόχθων.
ἰὼ ἰὼ δαίμων, ὃς τὸν
μοῦνόν με κασίγνητον συλᾷς
Ἅιδᾳ πέμψας, ᾧ τάςδε χοὰς
μέλλω κρατῆρά τε τὸν φθιμένων
ὑδραίνειν γαίας ἐν νώτοις,

V. 145. Libri: *τᾶς οὐκ εὐμούσου μολπᾶς βοᾶν.* Flor. 1. *τοῖς* et deinde *πᾶς* pro *μολπᾶς* habere dicitur. Recepi cum Seidlero aliisque Heathii emendationem, sed non ut *ἀλύροις ἐλέγοις* additum credam ad *μολπαῖσι.* Coacervavit Euripides more suo verba idem fere significantia sic, ut non uno modo construi possint et inter se copulari. Ea ratio, quae maxime poeticae dictioni convenit, haec est, ut *ἀλύροις ἐλέγοις τᾶς οὐκ εὐμούσου βοᾶς* dativus sit qui instrumenti appellatur, ad *εὐμούσου* autem accedat alius huius generis dativus *μολπαῖσι*: *tristi luctui operam do lyra carentibus elegis vocis canendo non laetabilis.*

V. 147. Libri *οἴκτοισιν.*

V. 149. Ald. et edd. vett. *κατακλαιομένα,* quod Barnesius aliique dativo casu scripserunt, cui recte Seidlerus et Matthiae nominativum praeferendum iudicarunt, qui ad *ἔγκειμαι* referretur.

V. 150. Libri semel *οἵαν,* quod non dubitavi duplicare potius, quam, quod Seidlero placebat, delere *ὀνείρων.*

V. 153. Libri *ὠλόμαν, ὠλόμαν.*

V. 155. Libri *οἴμοι.* Scripsi *οἰμοιμοῖ.* Hoc id accentu dici testatur Apollonius Dyscolus in Bekkeri Anecd. p. 588, 25.

V. 157. Libri: *ἰὼ δαῖμον, ὃς τὸν μόνον.* Emendavit Heathius.

πηγάς τ' οὐρείων ἐκ μόσχων,
Βάκχου τ' οἰνηρὰς λοιβάς,
ξουθᾶν τε πόνημα μελισσᾶν,
ἃ νεκροῖς θελκτήρια κεῖται.
ἀλλ' ἔνδος μοι πάγχρυσον
τεῦχος καὶ λοιβὰν Ἅιδα.

Ὦ κατὰ γαίας Ἀγαμεμνόνιον ἀντ. β'.
θάλος, ὥς φθιμένῳ τάδε σοι πέμπω·
δέξαι δ'· οὐ γὰρ πρὸς τύμβον σοι
ξανθὰν χαίταν, οὐ δάκρυ' οἴσω.
τηλόσε γὰρ δὴ σᾶς ἀπενάσθην
πατρίδος καὶ ἐμᾶς, ἔνθα δοκήματα
κεῖμαι σφαχθεῖσ' ἁ τλάμων.

V. 165. Libri κεῖτ'.

V. 173. Libri: πατρίδος, κἐμᾶς, ἔνθα δοκίμα κεῖμαι. *Δοκήματα* ego in censura editionis Seidlerianae. *Δοκήμασι* Porsonus in Advers. p. 259. afferens Traod. 411.

ἀτὰρ τὰ σεμνὰ καὶ δοκήμασιν σοφά,

et Erechth. apud Stobaeum LXXVI. 12.

θετῶν δὲ παίδων ποῦ κράτος; τὰ φύντα γὰρ
κρείσσω νομίζειν τῶν δοκημάτων χρεών.

Porsoni emendationem paullo meliorem mea esse iudicavit Matthiae. Mihi aliquanto minus poëtica videtur, Erechtheique fragmento rectius *δοκήματα* quam *δοκήμασι* tueare. Addi possunt alia, ut in Herc. fur. 109.

ἰστάλην ἰηλέμων
γόων ἀοιδός, ὥςτε πολιὸς ὄρνις,
ἔπεα μόνον καὶ δόκημα νυκτέρωπον
ἐννύχων ὀνείρων.

In Helena v. 35.

καὶ δοκεῖ μ' ἔχειν,
κενὴν δόκησιν, οὐκ ἔχων.

Quamquam hoc quidem etiam aliter explicari potest. Facilius autem *δοκήματα*, quam *δοκήμασι*, in *δοκίμα* corrumpi potuit, quum *τα* vel solum *τ* superscribere consueverint librarii.

V. 174. Sic Marklandus. Libri σφαχθεῖσα τλάμων.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀντιψάλμους ᾠδὰς ὕμνον τ'
Ἀσιήταν σοι, βάρβαρον ἰαχὰν,
δέσποιν', ἐξαυδάσω, τὰν ἐν
θρήνοις μοῦσαν νέκυσι μελομέναν,
τὰν ἐν μολπαῖς Ἅιδας ὑμνεῖ
δίχα παιάνων.
οἴμοι, τῶν Ἀτρειδᾶν οἴκων
ἔῤῥει φῶς σκήπτρων, οἴμοι,

V. 176. Neque oblitus esse putandus est Euripides Graecas esse has mulieres, neque voluisse eas existimari per diuturniorem in Asia commorationem adsuetas iam barbaris modis, quae Seidleri coniectura est: sed ut Taurorum sacra obeuntes etiam lingua et cantu Taurorum uti finguntur. Id tragicus de more, quoniam non licebat alia quam Graeca lingua uti, verbis significavit, ut in Oreste v. 1396. et Phoen. 1311. quorum mentionem fecit Seidlerus. Quia apud Aeschylum Persarum chorus v. 637. ipse suas voces βάρβαρα παναίολα δύςθροα βάγματα appellat.

V. 177. Sic Aldina et reliquae edd. vett. Sed codices Paris. omnes et Vict. ex mala metrici correctione δέσποινά γ' ἐξαυδάσω, quae peius etiam scripta in Flor. 1. 2. δέσποιν' ἄγ' ἐξαυδάσω.

V. 178. Codd. Paris. Flor. 1. 2. Vict. θρήνοισι. Aldina recte θρήνοις. Omnes νέκυσι μέλεον. Emendarunt Marklandus et Musgravius.

V. 181. Libri haec usque ad finem carminis Iphigeniae tribuunt. Musgravius choro adiecit v. 181. 182. quem sequebatur Seidlerus. At chori haec omnia esse usque ad v. 196. ille ipse versus sententiarumque ratio docet. Communia Agamemnoniae domus mala eorumque caussas commemorare, chori est, suis de malis queri Iphigeniae. Audacior est, nec quae valde placere possit, Elmsleii coniectura:

οἴμοι τῶν Ἀτρειδᾶν οἴκων
ἔῤῥει φῶς, ἔῤῥει σκῆπτρον,
οἴμοι, πατρῴων οἴκων.

Omnino vel si quis hoc probet, vel in librorum scriptura pessime adiecta sunt illa τῶν Ἀτρειδᾶν οἴκων, quae neque cum sequentibus commode coniungi possunt, et, si ad praegressa referuntur, repetitum οἴκων distingui ab Ἀτρειδᾶν οἴκων postulat. Itaque quum etiam ad metrum aliquid desit, vix dubitandum videtur quin scripserit poeta τῶν σῶν πατρῴων οἴκων. Quare asteriscos posui.

V. 182. Libri φάος.

* * πατρῴων οἴκων.
τίς ἔτ' ἐκ τῶν εὐόλβων Ἄργει
βασιλέων ἀρχά;
μόχθος δ' ἐκ μόχθων ᾄσσει
δινευούσαις ἵπποισιν
πταναῖς· ἀλλάξας δ' ἐξ ἕδρας

V. 184. Libri *τίν' ἐκ τῶν εὐόλβων*, nisi quod Paris. A. *τίν' ἐκ τῆς τῆς εὐόλβων*, priore *τῆς* punctis suppositis deleri iusso, ut refert Boissonadus. Emendavi ut sententia postulare videbatur. Incredibilibus commentis si quis delectatur, inveniet apud Camperum ad Electram p. 102. qui liber plenus est infelicissimis coniecturis.

V. 188. Libri: *πτανοῖς. ἀλλάξας δ' ἐξέδρασ' ἱερὸν ὄμμ' αὐγᾶς ἅλιος*, nisi quod Par. A. *πταναῖσιν ἀλλάξας δ'*. Certatim viri docti restituerunt *ἐξ ἕδρας*, sed et de interpretatione dissentiunt et de emendatione. Mihi neque absolutus nominativus *ἀλλάξας*, ut Elmsleio, neque *ἱερὸν ὄμμ' αὐγᾶς* per appositionem ad *ἅλιος* adiectum, ut Blomfieldio in glossario Aeschyli Sept. ad Theb. 386. probatur, sed metri quoque iudicio post *ἱερὸν* excidisse puto *μετέβαλεν*. Eo verbo usus est in Oreste v. 1001.

ὅθεν ἔρις τό τε πτερωτὸν
Ἁλίου μετέβαλεν ἅρμα
τὰν πρὸς ἑσπέραν κέλευθον
οὐρανοῦ προςαρμόσασα
μονόπωλον ἐς Ἀῶ.

Deinde *δινευούσαις ἵπποις πτανοῖς* Marklandus de Pelopis equis accepit et fraude in certamine cum Oenomao. Eam interpretationem Musgravius propterea impugnat, quod illo in certamine Pelopis equi non fuerint *δινεύουσαι*: nam et recta a Pisa usque ad Isthmum prope Corinthum decursum esse, teste Diodoro Siculo IV. 73. nec, si in orbem egissent equos, effugere Pelopem potuisse hastam Oenomai. Exemplo haec esse possunt, quam male quis abuti doctrina possit. Isthmum illum metam fuisse proditum est etiam a scholiasta Apollonii ad I. 752. Sed quisquis fuit, qui tam incredibilem in modum rem auxit, antiquior fama Olympiae in hippodromo certatum esse ferebat, ut ex Pausania VI. 20. constat: memoratque delineatum hippodromum Philostratus maior Imag. I. 17. Illud vero etiam ridiculum est, effugere hastam non potuisse Pelopem equis gyro circa metas actis: quo modo si certabatur, etiam facilius evitari ictus potuit. Illis igitur argumentis adductus de Solis equis illa verba accipienda putavit Musgravius. Non nego, probari hoc posse, sed tum corrigendum esset hoc modo: *δινευούσαις ἵπποις πτανοῖς ἀλλάξας εὖτ' ἐξ ἕδρας ἱερὸν μετέβα-*

ἱερὸν * * ὄμμ' αὐγᾶς
ἅλιος· ἄλλαις δ' ἄλλα προςέβα
χρυσέας ἀρνὸς μελάθροις ὀδύνα,
φόνος ἐπὶ φόνῳ, ἄχεά τ' ἄχεσιν, στρ.γ'.

λεν ὄμμ' αὐγᾶς Ἅλιος. At vero quum δὲ novae sententiae indicem teneant libri, praestat Pelopis equos intelligi, non tamen certantes cum Oenomao, sed quum in mare praecipitavit Pelops Myrtilum: de qua re similiter in Oreste v. 989.

ποτανὸν μὲν δίωγμα πώλων
τεθριπποβάμονι στόλῳ
Πέλοψ ὁπότε πελάγεσι διε-
δίφρευσε, Μυρτίλου φόνον
δικὼν ἐς οἶδμα πόντου,
λευκοκύμοσιν
πρὸς Γεραιστίαις
ποντίων σάλων
ᾐόσιν ἁρματεύσας.

De Sole propter aureum arietem retro cursum flectente infra v. 805. scripsit Euripides et in Oreste versibus supra allatis, et in Electra v. 986 seqq.

190. Libri ἄλλοις. Seidlero debetur ἄλλαις.

192. Libri ἄχεα ἄχεσιν. Emendavit Barnesius. Caeterum quin trochaicus sit hic versus dubitari prorsus non potest. Nam quod G. Dindorfio ad Aristoph. Av. 333. in editione a. 1830. in mentem venit, esse hos quattuor imperfecta mensura anapaestos, id eiusmodi est, ut, si tales numeros sibi umquam indulserint poetae, nulla iis non sit concedenda numerorum et metri perversitas. Nititur ista opinio duobus manifesto corruptis locis Aristophanis, illo, ad quem haec adnotavit Dindorfius, in quo antistrophici versus, qui ex purissimis facti sunt paeonibus, mendosam esse librorum scripturam evincunt, et altero in Lysistrata, de quo non probabiliora protulit Dindorfius ad v. 262. ubi quis obsecro dubitat hos fateri elegantissimos esse iambicos:

κάτα μὲν ἅγιον ἔχειν βρέτας,
κάτα δ' ἀκρόπολιν ἐμὰν λαβεῖν?

Sequuntur eos hi versus:

μοχλοῖς δὲ καὶ κλῄθροισιν
τὰ προπύλαια πακτοῦν.

Sed et horum scripturam parum certam esse, et magis etiam laborare antistrophicos libri arguunt. Ii vulgo sic leguntur:

ᾤχετο θ' ὅπλα παραδοὺς ἐμοί,
σμικρὸν ἔχων πάνυ τριβώνιον
πινῶν, ῥυπῶν, ἀπαράτιλτος,
ἓξ ἐτῶν ἄλουτος.

ἔνθεν τῶν πρόσθεν δμαθέντων
Ταντλιδᾶν ἐκβαίνει ποινά τ'

Veri simile est singulae ut syllabae sibi responderint: et certo ea responsio in duobus postremis versibus restitui potest: in iis autem duobus, qui illos praecedunt, numerum quidem, sed non item illa cum syllabarum comparatione ex iis quas hodie habemus scripturis restaurare licet. Videntur illa sic scribenda:

ἐπεὶ οὐδὲ Κλεομένης, ὃς αὐτὴν κατέσχε πρῶτος,
ἀπῆλθεν ἀψάλακτος, ἀλλ'
ὅμως Λακωνικὸν πνέων
ᾤχετό θ' ὅπλα παραδοὺς ἐμοί,
σμικρὸν τ' ἔχων τριβώνιον,
πινῶν, ῥυπῶν,
ἀπαράτιλτος, ἓξ ἐτῶν ἄλουτος.

Ultimos in stropha sic puto corrigendos esse:

κλῄθροισι δὲ
τὰ προπύλαια καὶ μόχλοισι πακτοῦν.

Non magis eiusdem Dindorfii disputatione ad Vespas v. 418. adducor, ut Aristophanem in *θεοςεχθρία* et *Λακεδαιμόνων* secundas syllabas produxisse credam. De posteriore vocabulo non opus verbis. *Θεοῖς ἐχθρὸς* autem quum ita usurparetur ut pro uno composito nomine esset, apertum est rectissime dictum esse *θεοῖς ἐχθρία.* Quin id etiam *θεοῖσιν ἐχθρία* dictum coniicio. Quem enim Dindorfius Archippi ex Pluto versum, in quo *θεοςεχθρία* media brevi sit, ut trimetrum affert, non credo esse trimetrum. Verba Archippi apud scholiastam ad illum Vesparum versum sic scripta leguntur: *οἴμοι τί ἐστι; μῶν ἔδωκε; τί σ' ἔδακεν; κατὰ μὲν οὖν ἔφαγε κἀπέβρυξε τίς ἡ πανουργία τε καὶ θεοςεχθρία.* Alii haec aliter, complura mutantes, in trimetros redegerunt: quorum conatus memoravit Dindorfius in adnotationibus ad scholia p. 544. Mihi illi versus iambici tetrametri esse videntur, quos sic corrigendos puto:

A. *οἴμοι.* B. *τί ἔστι;*
μῶν ἔδακέ τίς σ'; A. *ἔδακε; κάτα μὲν οὖν ἔφαγε κἀπέβρυξε.*
B. *τίς;* A. *ἡ πανουργία τε καὶ θεοῖσιν ἐχθρία.*

Fortasse alter in fine versus tum *πῶς* quaerebat. *Θεοςεχθρία* mihi vocabulum esse videtur omni analogiae repugnans. Neque enim ei defendendo *θεόςδοτος* adhiberi potest, unicum illud et epici metri necessitate formatum, cui in Etymol. M. p. 461, 16. consociatum est *λαοσσόος,* non recte.

V. 194. Libri *ποινά γ'* et mox *σπεύδει δ'.* Elmsleius et ad h. l. et ad Bacchas v. 1006. *ποινά τ' εἰς οἴκους, σπεύδει τ'.* Et *ποινά τε* quidem quin verum sit dubitari non potest: altera autem particula quum potuerit etiam *δὲ* esse, non est mihi visa correctione indigere.

εἰς οἴκους, σπεύδει δ᾽ ἀσπούδαστ᾽
ἐπὶ σοὶ δαίμων.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐξ ἀρχᾶς μοι δυςδαίμων
δαίμων τᾶς ματρὸς ζώνας,
καὶ νυκτὸς κείνας ἐξ ἀρχᾶς
λόχιαι στεῤῥὰν παιδείαν
Μοῖραι συντείνουσιν θεαί·
ἂν πρωτόγονον θάλος ἐν θαλάμοις
Λήδας ἁ ᾿τλάμων κούρα
σφάγιον πατρῴᾳ λώβᾳ
καὶ θῦμ᾽ οὐκ εὐγάθητον
ἔτεκεν, ἔτρεφεν, εὖτ᾽ εὐκταίαν
ἱππείοις ἐν δίφροισιν
ψαμάθων Αὐλίδος ἐπέβασαν,

V. 197. Nulla personae nota in libris. Aperte vero hinc canere incipit Iphigenia. Sic etiam Elmsleius.

V. 200. Libri λοχείαν, στεῤῥὰν παιδείαν, nisi Flor. 1. λοχίαν. Seidleri λοχιᾶν auctoritate caret. Elmsleii λοχίαν στεῤῥὰν παιδείαν sententia laborat, nec potest ullo modo comparari cum Medeae v. 1031.

στεῤῥὰς ἐνεγκοῦσ᾽ ἐν τόκοις ἀλγηδόνας.

Quid enim Clytaemnestrae in partu dolores ad mala Iphigeniae? Suam Iphigenia duram sortem dicit, quod educata sit victima pro Graecis. Quare λόχιαι iam pridem monui scribendum esse, quod pertineret ad θεαὶ Μοῖραι. Tamen Elmsleio assentiri maluit Matthiae.

V. 201. Post hunc versum legitur in libris ἁ μναστευθεῖσ᾽ ἐξ Ἑλλάνων, de quo versu vide ad v. 214.

V. 202. Brub. θαλάμῳ. Codd. Par. A. B. Vict. θαλάμοις. Ita Aldinam quoque in suo exemplo habere ait Matthiae, non θαλάμοι, ut notatum est a Seidlero. Meum vero exemplum θαλάμοι, et haud dubie alia quoque: unde Brubachianum θαλάμῳ petitum.

V. 206. Libri: ἔτεκεν, ἔτρεφεν εὐκταίαν. Monitum iam olim a me, sententia non minus quam metro iubente inserendum esse εὖτ᾽.

νυμφεῖόν γ', οἴμοι, δύςνυμφον
τῷ τᾶς Νηρέως κούρας· αἰαῖ·
νῦν δ' ἀξείνου πόντου ξεῖνα
δυςχόρτους οἴκους ναίω.
ἄγαμος, ἄτεκνος, ἄπολις, ἄφιλος, ἀντ. γ'.
ἃ μναστευθεῖσ' ἐξ Ἑλλάνων
οὐ τὰν Ἄργει μέλπουσ' Ἥραν,
οὐδ' ἱστοῖς ἐν καλλιφθόγγοις
κερκίδι Παλλάδος Ἀτθίδος εἰκὼ
καὶ Τιτάνων ποικίλλουσ', ἀλλ'
αἱμοῤῥάντων δυςφόρμιγγα

V. 209. Libri νύμφαιον, οἴμοι. Scaliger νύμφαν. Musgravius νυμφεῖόν γ'.

V. 210. Libri τῷ τᾶς Νηρέως κούρας, sequenti versui adiicientes αἲ αἴ. Seidlerus, interiectione a metris separata, versum catalecticum dedit, τῷ τᾶς Νηρῆος κούρας. Praecedens versus si admissa νύμφαν catalecticus est, hic quoque eo metro esse debet. Ineptissime enim versu acatalecto finiretur oratio, praesertim praegressis catalecticis. Ita vero Νηρείας potius quam Νηρῆος scribendum esset; vide infra ad v. 421. Sed si praecedit acatalectus, nihil hunc numerum in hoc quoque versu quod displicere possit habere patet, quia sic nova complexio sententiarum illo νυμφεῖόν γ' incipit. In transcursu moneo, Ἀχιλλήϊον in verbis, quae ut ex Sophoclis Ἀχιλλέως ἐρασταῖς affert scholiastes Pindari ad Nem. VI. 85. neque a metro, quod ignotum est, aliquid praesidii habere, nec temere spernendum esse Heathii iudicium, cui ne esse quidem ista Sophoclis verba videbantur.

V. 214. Scaliger quum animadvertisset alieno loco inserta esse supra post v. 201. illa, ἃ μναστευθεῖσ' ἐξ Ἑλλάνων, hic ea collocanda censuit. Cuius iudicium eo magis sequendum duxi, quod hic positus ille versus magnam vim orationi addit, eo autem quo legebatur loco facit ut narratio sit praepostera.

V. 217. Audacius etiam dictum in Meleagri fragmento 17. ed. Matth. κερκίδος ἀοιδοῦ μελέτας, quod notavit Aristophanes in Ranis v. 1316.

V. 218. Deest in libris καί, quod, etsi omitti potuit, si κερκίδι Παλλάδος iunxisse Euripidem putamus, tamen recte videter addendum censuisse Tyrwhittus, quem sequuti sunt alii, motus maxime loco simillimo in Hecuba v. 466 seqq.

ξείνων αἱμάσσουσ᾽ ἄταν
βωμούς, οἰκτράν τ᾽ αἰαζόντων
αὐδάν, οἰκτρόν τ᾽ ἐκβαλλόντων
δάκρυον. καὶ νῦν κείνων μέν μοι
λάθα· τὸν δ᾽ Ἄργει δμαθέντα
κλαίω σύγγονον, ὃν ἔλιπον ἔτι βρέφος

V. 220. Aldina:
Τιτάνων ποικίλλουσα,
ἀλλ᾽ αἱμοῤῥάντων δυςφόρμι-
γγα ξείνων αἱμάσσουσ᾽ ἄταν,
βωμοὺς οἰκτράν τ᾽ αἰαζόντων,
οὐδ᾽ ἀνοικτρόν τ᾽ ἐκβαλλόντων δάκρυον
καὶ νῦν κείνων μέν μοι
λάθα, τὸν δ᾽ Ἄργει δμαθέντα
κλαίω σύγγονον.

G. Dindorfius ex sua coniectura edidit ξείνων αἱμόῦσ᾽ ἄταν βωμούς, quo quum id sit assequutus, ut qui sequuntur tres versus singuli integram sententiam contineant, valde probabilis illa videri correctio potest. Verum sunt tamen etiam quae eam admittere dissuadeant. Primum enim αἱμάσσειν quidem saepe, nusquam autem αἱμοῦν apud tragicos invenitur, omninoque hoc verbum non aliam, quod sciam, auctoritatem habet, quam Hesychii illud: αἱμώθη, ᾑματώθη. Deinde, etiam si servato αἱμάσσουσ᾽ in sequentibus versibus et βωμοὺς et αὐδὰν et δάκρυον et λάθα primum pedem implentia faciunt ut sententiae non cum ipsis versibus finiantur, sed producantur in sequentium versuum numeros, tamen id ipsum tantum abest ut ab anapaestis spondiacis abhorreat, ut quodammodo etiam consentaneum sit huius metri naturae: et duo verba valde commendant hanc versuum descriptionem, δάκρυον, qui anapaestus in primo quam in ultimo pede gravior est auribusque acceptior, et δμαθέντα, cuius verbi ultima syllaba ante κλαίω in fine versus commode, in medio versu vix ac ne vix quidem produci potuit.

V. 222. Libri οὐδ᾽ ἄνοικτρόν τ᾽, ex quo Tyrwhittus verissime αὐδάν, οἰκτρόν τ᾽ eruit.

V. 225. Libri: ὃν ἔλιπον ἐπιμαστίδιον ἔτι βρέφος, ἔτι νέον, ἔτι θάλος ἐν χερσὶ ματρὸς, πρὸς στέρνοισί τ᾽. Quoniam θάλος non potest solum per se puerum infantem significare, Seidlerus ἔτι νέον ἔτι θάλος coniunctim dictum putavit pro ἔτ᾽ ἔτι νέον θάλος, versusque exhibuit hos:
σύγγονον, ὃν ἔλιπον ἐπιμαστίδιον
τότ᾽ ἔτι βρέφος, ἔτι νέον ἔτι θάλος ἐν
χερσὶν ματρὸς πρὸς στέρνοισίν τ᾽,

ἐπιμαστίδιον τότε, νέον ἔτι θάλος,
ἐν χερσὶν ματρὸς πρὸς στέρνοις τ᾽,
Ἄργει σκηπτοῦχον Ὀρέσταν.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν ὅδ᾽ ἀκτὰς ἐκλιπὼν θαλασσίους
βουφορβὸς ἥκει, σημανῶν τί σοι νέον.

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

Ἀγαμέμνονος παῖ καὶ Κλυταιμνήστρας τέκνον,
ἄκουε καινῶν ἐξ ἐμοῦ κηρυγμάτων.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί δ᾽ ἔστι τοῦ παρόντος ἐκπλῆσσον λόγου;

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

ἥκουσιν εἰς γῆν κυανέαν Συμπληγάδα
πλάτῃ φυγόντες δίπτυχοι νεανίαι,
θεᾷ φίλον πρόσφαγμα καὶ θυτήριον

---

quorum qui medius est, parum ille elegans propter ἐν in fine positum, haud paullo melior esset, si scripsisset τότε γ᾽ ἔτι βρέφος. Inconcinnum est enim ἔτι ultima et producta, quum in duobus reliquis brevis sit, et ictu notata, quum reliqua duo ἔτι non sint sub ictu. Neque vero illud ἔτι νέον ἔτι θάλος aut placere potest, aut comparari cum illo, quod Seidlerus ex v. 1218. attulit,

ἔτι νιν, ἔτι βρέφος, ἔτι φίλας
ἐπὶ ματέρος ἀγκάλαισι θρώσκων,

in quo interpositum pronomen facit ut recte repetatur ἔτι. Non videtur dubitandum esse quin exciderit τότε. Id igitur reposui pro secundo ἔτι, ordine verborum mutato. Perturbatio ex eo orta videtur quod librarius, ubi ἔτι βρέφος scribere debebat, oculis litterarum similitudine deceptis ad ἐπιμαστίδιον aberravit, quod vocabulum aperte sic debuit collocari, ut primus dipodiae ictus in tertiam eius syllabam incideret.

V. 234. Ald. κυανεᾶν συμπληγάδων. Piersoni emendationem in Veris. l. 2. p. 15. Κυανέαν συμπληγάδα confirmarunt codices omnes.

Ἀρτέμιδι. χέρνιβας δὲ καὶ κατάργματα
οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ποδαποί; τίνος γῆς ὄνομ᾽ ἔχουσιν οἱ ξένοι;

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

Ἕλληνες, ἓν τοῦτ᾽ οἶδα, κοὐ περαιτέρω.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐδ᾽ ὄνομ᾽ ἀκούσας οἶσθα τῶν ξένων φράσαι;

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

Πυλάδης ἐκλῄζεθ᾽ ἅτερος πρὸς θατέρου.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τοῦ ξυζύγου δὲ τοῦ ξένου τί τοὔνομ᾽ ἦν;

V. 242. Pyladae nomen non norat Iphigenia. Ideo eam poeta supra v. 61. dicentem fecit non fuisse filium Strophio, quum ipsa ad Tauros transferretur.

V. 243. Libri *τοῦ ξυζύγου δὲ τοῦ ξένου τί τοὔνομ᾽ ἦν;* Mirum probari quibusdam potuisse, quod Elmsleius coniecit, *τῷ ξυζύγῳ*, quia rectius dicatur *τί σοι ὄνομά ἐστι;* quam *τί σου ὄνομά ἐστι;* Num vero etiam *τί σοι τοὔνομά ἐστι;* Enim vero exemplorum, quae attulit Elmsleius, duo id visa sunt confirmare. At quae tandem? Aristophanis in Eq. 1257.

ἐμοὶ δέ γ᾽ ὅ τι σοι τοὔνομ᾽ εἴπ᾽·

et Pac. 189.

εἰ μὴ κατερεῖς μοι τοὔνομ᾽ ὅ τι πότ᾽ ἐστί σοι.

Quis vero non videt utroque in versu *τοὔνομα* ex verbo pendere, ad *ἐστὶ* autem tantummodo pertinere *ὅ τι σοι*? Recte ergo dicitur *τοὔνομα, ὅ τι σοί ἐστι.* Sed qui quaerit *τί σοι τοὔνομά ἐστι;* non quaerit *quid tibi nomen est,* sed, satis quidem moleste supervacaneum quid addens: *quid tibi est quod habes nomen?* Illud vero recte: *τοῦ ξυζύγου δὲ τί ἐστι τοὔνομα,* quia hoc est, *nomen autem, quod habet socius, quid est.*

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

οὐδεὶς τόδ' οἶδεν· οὐ γὰρ εἰςηκούσαμεν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πῶς δ' εἴδετ' αὐτοὺς καὶ τυχόντες εἵλετε;

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν ἀξένου πόρου.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ τίς θαλάσσης βουκόλοις κοινωνία;

ΒΟΥΚΟΛΟΣ.

βοῦς ἤλθομεν νίψοντες ἐναλίᾳ δρόσῳ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐκεῖσε δὴ 'πάνελθε, πῶς νιν εἵλετε
τρόπῳ θ' ὁποίῳ· τοῦτο γὰρ μαθεῖν θέλω.
χρόνιοι γὰρ ἥκουσ', οὐδέ πω βωμὸς θεᾶς
Ἑλληνικαῖσιν ἐξεφοινίχθη ῥοαῖς.

V. 245. Non male Reiskius *χἀντυχόντες εἵλετε*. Sed non opus. Handius comparavit Soph. Oed. Col. 1489.

ἀνθ' ὧν ἔπασχον εὖ, τελεςφόρον χάριν
δοῦναί σφιν, ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην.

V. 246. Libri *ἀκταῖσιν ἐπὶ ῥηγμῖσιν*. Emendarunt viri docti ex Plutarcho de exsilio c. 7. p. 602. A. ubi *Εὐξείνου πόντου* scriptum.

V. 251. In Brub. emendate *ἥκουσ'*. Antea legebatur *ἥκουσιν*. *Οὐδέ πω*, in quo quidam haeserunt, monui in censura Seidleri editionis sic dictum esse, ut *diu est et nondum sacrificati sunt Graeci* sit pro *diu est ex quo non sunt sacrificati*, ut in Sophoclis Oed. R. 717.

παιδὸς δὲ βλαστὰς οὐ διέσχον ἡμέραι
τρεῖς, καί νιν ἄρθρα κεῖνος ἐνζεύξας ποδοῖν
ἔῤῥιψεν ἄλλων χερσὶν εἰς ἄβατον ὄρος.

ἐπεὶ τὸν εἰςῥέοντα διὰ Συμπληγάδων
βοῦς ὑλοφορβοὺς πόντον εἰςεβάλλομεν,
ἦν τις διαῤῥὼξ κυμάτων πολλῷ σάλῳ
κοιλωπὸς ἀγμός, πορφυρευτικαὶ στέγαι.
ἐνταῦθα δισσοὺς εἶδέ τις νεανίας
βουφορβὸς ἡμῶν, κἀπεχώρησεν πάλιν
ἄκροισι δακτύλοισι πορθμεύων ἴχνος·
ἔλεξε δ᾽, οὐχ ὁρᾶτε; δαίμονές τινες
θάσσουσιν οἵδε. θεοσεβὴς δ᾽ ἡμῶν τις ὢν
ἀνέσχε χεῖρα καὶ προςεύξατ᾽ εἰςιδών,
ὦ ποντίας παῖ Λευκοθέας, νεῶν φύλαξ,
δέσποτα Παλαῖμον, ἵλεως ἡμῖν γενοῦ,
εἴτ᾽ οὖν ἐπ᾽ ἀκταῖς θάσσετον Διοςκόρω,
ἢ Νηρέως ἀγάλμαθ᾽, ὃς τὸν εὐγενῆ
ἔτικτε πεντήκοντα Νηρῄδων χορόν.
ἄλλος δέ τις μάταιος, ἀνομίᾳ θρασύς.
ἐγέλασεν εὐχαῖς, ναυτίλους δ᾽ ἐφθαρμένους
θάσσειν φάραγγ᾽ ἔφασκε τοῦ νόμου φόβῳ,
κλύοντας ὡς θύοιμεν ἐνθάδε ξένους.
ἔδοξε δ᾽ ἡμῶν εὖ λέγειν τοῖς πλείοσιν,
θηρᾶν τε τῇ θεῷ σφάγια τἀπιχώρια.
κἂν τῷδε πέτραν ἅτερος λιπὼν ξένοιν

V. 254. Ald. ὑλοφορβοὶ, quod fuerunt qui praeferrent. Flor. 1. ὑλοφόρους. Caeteri codd. ὑλοφορβούς, quod probarunt Marklandus et Musgravius. Vel per se satis mira pastorum appellatio ὑλοφορβοὶ multo ineptior hic est, ubi, si ulla opus erat appellatione, potius quae armenta, quam quibus in locis pastores ea pascerent, indicandum erat. Accentus nescio an rectius in penultima notetur.

V. 256. Ald. ἁρμός. Emendavit Brodaeus, firmaruntque codd. omnes. Conf. Elmsl. ad Bacch. 1092.

V. 274. Ald. πέτροις. Omnes libri ξένην. Brodaeus πέτραν, ut Flor. 1. et ξένοιν. Caeteri codd. πέτραν.

ἔστη, κάρα τε διετίναξ᾽ ἄνω κάτω,
κἀπεστέναξεν ὠλένας τρέμων ἄκρας,
μανίαις ἀλαίνων, καὶ βοᾷ, κυναγὸν ὥς,
Πυλάδη, δέδορκας τήνδε; τήνδε δ᾽ οὐχ ὁρᾷς
Ἅιδου δράκαιναν, ὥς με βούλεται κτανεῖν
δειναῖς ἐχίδναις εἰς ἔμ᾽ ἐστομωμένη;
ἡ δ᾽ ἐκ χλιδώνων πῦρ πνέουσα καὶ φόνον

V. 277. Libri: καὶ βοᾷ κυναγὸς ὥς. Mirum vero tam clamosos esse venatores, ut qui vehementer clamet venatori sit comparandus. Nisi criticis saepe satis esset, si nec grammaticae nec metri lex laesa est, vidissent Euripidem scripsisse καὶ βοᾷ, κυναγὸν ὥς Πυλάδη δέδορκας τήνδε. Venatrices et appellari Furias et ornatu venatricum pingi notissimum est: ostenditque Boettigerus in libro quem scripsit de persona furiali, cui tamen p. 50. accidit, ut festinantius inspectis versibus qui sunt in Oreste 273. 274. his venatricibus etiam arcum et sagittas tribueret. Caeterum ne vituperari hoc posset, quod Furiis agitatus fingitur Orestes, quem oportebat non aliter quam liberatum a crimine Areopagi iudicio ad asportandum Dianae simulacrum mitti, infra cavit poeta eo invento, quod v. 942. seqq. exponitur.

V. 278. Melius, mea quidem sententia scripsisset, aut τήνδε δ᾽ αὖθ᾽· ὁρᾷς Ἅιδου δράκαιναν; aut τήνδε τ᾽ (οὐχ ὁρᾷς;) Ἅιδου δράκαιναν.

V. 281. Aldina: ἤδ᾽ ἐκ χιτώνων πῦρ πνέουσα, καὶ φόνον, πτεροῖς ἐρέσσει μητέρ᾽ ἀγκάλαις ἐμὴν ἔχουσα, πέτρινον ὄχθον ὡς ἐπεμβάλῃ. Nihil discrepantiae adnotatum ex codd. Nec prosunt haec Plutarchi ad Coloten p. 1123. A. B. ἀλλ᾽ ἵνα ταῦτα ἐάσω, τί μᾶλλον ἐναργὲς οὕτως ἐστὶ καὶ πεπιστευμένον ὡς τὸ παρορᾶν καὶ παρακούειν ἐν πάθεσιν ἐκστατικοῖς καὶ μελαγχολικοῖς ὄντα, ὅταν ἡ διάνοια τοιαῦτα πάσχῃ καὶ ταράττηται,

αἱ δέ με δᾳδοφόροι μελανείμονες ὄμμα πυροῦσι,

καὶ

μητέρα ἀγκάλαις ἐμὴν
ἔχουσα.

Eodem fere modo Boettigerus in libro paullo ante memorato p. 31. illud ἐκ χιτώνων πῦρ πνέουσα καὶ φόνον defendendum putavit. Aliis vitium latere visum est in his verbis, sed non est inventus qui emendationem afferret commemorabilem. Fuerunt etiam qui explicare conarentur. Ac Seidlerus longa eaque nigra veste caput obvolutum fingi putabat, ut sic ignem et necem ex veste spirare Furia diceretur. At quis eam imaginem mente concipiat, nisi diserte describat eum habitum poeta? Matthiae autem ἐκ χιτώνων πτεροῖς ἐρέσσει iungens, id interpretatus est *alis e*

πτεροῖς ἐρέσσει, μητέρ᾽ ἀγκάλαις ἐμὴν
ἔχουσα, πέτρινον ὄχθον, ὡς ἐπεμβάλῃ.

---

veste prominentibus remigat. Hoc vero, si constructio verborum spectatur, durum est; si sententia, rem continet valde inutilem: satis est enim alatam esse Furiam, nec quisquam curat, utrum ex veste promineant alae, an supra vestem ex humeris. Utraque vero in explicatione ineptus est pluralis χιτώνων, qui vel ipse per se mendi suspicionem facit. Valde placeret Elmsleii sententia, cui in illo vocabulo latere visum est nomen loci, ex quo πτεροῖς ἐρέσσειν Furia diceretur, si modo quid illud nominis sit videretur inveniri posse. Nam duo omnino loci, si quid video, cogitari possunt, unde venientem conspiciat Furiam Orestes, caelum et mare. At in caelo, aethere, nubibus vix invenietur quidquam, cui nomen sit simile illi quod hic scriptum legimus: mare autem si quis forte designari velit ἐκ κλυδώνων scribendo, magnam dubitationem iniicit pluralis, qui ita est inusitatus, ut etiam apud Lycophronem v. 474. quod ego quidem solum in promptu habeo exemplum, suspectus esse videatur. Ibi hi versus leguntur:

γλαυκῷ κελαινὸν δόρπον ὤτρυνεν κυνὶ
στεῖλαι τριπλᾶς θύγατρας ὃ σπείρας βάβαξ,
τῷ πᾶσαν ἅλμῃ πηλοποιοῦντι χθόνα,
ὅταν κλύδωνας ἐξερεύγηται γνάθων,
λάβρῳ σαλεύων πᾶν τρικυμίᾳ πέδον.

Cetum dicit. Memorabile est autem, quod, etsi haec aptissima est et elegantissima scriptura, tamen optimus codex Parisiensis κλύδωνος habet, scholiastesque in eo codice ὅταν ἐκ τῶν τοῦ κλύδωνος ἐκ τῶν στομάτων λέγηται: quod sic corrigendum videtur: ὅταν ἐκ τῶν τοῦ κλύδωνος στομάτων ἐρεύγηται: in paraphrasi autem sic scriptum: τῷ πᾶσαν τὴν γῆν τῷ ὕδατι τῆς θαλάσσης πηλοποιοῦντι, ὅταν ἐκ στόματος ἐρεύγηται τοῦ κλύδωνος τῇ σφοδρᾷ τρικυμίᾳ σαλεύων πᾶν ἔδαφος. Haec quidem durissima est verborum coniunctio: sed tamen ista omnia faciunt ut dubitandum videatur an verum sit κλύδωνος, quumque multis in codicibus sit λάβρως, versus illi sic fuerint scripti:

ὅταν κλύδωνος ἐξερεύγηται γνάθων
λάβρως σαλεύων πᾶν τρικυμίᾳ πέδον.

Neque enim, hic quidem, malit quis κλύδωνος γνάθον legi. Ut ad Euripidem revertar, etiam si nihil in hoc vocabulo κλυδώνων offensionis esset, tamen vel propterea non veri similis videretur haec coniectura, quod mirum esset quomodo tam notum et planum nomen in χιτώνων corrumpi potuerit. Alia hic latet exquisitior vox, eaque apud Hesychium in αἴγλη cum ipso χιτὼν permutata, de qua re videnda Stephani editio Londinensis p. 1444. Scribendum enim ἣ δ᾽ ἐκ χλιδώνων πῦρ πνέουσα καὶ φόνον. Hesychius: χλιδῶνες· κόσμοι ὧν αἱ γυναῖκες περὶ τοῖς βραχίοσιν

οἴμοι· κτενεῖ με. ποῖ φύγω; παρῆν δ' ὁρᾶν
οὐ ταῦτα μορφῆς σχήματ', ἀλλ' ἠλλάσσετο

ἐώθασι φορεῖν καὶ τοὺς τραχήλους. Asius apud Athenaeum XII. p. 525. F. cuius versus, ex parte ab Naekio emendati in Choerilo p. 76. sic, nisi fallor, scripti fuerunt:

δαιδάλεοι δὲ χλιδῶνες ἀρηρότες ἀμφοτέρωθεν
ἀμφιβραχιονίσαντες ὑπασπίδιον πολεμιστήν.

Scilicet Furias, quae Aeschylo *πεπλεκτανημέναι πυκνοῖς δράκουσι* dicuntur, et collum anguibus cinctas et brachia tortuoso volumine serpentum circumplicatas fingi antiqua monumenta docent. Eum hic ornatum *χλιδῶνας* appellavit Euripides, quod his illae collaribus, his illae armillis, dum simul taedas tenent, igni morsuque viperino necem minantur. Operae pretium est autem ad artem animum advertere, qua hanc descriptionem Furiarum poeta composuit. Quum enim communis opinio tres nosset Furias, in prima earum satis habuit venatricis speciem nominare; secundam viperas ex manibus intentantem fingit, qualem in monumentis expressam cernere licet: in tertia ornatum quidem armillarum taediferae manus memorat, sed atrocius quid invenit, spectrum occisae matris, quod illa brachiis gestans, territura Orestem et perditura, per auras advolet. Sed in huius quoque descriptione reprehendendi mihi sunt critici atque interpretes, quod in grammatica constructione verbornm nihil vitii esse videntes de sententiae perversitate non cogitarunt. Nam quid hoc est, quemadmodum interpungunt: *πτεροῖς ἐρέσσει, μητέρ' ἀγκάλαις ἐμὴν ἔχουσα, πέτρινον ὄχθον ὡς ἐπεμβάλῃ?* Quamvis haec insania correptus clamitet Orestes, tamen loqui insana eum non decet. Risum enim, non horrorem movisset. Et tamen Marklando hoc videbatur pulcerrimum, insana insanum loqui. Atqui unde scit, Furiam, quae matris spectrum in ulnis habet, rupem in se esse coniecturam? Et rupem quidem totam, non saxum? Credi de saxo posset, si saxum illa gestaret: quamquam satis inepte id esset inventum. Nunc plane absurdum est illud, quod visus est dicere poeta. Immo interpungendum erat sic: *πτεροῖς ἐρέσσει, μητέρ' ἀγκάλαις ἐμὴν ἔχουσα, πέτρινον ὄχθον, ὡς ἐπεμβάλῃ.* Id voluit intelligi *ἐρέσσει πρὸς πέτρινον ὄχθον, μητέρα ἐμὴν ἀγκάλαις ἔχουσα, ὡς αὐτὴν ἐπεμβάλῃ μοι.* Nam *πέτρινος ὄχθος* est rupes, in qua sedebat Orestes. Ad eam rupem advolantem cernere sibi videtur Furiam, matrisque ab se occisae quod amplexa fert spectrum in ipsum velle coniicere.

V. 284. Libri: *παρῆν δ' ὁρᾶν οὐ ταυτὰ μορφῆς σχήματ'.* Emendavit Seidlerus, qui etsi non ex omni parte veram est rationem assequutus, tamen illud perspexit rectissime, non dici mugire et latrare Orestem, sed hoc sibi velle pastorem qui haec narrat, non conspectas usquam esse illas rerum formas, quas videre sibi

φθογγάς τε μόσχων καὶ κυνῶν ὑλάγματα
ἅ φασ' Ἐρινῦς ἱέναι μιμήματα.
ἡμεῖς δὲ συσταλέντες, ὡς θαμβούμενοι,
σιγῇ καθήμεθ'· ὁ δὲ χερὶ σπάσας ξίφος,
μόσχους ὀρούσας εἰς μέσας λέων ὅπως,

---

visus esset Orestes, sed confudisse illum voces vitulorum canumque latratus cum Furiis: Id vituperat Matthiae, quaerens ubi tandem ἀλλάσσεσθαι sit res inter se confundere. Neque in Seidleri interpretatione esset quod reprehenderetur, nec plane ab loci sententia aberrasset Matthiae, si illa recte intellexissent, ἅ φασ' Ἐρινῦς ἱέναι μιμήματα, quae adnotationes eorum inspicienti patebit utrique visa esse explicationis caussa addi, ita ut etiam omitti potuerint. At non est ita, sed pars illa sunt necessaria sententiae, quippe id continentia, quod de mugitu vitulorum et canum latratu praedicatur: quare virgulam quae ad ὑλάγματα adiecta erat sustuli. Hoc dicit: ἤλλάσσετο τὰς τῶν μόσχων φθογγὰς καὶ τὰ τῶν κυνῶν ὑλάγματα μιμήματα, ἅ φασιν Ἐρινῦς ἱέναι. Ἀλλάσσεσθαι constat esse permutare sibi aliquid vel dando aliud pro eo vel accipiendo: unde et emere est et vendere. Nunc qui mentis errore res inter se confundit et permutat, veram rerum speciem alienat ab se et mutat in falsam. Id autem in quod quid mutatur Graece linguae ratio accusativo significari postulat. Itaque haec est illorum verborum sententia: *voces ille vitulorum canumque latratus mentis errore pro imitamentis habuit, qualia Furiae dicuntur immittere.*

V. 287. Aldina et cod. Par. A. perperam ἅς, Brodaeus ἅ, quod firmarunt caeteri codices Parisini.

V. 288. Libri: ἡμεῖς δὲ συσταλέντες ὡς θανούμενοι, sed ultimo verbo in Flor. 2. Vict. superscriptum μβ, unde quum Seidlerus in praefatione p. 12. ὡς θαμβούμενοι probasset, riserunt hunc scilicet Datismum Elmsleius et Matthiae, nec provide neque ut ipsi graviorem notam evitarint. Nam et θαμβεῖσθαι recte dicitur, usurpavitque Plutarchus in Caesare c. 45. quod vel ex Stephani Schneiderive lexico cognosci poterat, et quod servarunt θανούμενοι absurdum est. Quis enim mortis metus pastoribus ab homine, qui ipse sibi per delirium mortem metueret? Rectissime iudicavit Seidlerus, vir non verba tantum, sed etiam sententiam verborum spectare solitus. Eum sequutus est Boissonadus.

V. 289. Libri ὁ δὲ περισπάσας ξίφος, quod defendendum putabat Seidlerus. Sed περισπᾶν est *abstrahere*, *detrahere*. Piersonus Veris. p. 17. et Marklandus ὁ δὲ χερὶ σπάσας. Opportune monuit Matthiae etiam in Androm. 167. pro Aldinae περισπείρων codices χερὶ σπείρων praebere.

παίει σιδήρῳ λαγόνας εἰς πλευρὰς ἱείς,
δοκῶν Ἐρινῦς θεὰς ἀμύνεσθαι τάδε,
ὡς αἱματηρὸν πέλανον ἐξανθεῖν ἁλός.
κἀν τῷδε πᾶς τις, ὡς ὁρᾷ βουφόρβια
πίπτοντα καὶ πορθούμεν᾽, ἐξωπλίζετο,
κόχλους τε φυσῶν συλλέγων τ᾽ ἐγχωρίους·
πρὸς εὐτραφεῖς γὰρ καὶ νεανίας ξένους
φαύλους μάχεσθαι βουκόλους ἡγούμεθα.
πολλοὶ δ᾽ ἐπληρώθημεν ἐν μικρῷ χρόνῳ.
πίπτει δὲ μανίας πίτυλον ὁ ξένος μεθείς,
στάζων ἀφρῷ γένειον· ὡς δ᾽ ἐσείδομεν

V. 291. Coniecturarum quae praeter necessitatem de hoc versu factae sunt, optima, qua tamen et ipsa facile caremus, Elmsleii est ad Heracl. 824. λαγόνας εἰς μέσας.

V. 292. Rectius Matthiae τάδε per οὕτως explicavit, quam Seidlerus, qui interpretatur *putans talia facta arcere Furias.* Sententiam tamen, non rationem locutionis, quae hodie vix cuiquam obscura est, per οὕτως declarari patet.

V. 293. Marklandus pro ὡς, quod libri habent, ὥστε scribendum censebat. Rarius, sed non falsum est ὡς. V. ad Soph. Antig. 292. Deinde codices omnes πέλαγος, sed Aldina πέλανον, quod servarunt Seidlerus aliique, quum in Alcest. 853. Hercules de Leto dicat:

ἢν δ᾽ οὖν ἁμάρτω τῆσδ᾽ ἄγρας καὶ μὴ μόλῃ
πρὸς αἱματηρὸν πέλανον.

Unde Rhesi scriptor v. 430.

ἔνθ᾽ αἱματηρὸς πέλανος εἰς γαῖαν Σκύθης
ἠντλεῖτο λόγχῃ Θρῄξ τε συμμιγὴς φόνος.

Et Aeschylus Pers. 818.

τόσος γὰρ ἔσται πέλανος αἱματοσταγὴς
πρὸς γῇ Πλαταιῶν Δωρίδος λόγχης ὕπο.

His satis defenditur scriptura Aldinae. Boves enim in mari stabant: v. v. 254. Non malum tamen, quod codices habent: quod sic intelligendum, ὡς πέλαγος ἁλὸς ἐξανθεῖν αἱματηρόν, *ut mare factum sit sanguinolentum.* Neque enim ἐξανθεῖν genitivo opus habet, sed per se est *efflorescere.* Aeschylus Pers. 823.

ὕβρις γὰρ ἐξανθοῦσ᾽ ἐκάρπωσε στάχυν
ἄτης.

προὔργου πεσόντα, πᾶς ἀνὴρ ἔσχεν πόνον
βάλλων, ἀράσσων· ἅτερος δὲ τοῖν ξένοιν
ἀφρόν τ' ἀπέψη σώματός τ' ἐτημέλει
πέπλων τε προὐκάλυπτεν εὐπτύκτους ὑφάς,
καραδοκῶν μὲν τἀπιόντα τραύματα,
φίλον δὲ θεραπείαισιν ἄνδρ' εὐεργετῶν.
ἔμφρων δ' ἀνᾴξας ὁ ξένος πεσήματος,
ἔγνω κλύδωνα πολεμίων προςκείμενον
καὶ τὴν παροῦσαν συμφορὰν αὐτοῖν πέλας,
ᾤμωξέ θ'· ἡμεῖς δ' οὐκ ἀνίεμεν πέτρους
βάλλοντες, ἄλλος ἄλλοθεν προςκείμενοι.
οὗ δὴ τὸ δεινὸν παρακέλευσμ' ἠκούσαμεν,
Πυλάδη, θανούμεθ'· ἀλλ' ὅπως θανούμεθα
κάλλισθ'· ἕπου μοι, φάσγανον σπάσας χερί.
ὡς δ' εἴδομεν δίπαλτα πολεμίων ξίφη,
φυγῇ λεπαίας ἐξεπίμπλαμεν νάπας.
ἀλλ' εἰ φύγοι τις, ἅτεροι προςκείμενοι
ἔβαλλον αὐτούς· εἰ δὲ τούςδ' ὠσαίατο,

V. 304. Libri ἀπέψα, etiam apud Lucianum Amor. c. 47. T. II. p. 450. Emendavit Elmsleius.

V. 305. Apud Lucianum legitur πέπλον et εὐπήκτοις ὑφαῖς atque εὐπήκτους ὑφάς. Etiam Aldina Euripidis εὐπήκτοις ὑφαῖς, sed codices omnes εὐπήνους ὑφάς. Sic infra v. 803. et 1434. Cadit in hunc locum, quod Porsonus monuit ad Medeae v. 675. Aldinam hac in fabula aliquando meliorem lectionem aut melioris lectionis vestigia conservasse. Male arcerentur tela simplici velamine obtento. Scripsit Euripides εὐπτύκτους ὑφάς.

V. 309. Libri ἔγνωκε κλύδωνα. Emendarunt Scaliger et Duportus.

V. 311. In Vict. ad πέτρους superscriptum οι, ut fuerint qui legerent πέτροις.

V. 315. Recte Matthiae sequutus est Marklandum et Berglerum ad Aristoph. Eq. 81. qui maiorem pro minore distinctione ad κάλλιστα apposuerunt. Si ὅπως θανούμεθα κάλλιστα ex ἕπου μοι penderent, ut Seidlero et Blomfieldio ad Sept. c. Theb. 585. videbatur, et multo debilior esset oratio, et scripsisset opinor Euripides θάνωμεν.

αὖθις τὸ νῦν ὑπεῖκον ἤρασσον πέτροις.
ἀλλ' ἦν ἄπιστον· μυρίων γὰρ ἐκ χερῶν
οὐδεὶς τὰ τῆς θεοῦ θύματ' εὐτύχει βαλών.
μόλις δέ νιν τόλμῃ μὲν οὐ χειρούμεθα,
κύκλῳ δὲ περιβάλλοντες ἐξελέψαμεν
πέτροισι χειρῶν φάσγαν', εἰς δὲ γῆν γόνυ
καμάτῳ καθεῖσαν. πρὸς δ' ἄνακτα τῆσδε γῆς
κομίζομέν νιν. ὁ δ' ἐσιδὼν ὅσον τάχος
ὡς χέρνιβάς τε καὶ σφαγεῖ' ἔπεμπέ σοι.

V. 320. Ald. *οὔτις*, quod miror Elmsleium ad Med. 1185. ubi exempla in quibus *εἰ* ut hoc loco dictum est congessit, servasse. Codd. omnes *αὖτις*, ab Seidlero in *αὖθις* mutatum. Deinde Ald. *ἤρασσεν*, codd. Parisini et Florentini *ἤρασσον*, ut de nomine collectivo. Denique Flor. 1. *πέτρας*, 2. *πέτραν*.

V. 322. Ald. *λαβών*, quod emendatum ex codd. omnibus.

V. 323. Par. A. *τόλμῃ μὲν ἐχειρούμεθα*.

V. 324. Libri *ἐξεκλέψαμεν*. Id verbum ineptum esse vidit Bothius, qui non male coniecit *ἐξεκόψαμεν*. Sed videtur hoc communi vitae potius, quam dictioni tragicae convenire. Quare exquisitius verbum una deleta littera reposui. Hesychius: *ἐξέλεψεν. ἐξέγλυψεν, ἐξελέπισεν*. Et veri similius est hoc, quam *ἐξεκόψαμεν*, a scribis in *ἐξεκλέψαμεν* esse mutatum.

V. 328. Ald. *ὡς χέρνιβάς τε καὶ σφάγι' ἐξέπεμπέ σοι*. Ex Flor. 1. 2. allatum *τε χέρνιβας*. Iidem codd. et Par. A. B. Vict. *ἔπεμπέ σοι*. Valckenarius ad Phoen. 1409. *ἐς χέρνιβάς τε καὶ σφάγι' ἐξέπεμπέ σοι*. Piersonus Vers. p. 65. *ἐς χέρνιβάς τε σφάγιά τ' ἐξέπεμπέ σοι*. Seidlerus ex Musgravii emendatione, *ἐς χέρνιβάς τε καὶ σφαγεῖ' ἔπεμπέ σοι*. Sic etiam Elmsleius ad v. 566. Non erat idonea caussa, cur *ὡς* in *ἐς* mutaretur, quum *χέρνιβες*, praesertim adiuncto *καὶ σφαγεῖα*, recte pro sacrificio dicantur. Imitatum Euripidis versum esse Lycophronem putat Bachmannus v. 195. sic de Iphigenia dicentem:

καὶ τὴν ἄφαντον εἶδος ἠλλοιωμένην
γραῖαν σφαγείων ἠδὲ χερνίβων πέλας,

ubi dubitari potest, an, quum non aliunde compertum habeamus in anum mutatam esse Iphigeniam, scripserit ille *Γραίᾳ*, siquidem Aulidis nusquam mentionem fecit, sed sacrificium illud ad Poemandriam, qua Tanegram et Graeam complectitur, rettulit v. 326. ubi videnda adnotatio Bachmanni. Apud eumdem Lycophronem v. 184. *χερνίψαντες* scholia et paraphrasis interpretantur *σφαγιάσαντες*, et v. 209. *χέρνιβας* exponunt *θυσίας*.

εὔχου δὲ τοιάδ', ὦ νεᾶνί, σοι ξένων
σφάγια παρεῖναι· κἂν ἀναλίσκῃς ξένους
τοιούςδε, τὸν σὸν Ἑλλὰς ἀποτίσει φόνον,
δίκας τίνουσα τῆς ἐν Αὐλίδι σφαγῆς.

ΧΟΡΟΣ.

θαυμάστ' ἔλεξας τὸν φανένθ᾽, ὅςτις ποτὲ
Ἕλληνος ἐκ γῆς πόντον ἦλθεν ἄξενον.

V. 334. Elmsleius, observator sermonis diligentissimus, non sine caussa offensus est his, *Ἕλληνος ἐκ γῆς*, sed quum in rationem rei inquirere negligeret, eo se ab recta via abduci passus est, ut *Ἕλλην* femininum solis putaret recentioris aevi scriptoribus esse condonandum. At, si quidquam, sanissima sunt haec Aeschyli Agam. v. 1263.

καὶ μὴν ἄγαν γ' Ἕλλην' ἐπίσταμαι φάτιν,

et Euripidis in Heraclidis v. 131.

καὶ μὴν στολήν γ' Ἕλληνα καὶ ῥυθμὸν πέπλων.

Quibus profecto non magis offendi quisquam potest quam his in Iphigenia v. 39. 72. et in Medea v. 1331.

ὃς ἂν κατέλθῃ τήνδε γῆν Ἕλλην ἀνήρ·
καὶ βωμός, Ἕλλην οὗ καταστάζει φόνος·
Ἕλλην' ἐς οἶκον ἠγόμην.

Quid est ergo quod non item placere videntur *ὅστις ποτὲ Ἕλληνος ἐκ γῆς πόντον ἦλθεν ἄξενον?* Scilicet nomina gentilia quum proprie adiectiva sint, *Ἕλλην ἀνήρ*, *Ἑλληνὶς γυνή*, *Ἑλλὰς γῆ*, usu ita in substantiva verterunt, ut illa de quibus proprie dicuntur substantiva, *ἀνήρ*, *γυνή*, *γῆ*, tamquam comprehensa gentilibus suis, omitterentur. Ex his gentilibus derivata sunt adiectiva significantia id quod pertinet ad eum, qui nomine gentili appellatur, ut *Ἑλληνικός*. Pro his adiectivis poetae ipsa usurpant gentilia, additis quidem substantivis, quod fit sine ulla offensione, ubi genus utriusque nominis idem est, ut *Ἕλλην οἶκος*, *Ἑλληνὶς γῆ*. Differunt tamen significatu. Nam quum gentilibus designetur unus, una, unum de gente quadam, *Ἕλλην οἶκος* est domus natione Graeca: *Ἑλληνικὸς* autem, qualis est Graecorum: is vero potest etiam eorum esse, qui non sunt Graeci, sicut *Parthus eques* est eques natione Parthus, *Parthicus* autem dici potest etiam alius gentis, sed Parthi in modum armatus. Quum igitur gentilia magis re vera aliquid gentis cuiusdam esse, quam quae ex iis deducta sunt adiectiva declarent, maiorem in modum apparet haec differentia, quum genere discrepant ab substantivis suis. Quae Antiatticista p. 97, 3. adnotavit, *Ἕλλην γυνή· Φιλήμων Παι-*

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εἶεν. σὺ μὲν κόμιζε τοὺς ξένους μολών.

δαρίῳ. Ἑλλὰς ὁ ἀνήρ· Σοφοκλῆς Αἴαντι Λοκρῷ, inter ea quum multum interesse scripsit Elmsleius, hoc opinor in mente habuit, Ἑλλὰς nomen esse communis generis ut Ἀρκάς, usu plerumque ad feminina translatum, non item Ἕλλην. Recte: Γυνὴ Ἕλλην proprie est mulier quae est homo Graecus. Apte Eustathius p. 1484, 48. Αἰθίοπα γοῦν φασὶ φωνὴν Αἰσχύλος λέγει καὶ πότερα γυνή τις Αἰθίοψ φανήσεται; οὕτω δὲ φασι καὶ ἄλλα ἐξ ἀρσενικῶν ἐπὶ θηλυκὰ μεταφέρονται, ὡς τὸ Κίλιξ δὲ χώρα καὶ Σύρων ἐπιστροφαί. (legitur Σηρῶν) καὶ Ὅμηρος· θεαὶ δ' ἔπι ποιμένες εἰσί· καὶ Φερεκράτης· ἡγούμεθα τῆς πόλεως εἶναι ταύτας σωτῆρας· καὶ Σοφοκλῆς· τύχη γέ τῳ σωτῆρι· καὶ Θουκυδίδης· αἳ ἔτυχον φύλακες τῆς Μιλήτου· καὶ Ἀριστοφάνης· μετὰ τῆς γραμματέως συγγράψομαι. Eiusdem enim haec omnia generis sunt. Atque est ubi ne possit quidem femininum adhiberi, ut in eo quod Lobeckius ad Aiacem p. 272. ex Aristotelis Hist. an. VII. 6. attulit: ἡ μὲν γὰρ θυγάτηρ ἐγένετο οὐκ Αἰθίοψ, τὸ δ' ἐκ ταύτης. Ineptum esset enim sexus notam adiicere nomini, ubi sola est universae gentis natura significanda. Apparet ex his, haec proprie sic dici, ut servetur notio masculini, quemadmodum τύχη σωτὴρ fortuna dicitur quae est servator, et ἡ γραμματεὺς mulier quae est scriba. Ex quo sequitur recte illam verborum consociationem usurpari, ubi significantius natura rei indicanda est. Et poetis quidem liberum est ea etiam minus proprie uti; in quo eos imitati sunt prosae scriptores recentiores. Xenophontem mirabar Ἕλληνα φωνὴν dixisse, quod affert Lobeckius ex libro de venatione 2, 4. (aliis 2, 3): inspecto libro haec inveni diversissima, χρὴ δὲ τὸν μὲν ἀρκυωρὸν εἶναι ἐπιθυμοῦντα τοῦ ἔργου καὶ τὴν φωνὴν Ἕλληνα. Iam intelligi poterit quid in Euripidis verbis displicuerit Elmsleio. Videbatur enim sine caussa dictum Ἕλληνος ἐκ γῆς, quum in promptu esset quod ille reponendum coniecit, ὅστις ποτὲ Ἑλληνίδος γῆς πόντον ἦλθεν ἄξενον, in quo iungenda ὅστις Ἑλληνίδος γῆς, et Ἑλληνίδος ὅστις πότ' ἐκ γῆς πόντον ἦλθεν ἄξενον. Recte vero se habebit librorum scriptura, si haec quodammodo mirantem dicere putabimus Iphigeniam, quis sit ille qui Graeca ex terra, ex qua non sit veri simile, ad haec inhospitalia venerit loca. Alia causa fuit poetae, ut infra v. 482. scriberet,

ποίας πολίτης πατρίδος Ἕλληνος γεγώς.

Potuit quidem Ἑλλήνων, ut Elmsleius volebat, scribere, sed quum adiectivo uti placeret, maluit Ἕλληνος quam Ἑλλάδος, quod erat ambiguum futurum. Ἑλλάς, ut hoc addam, masculinum invenitur etiam in Soph. Trach. 1060. Eurip. Phoen. 1513. sed non ita accipiendum illud Sophoclis in Electra 682. ἐς τὸ κλεινὸν Ἑλλάδος πρόσχημ' ἀγῶνος.

τὰ δ' ἐνθάδ' ἡμεῖς οἷα φροντιούμεθα.
ὦ καρδία τάλαινα, πρὶν μὲν εἰς ξένους
γαληνὸς ἦσθα καὶ φιλοικτίρμων ἀεί,
εἰς θοὐμόφυλον ἀναμετρουμένη δάκρυ,
Ἕλληνας ἄνδρας ἡνίκ' εἰς χέρας λάβοις.
νῦν δ' ἐξ ὀνείρων οἷσιν ἠγριώμεθα,
δοκοῦσ' Ὀρέστην μηκέθ' ἥλιον βλέπειν,
δύσνουν με λήψεσθ', οἵτινές ποθ' ἥκετε.
καὶ τοῦτ' ἄρ' ἦν ἀληθές· ᾐσθόμην, φίλαι·
οἱ δυστυχεῖς γὰρ τοῖσιν εὐτυχεστέροις,
αὐτοὶ καλῶς πράξαντες, οὐ φρονοῦσιν εὖ.
ἀλλ' οὔτε πνεῦμα Διόθεν ἦλθε πώποτε,
οὐ πορθμίς, ἥτις διὰ πέτρας Συμπληγάδας

V. 340. Par. A. *λάβῃς*, superscripto tamen *οι*.

V. 342. Codd. Par. A. C. Flor. 1. 2. Vict. *δοκοῦσαν*.

V. 344. Libri *ἠχθόμην*. Quo fieri non potuit quin *καὶ τοῦτ' ἀληθὲς ἦν ἄρ'* ad hoc ipsum verbum referrent interpretes. At haec inepta sententia est. Non hoc verum esse dicit Iphigenia, se esse indignatione correptam, sed illud quod dici soleret, qui infelices facti essent, non bene velle felicibus. Quare *ᾐσθόμην* reposui. Id se expertam nunc esse dicit. Sic etiam L. Dindorfius, comparans haec in Hippolyto. v. 1403. *τρεῖς ὄντας ἡμᾶς ὤλεσ', ᾔσθημαι, μία.*

V. 346. Libri *αὐτοὶ κακῶς πράξαντες*. Seidlerus scribendum vidit *καλῶς*, tum tautologiae vitandae caussa, tum propter aoristum, tum quod haec sententia familiarissima sit Euripidi. Matthiae quum obiecit, necesse fuisse prius infelices esse, quam infesti essent felicioribus, non videtur cogitasse id ipsum contineri illo *οἱ δυστυχεῖς*, qui si non *αὐτοὶ κακῶς πράσσοντες*, quod esset *quia ipsi sunt infelices*, sed *αὐτοὶ κακῶς πράξαντες*, *quia facti sunt ipsi infelices*, dicuntur, perineptum est sic potius dici quam *quia olim felices fuerunt*. Habet eamdem sententiam Euripides infra v. 1091. seqq. Troad. 634. Herc. fur. 1291. et, qui locus egregie Seidleri emendationem confirmat, merito receptam a Boissonado, Helenae v. 424.

ὅταν δ' ἀνὴρ
πράξῃ καλῶς, ὑψηλὸς εἰς ἀηθίαν
πίπτει κακίω τοῦ πάλαι δυσδαίμονος.

Ἑλένην ἀπήγαγ' ἐνθάδ', ᾗ μ' ἀπώλεσεν,
Μενέλεών θ', ἵν αὐτοὺς ἀντετιμωρησάμην,
τὴν ἐνθάδ' Αὖλιν ἀντιθεῖσα τῆς ἐκεῖ·
οἵ μ' ὥςτε μόσχον, Δαναΐδαι, χειρούμενοι
ἔσφαζον, ἱερεὺς δ' ἦν ὁ γεννήσας πατήρ.
οἴμοι· κακῶν γὰρ τῶν τότ' οὐκ ἀμνημονῶ,
ὅσας γενείου χεῖρας ἐξηκόντισα
γονάτων τε τοῦ τεκόντος ἐξαρτωμένη,
λέγουσα τοιάδ'· ὦ πάτερ, νυμφεύομαι
νυμφεύματ' αἰσχρὰ πρὸς σέθεν· μήτηρ δ' ἐμή,
σέθεν κατακτείνοντος, Ἀργεῖαί τέ νιν
ὑμνοῦσιν ὑμεναίοισιν, αὐλεῖται δὲ πᾶν
μέλαθρον· ἡμεῖς δ' ὀλλύμεσθα πρὸς σέθεν.
Ἅιδης Ἀχιλλεὺς ἦν ἄρ', οὐχ ὁ Πηλέως,

V. 349. Matthiae tum quia *ἀπάγειν ἐνθάδε* per se incommode dictum sit, tum quia navis non revera adduxerit, sed dicendum fuerit, *quae si venisset, adduxisset,* praesertim quum sequatur *ἵν' αὐτοὺς ἀντετιμωρησάμην*, edidit *Ἑλένην ἂν ἤγαγ' ἐνθάδε*: quem sequuti sunt Dindorfii. Tantum abest ut sic scripserit Euripides, ut ne potuerit quidem. Nam haec scriptura hanc praebet sententiam: *nulla venit navis, quae Helenam advexisset, nisi aliquid obstitisset quo minus adveheret.* Id vero absonum est. Non reputavit vir doctissimus quae ratio esset sententiarum negativarum. Satis est uno exemplo defungi Aeschyli in Prom. 746.

τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος, ἀλλ' οὐκ ἐν τάχει
ἔῤῥιψ' ἐμαυτὴν τῆςδ' ἀπὸ στυφλοῦ πέτρας,
ὅπως πέδῳ σκήψασα τῶν πάντων πόνων
ἀπηλλάγην;

V. 352. Libri *οἵ μ'* praeter duos in bibl. Bodleiana, quos Gaisfordius *ἥ μ'* habere scripsit. Piersonus Veris. p. 10. et Marklandus *οὗ*, Seidlerus *οἵ*, coniungens cum *χειρούμενοι*, non, ut Matthiae, cum *ἔσφαζον*, qui id dictum vult pro *οὗ με σφάξοντες ἤγαγον*. Ita si loqui licuit, nullum est verbum cum quo non possit *οἵ* coniungi. Ego servandam duxi illam antiquiorum librorum scripturam: est autem *οἵ* ad v. 343. referendum.

V. 354. Flor. 1. 2. Vict. *τῶν τοῦδ' οὐκ ἀμνημονῶ.*

ὅν μοι προεῖπας πόσιν· ἐν ἁρμάτων δ' ὄχοις
εἰς αἱματηρὸν γάμον ἐπόρθμευσας δόλῳ.
ἐγὼ δὲ λεπτῶν ὄμμα διὰ καλυμμάτων
ἔχουσ', ἀδελφόν τ' οὐκ ἀνειλόμην χεροῖν,
ὃς νῦν ὄλωλεν, οὐ κασιγνήτῃ στόμα
συνῆψ' ὑπ' αἰδοῦς, ὡς ἰοῦσ' εἰς Πηλέως
μέλαθρα· πολλὰ δ' ἀπεθέμην ἀσπάσματα
εἰςαῦθις, ὡς ἥξουσ' ἐς Ἄργος αὖ πάλιν.
ὦ τλῆμον, εἰ τέθνηκας, ἐξ οἵων καλῶν
ἔῤῥεις, Ὀρέστα, καὶ πατρὸς ζηλωμάτων.
τὰ τῆς θεοῦ δὲ μέμφομαι σοφίσματα,
ἥτις, βροτῶν μὲν ἤν τις ἅψηται φόνου,
ἢ καὶ λοχείας, ἢ νεκροῦ θίγῃ χεροῖν,

V. 363. Libri *προςεῖπας*. Scripsi, quod res exigere videbatur, *προεῖπας*. Id non declinasse tragicos argumento est Sophoclis in Oed. R. versus 351. in quo idem vitium sustulit Brunckius. Deinde Flor. 1. 2. omittunt *δ'*, ut librarius videatur in sequente versu *πορθμεύσας* scripturus fuisse.

V. 366. Libri *ἀδελφὸν τοῦτον εἱλόμην χεροῖν*. Eximiam Tyrwhitti emendationem *οὔτ' ἀνειλόμην χεροῖν, — οὐ κασιγνήτῃ στόμα συνῆψ' ὑπ' αἰδοῦς*, probatam a Schaefero ad Lamb. Bos. p. 229. ab eodem Schaefero postea et quidem quod *οὔτε* alienum locum occuparet, reiectam esse, Seidlero autem non esse necessariam visam, tam mirum est, ut credi non posset nisi scriptum legeremus. Sed nimirum non attendit Schaeferus ad id, quod Tyrwhittus etiam *κασιγήτη* nominativo, non dativo casu, scribebat. Sed tamen etsi vitium rectissime deprehendit Tyrwhittus, tamen vera eum fugit emendandi ratio. Scribendum erat enim *ἀδελφόν τ' οὐκ ἀνειλόμην χεροῖν*. Similis constructio v. 1335. Eo simul defenditur *κασιγνήτῃ*, quod vel per se aptius est quam *κασιγνήτῳ*. Virginem enim Electram, quae in hac fabula ut unica soror memoratur, contra intueri et osculari prae pudore verita est nuptura, non parvulum puerum Orestem.

V. 367. Ald. *κασιγνήτη*. Vict. *κασιγνήτῃ*, superscripto *ω*. Et *κασιγνήτω* Paris. A. Flor. 1. 2. adscriptumque id editioni Bas. 1544. in bibl. Bodleiana.

V. 370. Libri *εἰςαῦτις* quod correxit Schaeferus.

V. 371. Libri *κακῶν*. Emendarunt Reiskius, Marklandus, Musgravius.

βωμῶν ἀπείργει, μυσαρὸν ὡς ἡγουμένη,
αὐτὴ δὲ θυσίαις ἥδεται βροτοκτόνοις.
οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως πότ᾽ ἔτεκεν ἡ Διὸς δάμαρ
Λητὼ τοσαύτην ἀμαθίαν. ἐγὼ μὲν οὖν
τὰ Ταντάλου τε θεοῖσιν ἑστιάματα
ἄπιστα κρίνω, παιδὸς ἡσθῆναι βορᾷ,
τοὺς δ᾽ ἐνθάδ᾽, αὐτοὺς ὄντας ἀνθρωποκτόνους,
εἰς τὸν θεὸν τὸ φαῦλον ἀναφέρειν δοκῶ·
οὐδένα γὰρ οἶμαι δαιμόνων εἶναι κακόν.

ΧΟΡΟΣ.

Κυάνεαι, κυάνεαι σύνοδοι θαλάσσας, στρ. α'.
ἵν᾽ οἶστρος ὁ ποτώμενος Ἀργόθεν
Εὔξενον ἐπ᾽ οἶδμα διεπέρασεν Ἰοῦς,
Ἀσιήτιδα γαῖαν Εὐρώπας διαμείψας,
τίνες πότ᾽ ἄρα τὸν εὔυδρον δονακόχλοα

V. 378. Libri: *οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως ἔτεκεν ἂν ἡ Διὸς δάμαρ Λητὼ τοσαύτην ἀμαθίαν.* Non potuit ita scribere Euripides, nec debebam haec verba afferre in iis quae de *ἂν* particula scripsi p. 52. Diceret enim: *non peperisset: at peperit tam stultum quid.* Profectum est *ἂν* a metricis: postquam *πότ᾽* exciderat post *ὅπως*. Id igitur restitui. Animadvertit vitium Porsonus, scribi iubens *ἔτικτεν.*

V. 379. Flor. 1. *ἐγὼ μὲν αὖ.*

V. 380. Libri: *τὰ Ταντάλου θεοῖσιν ἑστιάματα.* Absurde loqueretur, si sic Tantali epulas commemoraret, non copulata huius rei mentione cum sacris quae detestatur Dianae. Hic quoque metrici culpam admiserunt. Posuerat enim *τε* Euripides, cui mox responderet *δέ.*

V. 386. Ald. et, ut videtur, codices *ἣν.* Ex Seidleri emendatione edi coeptum *ἂν.* Antistrophico convenientius erat quod reposui *ἵν᾽.* Deinde Ald. *Ἴστρος.* Codices omnes *οἶστρος*, ut Brodaeus emendaverat.

V. 387. Par. A. omittit *ἐπ᾽.* Deinde libri *διεπέρασέν ποτε.* Ex Erfurdtii emendatione pro *ποτὲ* positum *Ἰοῦς.*

V. 389. *Ἄρα* ab Seidlero in *ἄρα* mutatum. Deinde Ald. *τὸν εὔυδρον καὶ δονακόχλοα.* Flor. 1. 2. omittunt *καί*, languidum illud additamentum metricorum, qui trimetro iambico non

λιπόντες Εὐρώταν
ἢ ῥεύματα σεμνὰ Δίρκας
ἔβασαν, ἔβασαν ἄμικτον αἶαν, ἔνθα κούρα
Δία τέγγει
βωμοὺς καὶ περικίονας
ναοὺς αἷμα βρότειον;

ἢ ῥοθίοις εἰλατίναις δικρότοισι κώπαις ἀντ. ά.
ἔπλευσαν ἐπὶ πόντια κύματα
νάϊον ὄχημα λινοπόροισιν αὔραις,
φιλόπλουτον ἅμιλλαν αὔξοντες μελάθροισιν;
φίλα γὰρ ἐλπὶς ἐγένετ' ἐπὶ πήμασι βροτῶν
ἄπληστος ἀνθρώποις,

---

animadverso in εἴνδρον finem versus constituerunt. Δονακόχλοα, quae forma analogiae repugnet, Elmsleius censuit mutandam in δονακόχλοον. At Musgravius ἔγχλοα attulerat ex Nicandri Ther. 676. 885.

V. 392. Libri: ἔνθα κούρα διατέγγει βωμοὺς καὶ περὶ κίονας ναῶν αἷμα βρότειον. Elmsleius ἔνθα κούρᾳ Δίᾳ τέγγει βωμοὺς καὶ περικίονας ναοὺς αἷμα βρότειον. Servandos esse nominativos κούρα Δία ostendit G. Dindorfius in praefatione poetarum scenicorum p. 19. seq. qui edidit περικίονας ναῶν, Pollucis credo testimonio fretus, qui I. 78. sic sribit: εἴποις δ' ἂν τὸν περίστυλον τόπον περικίονα. At, nisi aliunde proferatur περικίων pro substantivo usurpatum, hoc illud testimonio non efficitur, quum ne Pollux quidem de substantivo cogitasse videatur. Immo Euripides Erechthei fr. 13. (6) apud Stobaeum LV. 4.

Θρῄκιον πέλταν πρὸς Ἀθάνας
περικίοσιν ἀγκρεμάσας θαλάμοις.

Sophocles Antig. 285.

ὅςτις ἀμφικίονας
ναοὺς πυρώσων ἦλθε.

V. 396. Libri ἢ ῥοδίοις εἰλατίνοις. Primus Barnesius ἦ. Seidlerus εἰλατίναις.

V. 398. Ὄχημα non significat hic vehiculum: neque enim ἔπλευσαν activam potestatem videtur habere posse: sed vectionem. Ita recte et de more hic accusativus adiectus est verbo neutrali. Libri λινοπόροις. Emendavit Erfurdtius.

V. 400. Codd. omnes γένετ', sed Ald. recte ἐγένετ'.

ὄλβου βάρος οἳ φέρονται
πλάνητες ἐπ' οἶδμα πόλεις τε βαρβάρους περῶντες
κεινᾷ δόξᾳ.
γνώμα δ' οἷς μενέκαιρος ὄλ-
βου, τοῖς δ' εἰς μέσον ἥκει.

πῶς τὰς συνδρομάδας πέτρας, στρ. β'.
πῶς Φινεΐδας ἀΰπνους
ἀκτὰς ἐπέρασαν
παρ' ἅλιον αἰγιαλὸν ἐπ' Ἀμφιτρίτας
ῥοθίῳ δραμόντες,
ὅπου πεντήκοντα κορᾶν
Νηρήδων * * χοροὶ
μέλπουσιν ἐγκυκλίοις,

V. 404. Ald. κοιναὶ δόξαι. Canterus κεναὶ δόξαι, non dissentiente, ut ait Musgravius, Par. A. In C. et Flor. 2. et Vict. κοιναί, ε superscripto. Elmsleius κεινᾷ δόξᾳ, quum alii κενόδοξοι coniecissent, prava strophici versus scriptura decepti.

V. 405. Libri: γνώμα δ' οἷς μὲν ἄκαιρος ὄλβου, τοῖςδ' εἰς μέσον ἥκει. Frustra haec explicare allaborarunt viri docti. Corrigendum erat μενέκαιρος. Quibus ea mens est, inquit, ut opportunum tempus adipiscendis opibus exspectent, iis ultro opes veniunt.

V. 408. Par. A. πῶς νιφεΐας.

V. 410. Libri παράλιον. Emendavit Seidlerus.

V. 413. Libri τῶν Νηρήδων χοροί, nisi quod Flor. 1. 2. Νηρηΐδων. Excidit vox ex duabus brevibus syllabis constans. Quare lacunae signa posui. Accuratius enim etiam Euripidea antistrophica sibi respondent, quam ut omnipotentibus solutionum et contractionum machinis aliquid proficiatur.

V. 414. Libri ἐγκυκλίοις. Emendarunt Heathius et Marklandus ἐγκύκλιοι. Ego non mutandam duxi librorum scripturam, quum hoc vocabulum pertinere potuerit ad vocem quae in praecedente versu excidit. Non absonum esset, ὅπου πεντήκοντα κορᾶν Νηρήδων ποσὶ χοροὶ μέλπουσιν ἐγκυκλίοις. Μέλπειν enim constat proprie *ludere* potius significare quam *canere*. Caeterum videre licet in hoc loco, quod saepe in canticis chori apud Euripidem. Nam quum summa sententiarum apta sit iisque quae modo audivit chorus conveniens, tamen quae de Nereidibus inseruntur ac tota reliqua strophae pars nihil nisi inutilem strepitum verborum continet.

πλησιστίοισι πνοαῖς,
συριζόντων κατὰ πρύμναν
εὐναίων πηδαλίων
αὔραις ἐν νοτίαις
ἢ πνεύμασι Ζεφύρου,
τὰν πολύορνιθον ἐπ' αἶαν,
λευκὰν ἀκτάν, Ἀχιλῆος
δρόμους καλλισταδίους, Εὔ-
ξεινον κατὰ πόντον.

εἴθ' εὐχαῖσι δεσποσύνοις ἀντ. β'
Λήδας Ἑλένα φίλα παῖς
ἐλθοῦσα τύχοι τὰν
Τρῳάδα λιποῦσα πόλιν, ἵν' ἀμφὶ χαίταν
δρόσον αἱματηρὰν
ἑλιχθεῖσα λαιμοτόμῳ

V. 415. Libri *καὶ πλησιστίοισι*, quo turbatur progressus orationis. Metrici additamentum est *καί*, ut versus aequaretur mendoso antistrophico.

V. 417. Non credo verum esse, quod Brodaeo, Heathio, Seidlero placuit, *πηδάλια* dici *εὐναῖα*, quod quasi ancorae moderentur et tranquillam teneant navem. Mihi quiescentia gubernacula videntur intelligenda. Hoc dicit: *currentes stridentibus in puppi vela implente vento quietis gubernaculis Noti sub auris vel flabris Zephyri.* Ventos in mente habet secundos, quibus sic a puppi urgeatur navis, ut non opus sit gubernaculo.

V. 418. Par. A. et edd. quaedam *ἐννοτίαις*. Ald. *ἐν νοτίαις*.

V. 419. Ex Paris. B. Flor. 1. 2. scripsi *ἢ πνεύμασι*. Metricis debetur Aldina scriptura *ἢ πνοιαῖσι*.

V. 421. Flor. 1. 2. *Ἀχιλλέως*. Par. A. B. *Ἀχιλλῆος*. Ald. recte *Ἀχιλῆος*, quae forma in dactylicis numeris ab heroici versus similitudine veniam habet, non item in aliis: vide ad Sophoclis Oed. R. 1216. Quod ad *λευκὴν ἀκτὴν* attinet, conferendus Bachmannus ad Lycophr. 193. Plenissime autem explicatum in libro, qui Petropoli a. 1827. editus est hoc titulo: *Memoire sur les îles et la course consacrée à Achille dans le Pont Euxin.*

V. 424. Libri *δεσποσύνας*. Emendavit Marklandus.

V. 429. Recte Marklandus *δρόσον αἱματηρὰν* de aqua lustrali intellexit, quae *αἱματηρὰ* dicitur, quod ad mactationem

δεσποίνας χερὶ θάνοι
ποινὰς δοῦσ' ἀντιπάλους.
ἥδιστ' ἂν δ' ἀγγελίαν
δεξαίμεθ', Ἑλλάδος ἐκ γᾶς
πλωτήρων εἴ τις ἔβα,
δουλείας ἐμέθεν
δειλαίας παυσίπονος·
καὶ γὰρ ὀνείροις ἐπιβαίην
δόμοις πόλει τε πατρῴᾳ,
τερπνῶν ὕπνων ἀπολαύειν

---

initiat. Comparari potest v. 610. *ἀλλὰ χαίτην ἀμφὶ σὴν χερνίψομαι*, **et v. 633.** *τὸν χερνίβων ῥανῖσι μελόμενον αἱμακταῖς.*

V. 430. Reposui *θάνοι*, **quod linguae legem postulare monuit Seidlerus, cui tamen librorum scriptura** *θάνῃ* **ferenda videbatur, si cupido chori animo rem ita praesentem obversari putaremus, tamquam si vere fieret.**

V. 431. Non recte Seidlerus in *ἀντιπάλους* **tantummodo** *ἀντὶ* **premendum censuit. Nam** *ἀντίπαλος* **etiam parem significat.**

V. 432. Libri *ἥδιστ' ἂν τήνδ' ἀγγελίαν.* **Eieci inutile** *τήνδ'*, **ortum ex eo, quod mendosa visa erat genuina scriptura** *ἥδιστ' ἂν δ'.* **Rarior quidem haec copulae collocatio, sed non falsa tamen. Thucydides II. 63.** *τάχιστ' ἄν τε πόλιν οἱ τοιοῦτοι ἑτέρους τε πείσαντες ἀπολέσειαν, καὶ εἴ που ἐπὶ σφῶν αὐτῶν αὐτόνομοι οἰκήσειαν.*

V. 433. *Δεξαίμεθ'* **ex For. 1. 2. scripsi, quod pro Aldinae** *δεξαίμεσθ'* **etiam sine libris reponi debuit. Agnoscimus hic quoque malam imperiti metrici manum.**

V. 437. Libri *καὶ γὰρ ὀνείρασι συμβαίην.* **Frustra laborarunt interpretes in explicandis verbis nec sententiae nec metro aptis. Scripsit Euripides:** *καὶ γὰρ ὀνείροις ἐπιβαίην δόμοις πόλει τε πατρῴᾳ*: ***utinam vel per somnium pedem ponam in domo mea et patria urbe.***

V. 438. Recepi ex Par. A. Flor. 1. 2. *δόμοις* **pro Aldinae** *οἴκοις.* **Magis enim syllabis singulis respondens scriptura metrici manum prodit.**

V. 439. Libri: *τερπνῶν ὕμνων ἀπολαύειν, κοινὰν χάριν ὄλβῳ.* **Inepta est haec sententia. Poterat optare chorus, ut in somnis videretur in patria esse et canere carmina cum felicibus, sed si optat videri in patria esse, ut canat hymnos, est id absurdum, quia non sequitur, ut, qui se in patria esse somniet, somniet etiam se canere. Magis autem absurda est sententia per verbum quo utitur,** *ἀπολαύειν*, **quasi qui se in patria esse som-**

κοινὰν χάριν ὄλβῳ.

ἀλλ᾽ οἵδε χέρας δεσμοῖς δίδυμοι
συνερεισθέντες χωροῦσι, νέον
πρόσφαγμα θεᾶς· σιγᾶτε, φίλαι·
τὰ γὰρ Ἑλλήνων ἀκροθίνια δὴ
    ναοῖσι πέλας τάδε βαίνει·
οὐδ᾽ ἀγγελίας ψευδεῖς ἔλακεν
βουφορβὸς ἀνήρ.
ὦ πότνι᾽, εἴ σοι τάδ᾽ ἀρεσκόντως
πόλις ἥδε τελεῖ, δέξαι θυσίας,
ἃς ὁ παρ᾽ ἡμῖν νόμος οὐχ ὁσίας
    Ἕλλησι διδοὺς ἀναφαίνει.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εἶεν·
τὰ τῆς θεοῦ μὲν πρῶτον ὡς καλῶς ἔχῃ

---

niet, fruatur etiam hymnos canendi voluptate. Itaque unius litterae mutatione scripsi τερπνῶν ὕπνων ἀπολαύειν κοινὰν χάριν ὄλβῳ. Hoc dicit: *utinam vel somnio pedem ponam in domo et patria urbe, ut ex suavi somno communi cum felicibus fruar gaudio.*

V. 441. Choro tribuendos esse versus 441—447. qui Iphigeniae adscripti erant, monitum ab Seidlero. Libri διδύμοις. Recepi Marklandi emendationem. Matthiae in primis elegantem esse iudicavit Schaeferi in Melet. cr. p. 78. coniecturam διδύμας, comparantis Sophoclis Electrae v. 206. ubi de Clytaemnestra est,

θανάτους αἰκεῖς διδύμαιν χειροῖν,

quo nihil cogitari dissimilius potest.

V. 445. Aldina ex metrici mala correctione, non ferentis paroemiacum, ἐν ναοῖσι. Omittunt ἐν Par. A. Flor. 1. 2.

V. 446. Ald. λάκε. Codd. ἔλακεν.

V. 451. Διδοὺς ἀναφαίνει non significat *praebet*, ut Seidlero videbatur, sed ἀναφαίνει refertur ad Ἕλλησι. Hoc enim dicit: *accipe victimas, quas huius loci mos Graecis non probatas offerri ostendit:* i. e. quae Graecis non videntur pie offerri.

V. 453. Ald. ἔχοι. Codd. ἔχῃ.

φροντιστέον μοι. μέθετε τῶν ξένων χέρας,
ὡς ὄντες ἱεροὶ μηκέτ' ὦσι δέσμιοι.
ναοῦ δ' ἔσω στείχοντες εὐτρεπίζετε
ἃ χρὴ 'πὶ τοῖς παροῦσι καὶ νομίζεται.
φεῦ·
τίς ἆρα μήτηρ ἡ τεκοῦσ' ὑμᾶς ποτέ,
πατήρ τ', ἀδελφή τ', εἰ γεγῶσα τυγχάνει,
οἵων στερεῖσα διπτύχων νεανιῶν
ἀνάδελφος ἔσται. τὰς τύχας τίς οἶδ' ὅτῳ
τοιαίδ' ἔσονται; πάντα γὰρ τὰ τῶν θεῶν
εἰς ἀφανὲς ἕρπει, κοὐδὲν οἶδ' οὐδεὶς κακόν·
ἡ γὰρ τύχη παρήγαγ' εἰς τὸ δυσμαθές.
πόθεν ποθ' ἥκετ' ὦ ταλαίπωροι ξένοι;
ὡς διὰ μακροῦ μὲν τήνδ' ἐπλεύσατε χθόνα,
μακρὸν δ' ἀπ' οἴκων χρόνον ἔσεσθ' ἀεὶ κάτω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί ταῦτ' ὀδύρει, κἀπὶ τοῖς μέλλουσι νῷ

V. 455. Ambiguum est *μέθετε τῶν ξένων χέρας*. Nam et ministrorum intelligi manus possunt, quas illi removere ab hospitibus iubeantur, et manus ipsorum hospitum, quas vinculis liberari velit Iphigenia. Prius illud sic esset dictum, ut in Bacchis v. 253.

οὐκ ἀποτινάξεις κισσόν; οὐκ ἐλευθέραν
θύρσου μεθήσεις χεῖρ', ἐμῆς μητρὸς πάτερ;

Nam manicis adnexae erant catenae, quas suis manibus tenebant ministri. Sic intelligenda quae leguntur v. 1298. 1302. Sed praestat alterum, quod diserte v. 441. vinctae fuisse manus dicuntur.

V. 456. Libri *ναούς*. Emendavit Valckenarius ad Phoen. 454.

V. 460. Ald. *τυγχάνοι*. Codd. *τυγχάνει;* Mutavi signum interrogationis, quod haec cum sequentibus cohaerent.

V. 461. Libri *στερηθεῖσα*. Emendavit Scaliger.

V. 462. Ald. *τίς οἶδ' ὅτι*. Codd. omnes *ὅτῳ*.

V. 469. Libri *νῷν*, in quo non esset quod reprehenderetur, si per metrum dicere potuisset *κἀπὶ τοῖς μέλλουσι νῷν κακοῖσι λυπεῖ*. Nunc quum *λυπεῖς* scripserit, *νώ*, quod distinguendi caussa necessarium est, non potest repeti ex *νῷν*, sed diserte dici de-

κοινὰν χάριν ὄλβῳ.

ἀλλ᾽ οὔδε χέρας δεσμοῖς δίδυμοι
συνερεισθέντες χωροῦσι, νέον
πρόσφαγμα θεᾶς· σιγᾶτε, φίλαι·
τὰ γὰρ Ἑλλήνων ἀκροθίνια δὴ
ναοῖσι πέλας τάδε βαίνει·
οὐδ᾽ ἀγγελίας ψευδεῖς ἔλακεν
βουφορβὸς ἀνήρ.
ὦ πότνι᾽, εἴ σοι τάδ᾽ ἀρεσκόντως
πόλις ἥδε τελεῖ, δέξαι θυσίας,
ἃς ὁ παρ᾽ ἡμῖν νόμος οὐχ ὁσίας
Ἕλλησι διδοὺς ἀναφαίνει.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εἶεν·
τὰ τῆς θεοῦ μὲν πρῶτον ὡς καλῶς ἔχῃ

---

niet, fruatur etiam hymnos canendi voluptate. Itaque unius litterae mutatione scripsi *τερπνῶν ὕπνων ἀπολαύειν κοινὰν χάριν ὄλβῳ*. Hoc dicit: *utinam vel somnio pedem ponam in domo et patria urbe, ut ex suavi somno communi cum felicibus fruar gaudio.*

V. 441. Choro tribuendos esse versus 441—447. qui Iphigeniae adscripti erant, monitum ab Seidlero. Libri *διδύμοις*. Recepi Marklandi emendationem. Matthiae in primis elegantem esse iudicavit Schaeferi in Melet. cr. p. 78. coniecturam *διδύμας*, comparantis Sophoclis Electrae v. 206. ubi de Clytaemnestra est,

θανάτους αἰκεῖς διδύμαιν χειροῖν,

quo nihil cogitari dissimilius potest.

V. 445. Aldina ex metrici mala correctione, non ferentis paroemiacum, *ἐν ναοῖσι*. Omittunt *ἐν* Par. A. Flor. 1. 2.

V. 446. Ald. *λάκε*. Codd. *ἔλακεν*.

V. 451. *Διδοὺς ἀναφαίνει* non significat *praebet*, ut Seidlero videbatur, sed *ἀναφαίνει* refertur ad *Ἕλλησι*. Hoc enim dicit: *accipe victimas, quas huius loci mos Graecis non probatas offerri ostendit:* i. e. quae Graecis non videatur pie offerri.

V. 453. Ald. *ἔχοι*. Codd. *ἔχῃ*.

φροντιστέον μοι. μέθετε τῶν ξένων χέρας,
ὡς ὄντες ἱεροὶ μηκέτ' ὦσι δέσμιοι.
ναοῦ δ' ἔσω στείχοντες εὐτρεπίζετε
ἃ χρὴ 'πὶ τοῖς παροῦσι καὶ νομίζεται.
φεῦ·
τίς ἆρα μήτηρ ἡ τεκοῦσ' ὑμᾶς ποτέ,
πατήρ τ', ἀδελφή τ', εἰ γεγῶσα τυγχάνει,
οἵων στερεῖσα διπτύχων νεανιῶν
ἀνάδελφος ἔσται. τὰς τύχας τίς οἶδ' ὅτῳ
τοιαίδ' ἔσονται; πάντα γὰρ τὰ τῶν θεῶν
εἰς ἀφανὲς ἕρπει, κοὐδὲν οἶδ' οὐδεὶς κακόν·
ἡ γὰρ τύχη παρήγαγ' εἰς τὸ δυςμαθές.
πόθεν πόθ' ἥκετ' ὦ ταλαίπωροι ξένοι;
ὡς διὰ μακροῦ μὲν τήνδ' ἐπλεύσατε χθόνα,
μακρὸν δ' ἀπ' οἴκων χρόνον ἔσεσθ' ἀεὶ κάτω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί ταῦτ' ὀδύρει, κἀπὶ τοῖς μέλλουσι νὼ

V. 455. Ambiguum est *μέθετε τῶν ξένων χέρας.* Nam et ministrorum intelligi manus possunt, quas illi removere ab hospitibus iubeantur, et manus ipsorum hospitum, quas vinculis liberari velit Iphigenia. Prius illud sic esset dictum, ut in Bacchis v. 253.

οὐκ ἀποτινάξεις κισσόν; οὐκ ἐλευθέραν
θύρσου μεθήσεις χεῖρ', ἐμῆς μητρὸς πάτερ;

Nam manicis adnexae erant catenae, quas suis manibus tenebant ministri. Sic intelligenda quae leguntur v. 1298. 1302. Sed praestat alterum, quod diserte v. 441. vinctae fuisse manus dicuntur.

V. 456. Libri *ναούς.* Emendavit Valckenarius ad Phoen. 454.

V. 460. Ald. *τυγχάνοι.* Codd. *τυγχάνει;* Mutavi signum interrogationis, quod haec cum sequentibus cohaerent.

V. 461. Libri *στερηθεῖσα.* Emendavit Scaliger.

V. 462. Ald. *τίς οἶδ' ὅτι.* Codd. omnes *ὅτῳ.*

V. 469. Libri *νῷν,* in quo non esset quod reprehenderetur, si per metrum dicere potuisset *κἀπὶ τοῖς μέλλουσι νῷν κακοῖσι λυπεῖ.* Nunc quum *λυπεῖς* scripserit, *νώ,* quod distinguendi caussa necessarium est, non potest repeti ex *νῷν,* sed diserte dici de-

κακοῖσι λυπεῖς, ἥτις εἶ πότ', ὦ γύναι;
οὔτοι νομίζω σοφόν, ὃς ἂν μέλλων κτανεῖν
οἴκτῳ τὸ δεῖμα τοὐλέθρου νικᾶν θέλῃ·
οὐδ' ὅςτις Ἅιδην ἐγγὺς ὄντ' οἰκτίζεται,
σωτηρίας ἄνελπις· ὡς δύ' ἐξ ἑνὸς
κακὼ συνάπτει, μωρίαν τ' ὀφλισκάνει
θνήσκει θ' ὁμοίως· τὴν τύχην δ' ἐᾶν χρεών.
ἡμᾶς δὲ μὴ θρήνει σύ· τὰς γὰρ ἐνθάδε
θυσίας ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πότερος ἄρ' ὑμῶν ἐνθάδ' ὠνομασμένος
Πυλάδης κέκληται; τόδε μαθεῖν πρῶτον θέλω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὅδ', εἴ τι δή σοι τοῦτ' ἐν ἡδονῇ μαθεῖν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ποίας πολίτης πατρίδος Ἕλληνος γεγώς;

---

buit. Nam hoc in mente habet Orestes: *quid et ipsa lamentaris, et nos contristas?* Propterea νὼ scripsi, quod occupatum video a Porsono.

V. 471. Aldina: οὔτοι νομίζω σοφόν, ὃς ἂν μέλλων θανεῖν, οἴκτῳ τὸ δεῖμα τοῦ 'λέθρου νικᾶν θέλῃ, οὐδ' ὅστις ᾅδην ἐγγὺς ὄντ', οἰκτίζεται, σωτηρίας ἂν ἐλπίς. Codices omnes οὐχ ὅστις, deinde Florentini ἄνελπις, ut Brodaeus et Victorius emendarunt. Non dubitavi Seidleri emendationem κτανεῖν recipere, deinde autem scribere οὐδ'. Ita et tautologia removetur et convenit sententia cum praegressis. Nam quod dixit τί ταῦτ' ὀδύρει, eo refert illud, ὃς ἂν μέλλων κτανεῖν οἴκτῳ τὸ δεῖμα τοὐλέθρου νικᾶν θέλῃ· quod autem alterum posuit, κἀπὶ τοῖς μέλλουσι νὼ κακοῖσι λυπεῖς, id respicit quum dicit οὐδ' ὅςτις ᾅδην ἐγγὺς ὄντ' οἰκτίζεται, σωτηρίας ἄνελπις.

V. 476. Flor. 1. θνήσκει δ' ὁμοίως.

V. 481. Sic codices omnes. Ald. ὅδ'· ἔστι δή σοι τοῦτ' ἐν ἡδονῇ μαθεῖν.

V. 482. Elmsleius et ad h. l. et Heracl. 848. Ἑλλήνων. Vide supra ad v. 334.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί δ' ἂν μαθοῦσα τόδε πλέον λάβοις, γύναι;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πότερον ἀδελφὼ μητρός ἐστον ἐκ μιᾶς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φιλότητί γ', ἐσμὲν δ' οὐ κασιγνήτω, γύναι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σοὶ δ' ὄνομα ποῖον ἔθεθ' ὁ γεννήσας πατήρ;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τὸ μὲν δίκαιον δυςτυχεῖς κεκλήμεθ' ἄν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐ τοῦτ' ἐρωτῶ· τοῦτο μὲν δὸς τῇ τύχῃ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀνώνυμοι θανόντες οὐ γελῴμεθ' ἄν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί δὲ φθονεῖς τοῦτ'; ἦ φρονεῖς οὕτω μέγα;

V. 485. Ald. φιλότητί γ' ἐσμὲν, οὐ κασιγνήτω γύναι. Receptam scripturam praebent codd. omnes.

V. 487. Neglectam a Marklando et Musgravio scripturam codicis A. κεκλήμεθ', adscripto in margine καλοίμ', adnotavit Boissonadus. Vulgo καλοίμεθ' ἄν. Recipiendam duxi exquisitiorem scripturam, mutatam in optativum, de quo vid. Brunck. ad Aristoph. Lysistr. 253.

V. 489. Ald. γελώμεθ' ἄν.

V. 490. Ald. τί δὲ φρονεῖς τοῦτ'. Emendationem Tyrwhitti firmarunt codices omnes. Deinde legebatur ἢ, quod scripsi ἦ. Nam quum ἢ coniectantis sit, non id aptum videtur hic, ubi superbiam satis aperte spirare videbantur verba, quibus usus Orestes erat.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τὸ σῶμα θύσεις τοὐμόν, οὐχὶ τοὔνομα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐδ' ἂν πόλιν φράσειας ἥτις ἐστί σοι;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ζητεῖς γὰρ οὐδὲν κέρδος, ὡς θανουμένῳ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

χάριν δὲ δοῦναι τήνδε κωλύει τί σε;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τὸ κλεινὸν Ἄργος πατρίδ' ἐμὴν ἐπεύχομαι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πρὸς θεῶν ἀληθῶς, ὦ ξέν', εἶ κεῖθεν γεγώς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἐκ τῶν Μυκηνῶν, αἵ ποτ' ἦσαν ὄλβιαι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

φυγὰς δ' ἀπῆρας πατρίδος, ἢ ποίᾳ τύχῃ;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φεύγω τρόπον γε δή τιν' οὐχ ἑκὼν ἑκών.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἆρ' ἄν τί μοι φράσειας ὧν ἐγὼ θέλω;

V. 496. Ald. ὦ ξέν' ἐκεῖθεν γεγώς. Emendavit Canterus, ut est in omnibus codicibus.

V. 498. Ald. φυγὰς ἀπῆρας. Particulam addidit Scaliger.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὥς γ᾽ ἐν παρέργῳ τῆς ἐμῆς δυςπραξίας.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ μὴν ποθεινός γ᾽ ἦλθες ἐξ Ἄργους μολών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὔκουν ἐμαυτῷ γ᾽· εἰ δὲ σοί, σὺ τοῦθ᾽ ὅρα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Τροίαν ἴσως οἶσθ᾽, ἧς ἁπανταχοῦ λόγος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὡς μήποτ᾽ ὤφελόν γε, μηδ᾽ ἰδὼν ὄναρ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

φασίν νιν οὐκέτ᾽ οὖσαν οἴχεσθαι δορί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔστιν γὰρ οὕτως, οὐδ᾽ ἄκραντ᾽ ἠκούσατε.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Ἑλένη δ᾽ ἀφῖκται δῶμα Μενέλεω πάλιν;

V. 501. Recte se haberet librorum scriptura, *ὡς ἐν παρέργῳ τῆς ἐμῆς δυςπραξίας*, si hic versus interrogando ea cum acerbitate proferretur, quam in eo esse Seidlerus putavit, diceretque Orestes: *ut etiam addatur aliquid meo infortunio?* At nec verba hoc significant, neque acerbitas in hoc responso est, sed consentit potius Orestes, non tanti illud esse dicens, ut in multo maioribus suis malis detrectandum videatur. Ita vero particula assensionem significante opus est: quare eam addidi.

V. 503. Ald. *σὺ τοῦτ᾽ ἔρα.* Neque aliter codices, certe Par. A. Quod Barnesius aliique coniecerunt, *σὺ τοῦδ᾽ ἔρα*, opprobium continet, quod certo non voluit Euripides Orestem dicere in sororem. Ac ne recte quidem dictum esset, quia *ἐρᾶν* est *concupiscere.* Ex mea Seidlerique emendatione *σὺ τοῦθ᾽ ὅρα* reposui.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἥκει, κακῶς γ' ἐλθοῦσα τῶν ἐμῶν τινί.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ ποῦ 'στί; κἀμοὶ γάρ τι προὐφείλει κακόν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Σπάρτῃ ξυνοικεῖ τῷ πάρος ξυνευνέτῃ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ μῖσος εἰς Ἕλληνας, οὐκ ἐμοὶ μόνῃ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀπέλαυσα κἀγὼ δή τι τῶν κείνης γάμων.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

νόστος δ' Ἀχαιῶν ἐγένεθ', ὡς κηρύσσεται;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὡς πάνθ' ἅπαξ με συλλαβοῦσ' ἀνιστορεῖς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πρὶν γὰρ θανεῖν σε τοῦδ' ἐπαυρέσθαι θέλω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔλεγχ', ἐπειδὴ τοῦδ' ἐρᾷς· λέξω δ' ἐγώ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Κάλχας τις ἦλθε μάντις ἐκ Τροίας πάλιν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὄλωλεν, ὡς ἦν ἐν Μυκηναίοις λόγος.

V. 519. Lentingius ad Medeam p. 70. ὥς γ' ἦν scribendum putavit, nescio an recte. Vide v. 526.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ πότνι᾽, ὡς εὖ. τί γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὔπω νενόστηκ᾽ οἶκον, ἔστι δ᾽, ὡς λόγος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὄλοιτο, νόστου μήποτ᾽ εἰς πάτραν τυχών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μηδὲν κατεύχου. πάντα τἀκείνου νοσεῖ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Θέτιδος δ᾽ ὁ τῆς Νηρῆδος ἔστι παῖς ἔτι;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἔστιν· ἄλλως λέκτρ᾽ ἔγημεν Αὐλίδι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

δόλια γάρ, ὥς γέ φασιν οἱ πεπονθότες.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τίς εἶ ποθ᾽; ὡς εὖ πυνθάνει τἀφ᾽ Ἑλλάδος.

V. 520. Ald. ὦ πότνι᾽, ὥς ἔστι γὰρ ὁ Λαέρτου γόνος; Emendavit Musgravius.

V. 522. Usum hoc versu Diphilum esse apud Athenaeum VI. p. 247. C. adnotavit Porsonus, ubi pro τυχὼν legitur μολεῖ, μολεῖν, μόλοι. Apud eumdem est εἰς πάτραν. Aldina Euripidis contra morem suum ἐς πάτραν.

V. 524. Elmsleius ad Heracl. 793. omisit ὁ.

V. 525. Ald. ἔγημεν Αὐλίδι. Marklando placebat ἔγημ᾽ ἐν Αὐλίδι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐκεῖθέν εἰμι· παῖς δ᾽ ἔτ᾽ οὖσ᾽ ἀπωλόμην.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὀρθῶς ποθεῖς ἄρ᾽ εἰδέναι τἀκεῖ, γύναι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί δ᾽ ὁ στρατηγός, ὃν λέγουσ᾽ εὐδαιμονεῖν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τίς; οὐ γὰρ ὅν γ᾽ ἐγᾦδα τῶν εὐδαιμόνων.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Ἀτρέως ἐλέγετο δή τις Ἀγαμέμνων ἄναξ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ οἶδ᾽· ἄπελθε τοῦ λόγου τούτου, γύναι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μὴ πρὸς θεῶν, ἀλλ᾽ εἴφ᾽, ἵν᾽ εὐφρανθῶ, ξένε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τέθνηχ᾽ ὁ τλήμων, πρὸς δ᾽ ἀπώλεσέν τινα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τέθνηκε; ποίᾳ συμφορᾷ; τάλαιν᾽ ἐγώ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί δ᾽ ἐστέναξας τοῦτο; μῶν προσῆκέ σοι;

V. 528. Libri: ἐκεῖθέν εἰμι· παῖς ἔτ᾽ οὖσ᾽ ἀπωλόμην. Consuetudo requirit particulam, quam inserui.

V. 531. Flor. 1. 2. post εὐδαιμόνων addunt ἐστί.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τὸν ὄλβον αὐτοῦ τὸν πάροιθ᾽ ἀναστένω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δεινῶς γὰρ ἐκ γυναικὸς οἴχεται σφαγείς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὢ πανδάκρυτος ἡ κτανοῦσα χὠ θανών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

παῦσαί νυν ἤδη, μηδ᾽ ἐρωτήσῃς πέρα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τοσόνδε γ᾽, εἰ ζῇ τοῦ ταλαιπώρου δάμαρ;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἔστι· παῖς νιν, ὃν ἔτεχ᾽, οὗτος ὤλεσεν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὢ συνταραχθεὶς οἶκος. ὡς τί δὴ θέλων;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πατρὸς θανόντος, τῷδε τιμωρούμενος.

V. 539. Ald. δεινὸς γὰρ. Emendate codices omnes.

V. 540. Ald. χ᾽ ὠ κτανών. Veram scripturam codices habent omnes.

V. 543. Ald. πῶς νιν. Canterus et codices παῖς νιν.

V. 545. Libri: πατρὸς θανόντος τήνδε τιμωρούμενος. Ineptum esse τήνδε, quo metrici hiantem versum expleverunt, non latuit viros doctos. Itaque Blomfieldius ἀντιτιμωρούμενος, Elmsleius αἷμα τιμωρούμενος coniecerunt. Potuerant facilius, reponendo τῷδε.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

φεῦ·
ὡς εὖ κακὸν δίκαιον εἰςεπράξατο.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀλλ' οὐ τὰ πρὸς θεῶν εὐτυχεῖ δίκαιος ὤν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

λείπει δ' ἐν οἴκοις ἄλλον Ἀγαμέμνων γόνον;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λέλοιπεν Ἠλέκτραν γε παρθένον μίαν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί δέ, σφαγείσης θυγατρὸς ἔστι τις λόγος;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐδείς γε, πλὴν θανοῦσαν οὐχ ὁρᾶν φάος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τάλαιν' ἐκείνη χὠ κτανὼν αὐτὴν πατήρ.

V. 547. Video fuisse qui *κακὸν* substantivum, adiectivum autem *δίκαιον* esse putarent. At contrarium verum. Aeschylus Agam. 819.

πρῶτον μὲν Ἄργος καὶ θεοὺς ἐγχωρίους
δίκη προςειπεῖν, τοὺς ἐμοὶ μεταιτίους
νόστου δικαίων θ' ὧν ἐπραξάμην πόλιν
Πριάμου.

V. 548. Interpungebatur *ἀλλ' οὐ τὰ πρὸς θεῶν εὐτυχεῖ, δίκαιος ὤν.* Hinc Marklandus: „Significare potest *licet mereatur*, scil. *εὐτυχεῖν.*" Seidlerus autem: „Immo licet iusta eius sit causa. Ex Marklandi explicatione dicit Orestes *se mereri felicem esse*, ex nostra *se mereri non infelicem esse.*" Neutrum verum. Parum decet Orestem se suo iudicio iustum praedicare. Hoc dicit: *ἀλλά, τὰ πρὸς θεῶν δίκαιος ὤν, οὐκ εὐτυχεῖ.* Iudicium in mente habet Minervae in Areopago et oraculum Apollinis. Vide v. 914. seqq.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κακῆς γυναικὸς χάριν ἄχαριν ἀπώλετο.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὁ τοῦ θανόντος δ' ἔστι παῖς Ἄργει πατρός;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔστ', ἄθλιός γε, κοὐδαμοῦ καὶ πανταχοῦ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ψευδεῖς ὄνειροι, χαίρετ'. οὐδὲν ἦτ' ἄρα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐδ' οἱ σοφοί γε δαίμονες κεκλημένοι
πτηνῶν ὀνείρων εἰσὶν ἀψευδέστεροι.
πολὺς ταραγμὸς ἔν τε τοῖς θείοις ἔνι
κἀν τοῖς βροτείοις· ἓν δὲ λυπεῖσθαι μόνον·

V. 557. Afferunt hunc versum Plutarchus de profectibus in virtute p. 75. E. et Clemens Alexandrinus Protrept. c. 10. §. 101. p. 81. ed. Pott.

V. 558. Hi sex versus, 558—563. in Aldina continuati sunt Iphigeniae. In codd. Par. A. B. ante *πολὺς ταραγμός* v. 560. Orestis persona adscripta. Omnes sex versus Orestis esse Heathius aliique viderunt. *Οὔθ'* in *οὐδ'* esse mutandum monui in censura editionis Seidlerianae.

V. 560. Ald. *θεοῖς*. Barnesius *θείοις*, ex emendatione, ut videtur, Scaligeri, quam deseruit nuper Matthiae et qui eum sunt sequuti.

V. 561. Ald. Par. A. Flor. 1. 2. *ἓν δὲ λείπεται μόνον.* Par. B. C. Ox. Vict. *ἓν δὲ λυπεῖται μόνον.* Utraque scriptura inepta est. Nam etsi illud, *ὄλωλεν ὡς ὄλωλε τοῖσιν εἰδόσιν* de se dicit Orestes, tamen, quum eum pudeat edere nomen suum, nec nisi breviter ad omnia, quae interrogat Iphigenia, respondeat, non potest ultro de se narrare pergere. Praeterea quae cum his verbis cohaerent vulgo sic scripta *ὅτ' οὐκ ἄφρων ὤν,* in his quoque ineptum est de se dicere Orestem *οὐκ ἄφρων ὤν.* Nihil aliud hic dicere eum convenit, quam quod ad somniorum et vaticiniorum vanitatem spectet, quumque Iphigenia inane fuisse somnium

ὅ τ' οὐκ ἄφρων ὤν, μάντεων πεισθεὶς λόγοις,
ὄλωλεν ὡς ὄλωλε τοῖσιν εἰδόσιν.

ΧΟΡΟΣ.

φεῦ φεῦ· τί δ' ἡμεῖς οἵ τ' ἐμοὶ γεννήτορες;
ἆρ' εἰσίν; ἆρ' οὐκ εἰσί; τίς φράσειεν ἄν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀκούσατ'. εἰς γὰρ δή τιν' ἥκομεν λόγον,
ὑμῖν τ' ὄνησιν, ὦ ξένοι, σπεύδουσ' ἅμα
κἀμοί. τὸ δ' εὖ, μάλιστά γ' οὕτω γίγνεται,
εἰ πᾶσι ταὐτὸν πρᾶγμ' ἀρεσκόντως ἔχει.
θέλοις ἄν, εἰ σώσαιμί σ', ἀγγεῖλαί τί μοι
πρὸς Ἄργος ἐλθὼν τοῖς ἐμοῖς ἐκεῖ φίλοις,
δέλτον τ' ἐνεγκεῖν, ἥν τις οἰκτείρας ἐμὲ

---

suum dixit, deos quoque et vates fallaces esse ei asseverandum est, quod si confirmare vult exemplo aliquo, memorare quidem potest quod ipse est expertus, sed ut non videatur de filio Agamemnonis Oreste loqui. Ex his patere arbitror, scripsisse Euripidem: ἓν δὲ λυπεῖσθαι μόνον· ὅ τ' οὐκ ἄφρων ὤν, μάντεων πεισθεὶς λόγοις, ὄλωλεν ὡς ὄλωλε τοῖσιν εἰδόσιν. *Quin*, inquit, *ipsi qui sapientes vocantur dii non veraciores sunt levibus somniis: multum fluxi est et in divinis rebus et in humanis, nec quidquam inest quam dolore affici, quique non stultus est, si vatibus obtemperat, perit ut perit scientibus.*

567. Ald. σπουδαῖς ἅμα. Ox. Par. A. B. σπουδῆς, Vict. σπουδοῖς, in omnibus, praeter Oxoniensem, superscripto αι. Boissonadus σπουδαῖς ex Par. A. affert. Emendavit Musgravius, merito laudatus a Porsono in praef. ad Hec. p. 38.

V. 568. In Aldina plene interpunctum post ἅμα, et deinde scriptum κἀμοὶ τόδ' εὖ μάλιστά γ' οὕτω γίγνεται. Ox. καί μοι. Porsonus l. c. ὧδε pro οὕτω. Nihil ut in numeris vitii sit interpunctionem efficere demonstratum est in Elem. doctr. metr. Est autem pausa in recitando facienda post εὖ.

V. 569. Ald. ἔχοι. Indicativum habent Par. A. C. Flor. 1. 2. Vict.

V. 570. Ald. θέλεις. Optativum restituit Aemilius Portus.

ἔγραψεν αἰχμάλωτος, οὐχὶ τὴν ἐμὴν
φονέα νομίζων χεῖρα, τοῦ νόμου δ' ὕπο
θνήσκειν σφε, τῆς θεοῦ τάδε δίκαι' ἡγουμένης;
οὐδένα γὰρ εἶχον ὅςτις ἀγγείλας, μολὼν

V. 573. Mirabatur Reiskius, quod a captivo scribendas curasset litteras Iphigenia, coniiciebatque caussam fuisse, quod taedio plenus et servilis labor esset ligno insculpere litteras. De ligno nihil neque hic, neque alibi, ubi epistolas memorat, quidquam dicit Euripides. Nec servile putavit, litteras scribere. Scribunt ipsi Agamemno in principio alterius Iphigeniae, iterum iterumque delens scripta, ut in cera potius quam ligno, et Phaedra, ut videtur, in Hippolyto v. 859. Sed quum scribarum opera, qui exercitati scribendo, rectius exararent figuras litterarum, uti consueverint veteres, Iphigeniam quoque per alienam manum litteras dedisse finxit poeta, praesertim quum eo invento sic uti posset, ut istius captivi exemplo ad similem misericordiam commoveretur Orestes, intelligeretque, si comes suus mactaretur, non id crudelitate sacerdotis, sed moris saeva necessitate fieri.

V. 575. Ald. θνήσκειν γε, τῆς θεοῦ ταῦτα δίκαι' ἡγουμένης. Pro inepto γε recte Marklandus scribendum esse coniecit σφε. Ταῦτα in τάδε mutandum monuerunt Piersonus Veris. p. 65. et Marklandus. Ex codicibus nihil adnotatum: sed illud non est praetereundum, si quis liber ἡγούμενος haberet, non male legi posse: τοῦ νόμου δ' ὕπο θνήσκειν, τὰ τῆς θεοῦ τάδε δίκαι' ἡγούμενος.

V. 576. Ald. οὐδένα γὰρ εἶχον, ὅςτις ἀγγεῖλαι μολὼν, εἰς Ἄργος αὖτις τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς πέμψειε σωθεὶς τῶν ἐμῶν φίλων τινί. Schaeferus et Par. A. αὖθις. Pro τινὶ Par. B. Flor. 2. τινὸς, sed in Flor. 2. superscriptum νὶ. Servat. τινὶ Par. A. Ista Barnesius, cui Matthiae assentitur, sic intelligenda putabat: *quum Argos rediisset ut nuncium perferret.* Id vero quis non videt constructione verborum durum, sententia autem inutile et molestum esse, quum sequatur τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς πέμψειε τῶν ἐμῶν φίλων τινί? Si volebant ἀγγεῖλαι ex μολὼν pendere, saltem εἰς Ἄργος αὖθις debebant cum sequentibus iungere, ut diceret Iphigenia neminem se habuisse, qui quum ad se nunciatum venisset reverteretur Argos mandata sua illuc perferens. At ne hoc quidem tam ineleganter dixisset Euripides, si dicere potuisset. Non potuit autem. Nam quum mortua esse crederetur Iphigenia, ne cogitari quidem potuit, quemquam ad eam nunciatum venire. Illud potuit dici, ὅςτις ἄγγελος μολών. Nam nuncius esse potest etiam qui non venit ut nunciaret. Et tamen non hoc criticis in mentem venit, sed ea, in quae mirum est incidere quemquam potuisse: Reiskio ὅςτις ἂν κοῖλον μολὼν εἰς Ἀργὸς αὐτός, quod

ὅ τ' οὐκ ἄφρων ὤν, μάντεων πεισθεὶς λόγοις,
ὄλωλεν ὡς ὄλωλε τοῖσιν εἰδόσιν.

ΧΟΡΟΣ.

φεῦ φεῦ· τί δ' ἡμεῖς οἵ τ' ἐμοὶ γεννήτορες;
ἆρ' εἰσίν; ἆρ' οὐκ εἰσί; τίς φράσειεν ἄν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀκούσατ'. εἰς γὰρ δή τιν' ἥκομεν λόγον,
ὑμῖν τ' ὄνησιν, ὦ ξένοι, σπεύδουσ' ἅμα
κἀμοί. τὸ δ' εὖ, μάλιστά γ' οὕτω γίγνεται,
εἰ πᾶσι ταὐτὸν πρᾶγμ' ἀρεσκόντως ἔχει.
θέλοις ἄν, εἰ σώσαιμί σ', ἀγγεῖλαί τί μοι
πρὸς Ἄργος ἐλθὼν τοῖς ἐμοῖς ἐκεῖ φίλοις,
δέλτον τ' ἐνεγκεῖν, ἥν τις οἰκτείρας ἐμὲ

---

suum dixit, deos quoque et vates fallaces esse ei asseverandum est, quod si confirmare vult exemplo aliquo, memorare quidem potest quod ipse est expertus, sed ut non videatur de filio Agamemnonis Oreste loqui. Ex his patere arbitror, scripsisse Euripidem: ἓν δὲ λυπεῖσθαι μόνον· ὅ τ' οὐκ ἄφρων ὤν, μάντεων πεισθεὶς λόγοις, ὄλωλεν ὡς ὄλωλε τοῖσιν εἰδόσιν. *Quin*, inquit, *ipsi qui sapientes vocantur dii non veraciores sunt levibus somniis: multum fluxi est et in divinis rebus et in humanis, nec quidquam inest quam dolore affici, quique non stultus est, si vatibus obtemperat, perit ut perit scientibus.*

567. Ald. σπουδαῖς ἅμα. Ox. Par. A. B. σπουδῆς, Vict. σπουδοῖς, in omnibus, praeter Oxoniensem, superscripto αι. Boissonadus σπουδαῖς ex Par. A. affert. Emendavit Musgravius, merito laudatus a Porsono in praef. ad Hec. p. 38.

V. 568. In Aldina plene interpunctum post ἅμα, et deinde scriptum κἀμοὶ τόδ' εὖ μάλιστά γ' οὕτω γίγνεται. Ox. καί μοι. Porsonus l. c. ὧδε pro οὕτω. Nihil ut in numeris vitii sit interpunctionem efficere demonstratum est in Elem. doctr. metr. Est autem pausa in recitando facienda post εὖ.

V. 569. Ald. ἔχοι. Indicativum habent Par. A. C. Flor. 1. 2. Vict.

V. 570. Ald. θέλεις. Optativum restituit Aemilius Portus.

ἔγραψεν αἰχμάλωτος, οὐχὶ τὴν ἐμὴν
φονέα νομίζων χεῖρα, τοῦ νόμου δ' ὕπο
θνήσκειν σφε, τῆς θεοῦ τάδε δίκαι' ἡγουμένης;
οὐδένα γὰρ εἶχον ὅστις ἀγγείλας, μολὼν

V. 573. Mirabatur Reiskius, quod a captivo scribendas curasset litteras Iphigenia, coniiciebatque caussam fuisse, quod taedio plenus et servilis labor esset ligno insculpere litteras. De ligno nihil neque hic, neque alibi, ubi epistolas memorat, quidquam dicit Euripides. Nec servile putavit, litteras scribere. Scribunt ipsi Agamemno in principio alterius Iphigeniae, iterum iterumque delens scripta, ut in cera potius quam ligno, et Phaedra, ut videtur, in Hippolyto v. 859. Sed quum scribarum opera, qui exercitati scribendo, rectius exararent figuras litterarum, uti consueverint veteres, Iphigeniam quoque per alienam manum litteras dedisse finxit poeta, praesertim quum eo invento sic uti posset, ut istius captivi exemplo ad similem misericordiam commoveretur Orestes, intelligeretque, si comes suus mactaretur, non id crudelitate sacerdotis, sed moris saeva necessitate fieri.

V. 575. Ald. *θνήσκειν γε, τῆς θεοῦ ταῦτα δίκαι' ἡγουμένης.* Pro inepto *γε* recte Marklandus scribendum esse coniecit *σφε*. *Ταῦτα* in *τάδε* mutandum monuerunt Piersonus Veris. p. 65. et Marklandus. Ex codicibus nihil adnotatum: sed illud non est praetereundum, si quis liber *ἡγούμενος* haberet, non male legi posse: *τοῦ νόμου δ' ὕπο θνήσκειν, τὰ τῆς θεοῦ τάδε δίκαι' ἡγούμενος.*

V. 576. Ald. *οὐδένα γὰρ εἶχον, ὅστις ἀγγεῖλαι μολὼν, εἰς Ἄργος αὖτις τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς πέμψειε σωθεὶς τῶν ἐμῶν φίλων τινί.* Schaeferus et Par. A. *αὖθις*. Pro *τινὶ* Par. B. Flor. 2. *τινὸς*, sed in Flor. 2. superscriptum *νὶ*. Servat. *τινὶ* Par. A. Ista Barnesius, cui Matthiae assentitur, sic intelligenda putabat: *quum Argos rediisset ut nuncium perferret.* Id vero quis non videt constructione verborum durum, sententia autem inutile et molestum esse, quum sequatur *τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς πέμψειε τῶν ἐμῶν φίλων τινί*? Si volebant *ἀγγεῖλαι* ex *μολὼν* pendere, saltem *εἰς Ἄργος αὖθις* debebant cum sequentibus iungere, ut diceret Iphigenia neminem se habuisse, qui quum ad se nunciatum venisset reverteretur Argos mandata sua illuc perferens. At ne hoc quidem tam ineleganter dixisset Euripides, si dicere potuisset. Non potuit autem. Nam quum mortua esse crederetur Iphigenia, ne cogitari quidem potuit, quemquam ad eam nunciatum venire. Illud potuit dici, *ὅστις ἄγγελος μολών.* Nam nuncius esse potest etiam qui non venit ut nunciaret. Et tamen non hoc criticis in mentem venit, sed ea, in quae mirum est incidere quemquam potuisse: Reiskio *ὅστις ἂν κοῖλον μολὼν εἰς Ἀργὸς αὐτός,* quod

εἰς Ἄργος αὖθις, τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς
πέμψειε σωθεὶς τῶν ἐμῶν φίλων τινί.
σὺ δ', εἶ γάρ, ὡς ἔοικας, οὔτε δυςγενής,
καὶ τὰς Μυκήνας οἶσθα χοὓς κἀγὼ θέλω,
σώθητι καὶ σύ, μισθὸν οὐκ αἰσχρὸν λαβὼν

---

soloecum est; Musgravio ὅςτις Ἀργόθεν μολών; Marklando ὅςτις ἀγγεῖλαι, μολὼν εἰς Ἄργος αὖτις, τὰς ἐμὰς ἢ 'πιστολὰς πέμψειε. Seidlerus recepto ἀγγεῖλαι scripsit τὰς δ' ἐμὰς ἐπιστολάς. Rectius Elmsleius in censura Marklandi Supplicum p. 446. (211. ed. Lips.) τάς τ' ἐμὰς ἐπιστολάς. Sed tamen hoc modo bis idem diceretur. Itaque horum omnium nihil verum est: poterantque id intelligere viri docti, si accuratius horum rationem verborum considerassent: quamquam Reiskius et Musgravius sensisse videntur quo ex verbo res penderet, quum alter ὅςτις Ἀργόθεν μολών, ut αὖθις stare posset, scribendum putavit, alter autem ipsum αὖθις mutatum voluit. Nam qui tandem αὖθις dicere potuit Iphigenia, nisi indicaret Argis non venisse aliquem qui illuc rediret? Num soli Argivi, et non etiam alii Graeci in Tauricam venire potuerunt? Ergo aut αὖθις corruptum est, in quo tamen vocabulo nihil suspecti est, aut Argis neminem venisse erat significandum. Atqui infinitivus ἀγγεῖλαι, quum per se tam sit ineptus ut aliquid in eo vitii latere debeat, id ipsum quod requirimus unius praebet litterae mutatione. Scribendum est enim οὐδένα γὰρ εἶχον, ὅςτις ἀγγείλας, μολὼν εἰς Ἄργος αὖθις τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς πέμψειε σωθεὶς τῶν ἐμῶν φίλων τινί. Neminem se dicit habuisse, qui quum aliquid nuncii attulisset, reversus Argos, si ab se servaretur, mandata sua amicis perferret. Non dixit ἄγγελος: videretur enim dicere aliquem, qui nuncius missus esset, quum tamen ad se, quae mortua putaretur, non posset mitti nuncius: sed participio usa est ἀγγείλας, non venisse significans, qui nunciaverit aliquid. Eum vero, qui casu illuc delatus aliquid de patria eius, parentibus, sorore, fratre nunciaret, Argivum esse consentaneum erat. De hoc igitur recte dicere illa potuit, μολὼν εἰς Ἄργος αὖθις.

V. 579. Ald. δυςμενής. Codd. omnes δυςγενής.

V. 580. Ald. ᾖσθα. Codd. omnes οἶσθα.

V. 581. Libri: σώθητι, καὶ σὺ μισθὸν οὐκ αἰσχρὸν λαβών. Illud καὶ σὺ non intelligentes Canterus et Marklandus καὶ ζῇ coniecerunt. Boissonadus καί σοι scripsit. Iniquior saepe in Seidlerum Matthiae, „Seidlerus,“ inquit, „ad suppressam sententiam, nescio quam, respici monet: ego nihil nisi comma post σώθητι sustuli.“ Quomodo vero nescire quae illa sententia esset potuit, quum Seidlerus non modo scripserit: „respicit Iphigenia ad suppressam sententiam, se hospiti, si litteras suas perferat, gratias esse debituram;“ sed etiam aliis deinde verbis eam sen-

κούφων ἕκατι γραμμάτων σωτηρίαν.
οὗτος δ', ἐπείπερ πόλις ἀναγκάζει τάδε,
θεᾷ γενέσθω θῦμα, χωρισθεὶς σέθεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καλῶς ἔλεξας τἄλλα, πλὴν ἕν, ὦ ξένη·
τὸ γὰρ σφαγῆναι τόνδε μοι βάρος μέγα.
ὁ ναυστολῶν γάρ εἰμ' ἐγὼ τὰς συμφοράς·
οὗτος δὲ συμπλεῖ τῶν ἐμῶν μόχθων χάριν.
οὔκουν δίκαιον ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ τοῦδ' ἐμὲ
χάριν τίθεσθαι, κἀὐτὸν ἐκδῦναι κακῶν·
ἀλλ' ὣς γενέσθω, τῷδε μὲν δέλτον δίδου·
πέμψει γὰρ Ἄργος, ὥςτε σοι καλῶς ἔχειν·
ἡμᾶς δ' ὁ χρῄζων κτεινέτω. τὰ τῶν φίλων
αἴσχιστον ὅςτις καταβαλὼν εἰς ξυμφορὰς

---

tentiam declaraverit? Immo ipse, quum se comma post σώθητι sustulisse dixit, non autem quid eo sibi voluerit declaravit, fecit ut ad quam sententiam respiciatur illa scriptura nesciamus. Nam quid est hoc, σώθητι καὶ σύ? aut quis, quocum comparatur Orestes? Utrumne cum nuncio qui esset servatus, si ullus venisset? At ineptum est salvum esse aliquem velle sicut eum, qui non est servatus quia nullus fuit. An cum Iphigenia, quae vivit quum mortua esse crederetur? Id vero dicere illa non potest Oresti rei illius ignaro. Verissime Seidlerus. *Καὶ σὺ* pertinet ad *μισθὸν λαβών*. Mercedem, quod litteras perferat, accepturus est Orestes salutem; mercedem item Iphigenia, quod eum servat, spem litteras suas Argos esse perventuras.

V. 586. Libri *τόνδε μοι*. Matthiae *τόνδ' ἐμοὶ* scripsit, quia vis sit in *ἐμοί*, cui opponatur *τόνδε*, ut legitur apud Lucianum Amor. c. 47. T. II. p. 451. qui hunc et sequentem versum affert. At nec vis est in pronomine quo se significat Orestes, nec quomodo ei pronomini opponi *τόνδε* possit intelligitur. Nam si esset aliquid opponendum, alius aliquis homo opponendus esset, et hic quidem Iphigenia, aequius ferens mori Pyladem.

V. 589. Par. A. *οἰκοῦν*.

V. 592. Lucianus, qui l. c. haec *τῷδε μὲν δέλτον δίδου — κτεινέτω* affert, habet *πέμψω*.

αὐτὸς σέσωσται· τυγχάνει δ᾽ ὅδ᾽ ὢν φίλος·
ὃν οὐδὲν ἧσσον ἢ ᾽μὲ φῶς ὁρᾶν θέλω.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ λῆμ᾽ ἄριστον, ὡς ἀπ᾽ εὐγενοῦς τινὸς
ῥίζης πέφυκας, τοῖς φίλοις τ᾽ ὀρθῶς φίλος.
τοιοῦτος εἴη τῶν ἐμῶν ὁμοσπόρων
ὅσπερ λέλειπται. καὶ γὰρ οὐδ᾽ ἐγὼ, ξένοι,
ἀνάδελφός εἰμι, πλὴν ὅσ᾽ οὐχ᾽ ὁρῶσά νιν.
ἐπεὶ δὲ βούλει ταῦτα, τόνδε πέμψομεν
δέλτον φέροντα, σὺ δὲ θανεῖ· πολλὴ δέ τις
προθυμία σε τοῦδ᾽ ἔχουσα τυγχάνει.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

θύσει δὲ τίς με καὶ τὰ δεινὰ τλήσεται;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐγώ· θεᾶς γὰρ τήνδε προστροπὴν ἔχω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἄζηλά γ᾽, ὦ νεᾶνι, κοὐκ εὐδαίμονα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀλλ᾽ εἰς ἀνάγκην κείμεθ᾽, ἣν φυλακτέον.

V. 595. Vict. σέσωται. Virgula post φίλος interpungebatur. Posui coli signum. Neque enim talem illum amicum esse dicit, ut eum aeque ac se vivere velit, sed amicum esse: amici autem vitae aeque se ac suae prospicere.

V. 596. Ald. ἤ με. Emendarunt Seidlerus et Porsonus Adv. p. 252. Vide ad Iph. Aul. 683.

V. 598. Ald. Par. A. B. C. Vict. Flor. 2. ὀρθὸς. Ox. Flor. 1. ὀρθῶς, idque superscriptum in Par. B. C. Vict.

V. 606. Legebatur θεᾶς γὰρ τῆσδε προστροπὴν ἔχω. Mirum neminem vidisse id Euripidem θεᾶς γὰρ τήνδε προστροπὴν ἔχω scripsisse: quin Elmsleium propter sequentem versum scribendum putasse προστρόπαι᾽ ἔχω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

αὐτὴ ξίφει θύουσα θῆλυς ἄρσενας;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὔκ· ἀλλὰ χαίτην ἀμφὶ σὴν χερνίψομαι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὁ δὲ σφαγεὺς τίς; εἰ τάδ' ἱστορεῖν με χρή.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εἴσω δόμων τῶνδ' εἰσὶν οἷς μέλει τάδε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τάφος δὲ ποῖος δέξεταί μ', ὅταν θάνω;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πῦρ ἱερὸν ἔνδον χάσμα τ' εὐρωπὸν πέτρας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φεῦ·
πῶς ἄν μ' ἀδελφῆς χεὶρ περιστείλειεν ἄν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μάταιον εὐχήν, ὦ τάλας, ὅςτις πότ' εἶ,

V. 614. Diodorus Siculus XX. 14. hos versus, in quibus *χθονὸς* pro *πέτρας* apud eum legitur, Euripidem haec e Carthaginiensium sacro accepisse putavit, apud quos ex supinis manibus aereae statuae Saturni puer in voraginem igne plenam delaberetur. Et videtur sane ignem in hiatu illo accensum significare Euripides, ut ex v. 622. colligitur. De illis Carthaginiensium Phoenicumque sacris v. scriptores ab Hoeckio in Cretae vol. II. p. 74. citatos, in iisque Boettigeri Ideen zur Kunst-Mythologie p. 355. seqq.

εὔξω· μακρὰν γὰρ βαρβάρου ναίει χθονός.
οὐ μήν, ἐπειδὴ τυγχάνεις Ἀργεῖος ὤν,
ἀλλ' ὧν γε δυνατὸν οὐδ' ἐγὼ 'λλείψω χάριν.
πολύν τε γάρ σοι κόσμον ἐνθήσω τάφῳ,
ξανθῷ τ' ἐλαίῳ σῶμα σὸν κατασβέσω,

V. 618. Observanda consulto quaesita ambiguitas, quum haec verba etiam sic accipi possint, ut longe a Graecia remota inter barbaros vivere dicatur.

V. 620. Libri οὐδ' ἐγὼ λείψω χάριν. Id ut defenderet, Seidlerus attulit Phoen. 388. μηδὲν ἐνδεὲς λίπῃς. Matthiae quum scripsit, „diversa sunt χάριν λείπειν, *beneficium omittere*, et μηδὲν ἐνδεὲς λιπεῖν," illud quidem verum dixit, diversa ista esse; non recte autem χάριν λείπειν est interpretatus. Nam id ipsum quaerebatur, possetne haec locutio significare *beneficium omittere*. Quare hoc potius afferendum erat, per ἐνδεὲς λιπεῖν non λείπειν χάριν, sed ἐλλείπειν defendi, cui verbo quae adhaeret praepositio, ea significari idem quod ἐνδεὲς adiectivo. Itaque Marklandi emendationem οὐδ' ἐγὼ 'λλείψω χάριν recepi.

V. 622. Hic versus, qui non est in editionibus antiquis, a Marklando repositus est ex codd. Parisinis, quorum in A. B. ἐλέῳ scriptum. Habent eum versum etiam Florentini. Absurdum visum Marklando κατασβέσω, quia corpus ardens, nisi gagates lapis sit, non possit exstingui oleo. Eum ut refutaret, Seidlerus Homero auctore Odyss. XXIV. 44. seqq. usus, Iphigeniam promittere putavit se rogo modo concremato calentia adhuc ossa oleo et melle esse perfusuram. Et persuaderi hoc sibi passus est Matthiae. At negligenter inspexerat Homeri versus Seidlerus. Nam quod v. 43. dictum est de corpore Achillis,

αὐτὰρ ἐπεί σ' ἐπὶ νῆας ἐνείκαμεν ἐκ πολέμοιο,
κάτθεμεν ἐν λεχέεσσι, καθήραντες χρόα καλὸν
ὕδατί τε λιαρῷ καὶ ἀλείφατι,

de corpore dictum est nondum in rogum imposito: quod quum esset per septemdecim dies defletum, tum demum concrematum esse ostendit. v. 65.

ὀκτωκαιδεκάτῃ δ' ἔδομεν πυρί.

Euripides quidem non ita ineptus fuit, ut oleo ignem exstingui diceret, quod in Patrocli rogo vino factum narrat Homerus Iliad. XXIII. 237. sed minus proprie loquentem Iphigeniam hoc dicere voluit, oleo se honorandi mortui caussa affuso effecturam ut citius consumpto corpore exstinguatur ignis, φαρμασσόμενος, ut Aeschyli verbis utar, χρίματος ἁγνοῦ μαλακαῖς ἀδόλοισι παρηγορίαις. Imponebantur enim rogo vasa oleo repleta. Homerus Iliad. XXIII. 170.

ἐν δ' ἐτίθει μέλιτος καὶ ἀλείφατος ἀμφιφορῆας
πρὸς λέχεα κλίνων.

καὶ τῆς ὀρείας ἀνθεμόῤῥυτον γάνος
ξουθῆς μελίσσης εἰς πυρὰν βαλῶ σέθεν.
ἀλλ' εἶμι, δέλτον τ' ἐκ θεᾶς ἀνακτόρων
οἴσω· τὸ μέντοι δυςμενὲς μὴ 'μοῦ λάβῃς.
φυλάσσετ' αὐτούς, πρόςπολοι, δεσμῶν ἄτερ.
ἴσως ἄελπτα τῶν ἐμῶν φίλων τινὶ
πέμψω πρὸς Ἄργος, ὃν μάλιστ' ἐγὼ φιλῶ,
καὶ δέλτος αὐτῷ ζῶντας οὓς δοκεῖ θανεῖν
λέγουσα πιστὰς ἡδονὰς ἀπαγγελεῖ.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ ά.

κατολοφύρομαι σὲ τὸν χερνίβων στρ. ά.
ῥανίσι * * *
μελόμενον αἱμακταῖς.

Et Odyss. XXIV. 67.

καίεο δ' ἔν τ' ἐσθῆτι θεῶν καὶ ἀλείφατι πολλῷ
καὶ μέλιτι γλυκερῷ.

V. 625. Ald. Par. A. B. *εἰς πῦρ ἐμβαλῶ.* Par. C. Flor. Flor. 1. 2. Vict. *εἰς πῦρ ἐμβαλὼν.* Emendavit Canterus.

V. 626. Libri *τὸ μέντοι δυςμενὲς μή μου λάβῃς.* Seidlerus comparavit Heracl. 991.

ἐπεὶ δ' ἐκείνῳ δυςμένειαν ἠράμην,

assensurus, si quis *μοι* scribere malit. Et est sane aliquid ambigui in genitivo, qui fere de eo dicitur qui odit, ut in Troad. 661.

τὸ δυςμενὲς γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέχος.

Sed hic facile res ipsa ostendit genitivo significari eum quem quis oderit. Similiter in Hippolyto 965.

εἰ δυςμενείᾳ σῇ τὰ φίλτατ' ὤλεσεν.

Erat autem *ἐμοῦ* scribendum, quia cum articulo *τὸ δυςμενὲς* dixit. Hoc enim in mente habet: ***odium, quod immolatio affert, ne in me concipito.***

V. 629. Ex Brubachiana editum *ὧν,* et fortasse ita codices aliquot. Sed Par. A. et Ald. *ὃν.*

V. 632. Vulgo ex Brub. *τῶν χερνίβων.* Sed *τὸν* Ald. Par. A. Flor. 1. 2. Vict.

V. 633. Excidisse aliquid, etiam si non doceret antistropha, metrum prodit. Eorum quae Elmsleio in mentem venerunt, *βαρβάρων* vel *δυςσεβῶν*, posterius certo non scripsit Euripides, nec facile prius. Omnino illa Latinis quam Graecis poetis usitatior verborum compositio est. Magis in promptu est *ἐν χάρᾳ* scripsisse Euripidem. In huiusmodi locis quid non scriptum fuerit facilius est dicere, quam quid fuerit scriptum.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οἶκτος γὰρ οὐ ταὖτ᾽, ἀλλὰ χαίρετ᾽, ὦ ξέναι.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ β΄.

σὺ δὲ, τύχας μάκαρ· σὲ δ᾽, ὦ νεανία, ἀντ. ά.

V. 635. Brub. et vulgatae οἶκτος μὲν οὐ ταὖτ᾽, haud dubie ab emendatore, qui non recte dictum putaret οἶκτος γὰρ οὐ ταὖτ, ut in Aldina et codd. omnibus legitur. Eadem caussa Reiskium movit ut οἶκτος γὰρ οὖν ταὖτ᾽ emendandum censeret: quod sententiam praebet non dignam Oreste. Aldinae et codicum scripturam Marklandus restituit, conferri iubens quae ad Suppl. 8. dixit: quem sequuti sunt Musgravius, Seidlerus, aliique. Recte quidem, sed tamen non sine errore, quum assensisse Marklando videantur, γὰρ ad sententiam quae omissa sit esse referendum. Dicitur quidem ita γάρ, sed quae hic omissa esse deberet sententia, non posset alia esse quam οὔ. At id non potest cogitatione suppleri, quia, quum nulla in chori verbis quae progressa sunt negatio sit, intelligendum potius esset ναί. Non ad omissam sententiam refertur γάρ, sed ad eam quae his est verbis expressa, ἀλλὰ χαίρετ᾽, ὦ ξέναι. Saepe enim in ratione reddenda invertunt Graeci ordinem sententiarum, caussam praemittentes: quo genere loquendi saepissime usus est Herodotus. Principalis sententia est, ἀλλὰ χαίρετ᾽, ὦ ξέναι, quod non est *valete*, ut vertit Barnesius, sed *at gaudete*, quod Pylades salvus hinc abibit: *hoc enim*, quod mihi moriendum est, *non est lamentandum.* Potuerat haec sic dicere: ἀλλ᾽, οὐ ταὖτα γὰρ οἶκτος, χαίρετε.

V. 636. Libri: σὲ δὲ τύχας μάκαρος ὦ νεανία, nisi quod Flor. 1. σὺ pro σε. Seidlerus, ut dochmium restitueret, ἰὼ scripsit. At etsi masculinum μάκαρος defendi potest, tamen neque ἰὼ hic placet, nec veri simile est antistrophica, praesertim tam brevia, non singulis inter se syllabis respondisse. His caussis adduci quis possit, ut rarum vocabulum, et fortasse non alibi repertum quam apud Leonidam Tarentinum reponat: σὲ δὲ τύχας μακαρτὸν, ὦ νεανία, σεβόμεθ᾽. Id potuerat quidem etiam sic dici, σὲ δ᾽, ὁ τύχας μακαρτός, ὦ νεανία: sed alterum praestaret. Leonidae versus sunt in epigrammate 69.

ὁ πρὶν — τί πλείω μυθεῦμαι; ὁ πᾶσι μακαρτός,
φεῦ, γαίης ὅσσης ὅσσον ἔχει μόριον.

Non ausim tamen hoc auctore vocabulum, cuius non aliud, minime omnium autem apud tragicos repertum est exemplum obtrudere Euripidi, praesertim quum illud μάκαρος facillime ex μακάριος, quo verbo μάκαρ a grammaticis explicatur, oriri potuerit. Quare malui scribere, quod etiam ad sententiam gravius est, optimeque

σεβόμεθ', εἰς πάτραν
ὅτι πόδ' ἐπεμβάσει.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἄζηλά τοι φίλοισι, θνησκόντων φίλων.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ ά.

ὦ σχέτλιοι πομπαί. στρ. β'.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ β'.

φεῦ φεῦ, διόλλυσαι. ἀντ. β'.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ ά.

αἰαῖ. στρ. γ'.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ β'.

αἰαῖ. ἀντ. γ'.

---

convenit choro reditus in patriam cogitatione commoto, σὺ δὲ, τύχας μάκαρ· σὲ δ', ὦ νεανία, σεβόμεθ'. Ac suadet hoc codicis Flor. 1. scriptura, qui liber aliquot in locis vera conservavit.

V. 638. Ald. ὅτί ποτ' ἐπεμβάσῃ. Nec variare videntur codices. Valde languet istud ποτέ, ut non dubitaverim elegantissimam locoque huic eximie accommodatam Elmsleii emendationem recipere.

V. 639. Libri ἄζηλα τοῖς φίλοισι. Non immerito displicuit Elmsleio articulus. Unde et ad h. l. et ad Aiacem Sophoclis v. 403. scribendum coniecit ἄζηλα τάδε φίλοισι. Facilius erat, quod feci, τοι reponere.

V. 642. Hi versus in Aldina, et ut videtur, in caeteris quoque libris sic scripti:

ὦ σχέτλιοι πομπαί.
φεῦ· φεῦ· διόλλυσαι.
αἴ· αἴ· αἴ αἴ.
πότερος ὁ μέλλων.

Non puto cuiquam dubium videri posse quin omnia, quae in hac scena chorus antispasticis numeris recitat, ita fuerint distributa, ut choro in hemichoria diviso ex utroque hemichorio vel una vel paucae harum virginum antistrophica canerent, et ita quidem, ut alterum hemichorium lamentaretur sortem Orestis, Pyladae autem fortunam felicem praedicaret alterum. Epodum ergo decebat

ΧΟΡΟΣ.

πότερος ὁ μᾶλλον; ἐπῳδ.
ἔτι γάρ ἀμφίλογα δίδυμα μέμονε φρήν,
σὲ πάρος ἢ σ' ἀναστενάξω γόοις.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πυλάδη, πέπονθας ταὐτὸ, πρὸς θεῶν, ἐμοί;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

οὐκ οἶδ'· ἐρωτᾷς οὐ λέγειν ἔχοντά με.

---

communiter ab utrisque vel earum vicariis cani. Et faciunt id sane, sed in posteriore demum parte horum versuum. Primam enim partem non est obscurum divisim ab utrovis hemichorio, et quidem, nisi fallor, eodem quo coeperant ordine proferri, ut utrumque hemichorium aeque utrique hospiti favere videatur. Ex quo sequitur, etiam quae epodus esse credebatur, non totam esse epodum, sed solos postremos versus. Haec igitur, *ὢ σχέτλιοι πομπαί*, non sunt dochmiacus, sed producta secunda syllaba iambicus ischiorrhogicus, ut is qui sequitur, respondens illi. Tum demum coniunctim utriusque hemichorii aliquot mulieres epodum canunt, cuius initium est *πότερος*. Nam etiam qui praecedit monometer iambicus, divisus est inter hemichoria. In libris non distincta sunt hemichoria quorum ego notas a v. 632. apposui. Simul apertum est evanescere dubitationes, quae interpretatione horum versuum excitatae sunt. Aliae virgines Pyladae respondent: *o diram missionem*, qua ille scilicet in patriam mittitur, amicum relinquens morti destinatum; aliae autem Oresti dicunt, *hei hei, peris.*

V. 643. Perineptum, ac potius plane absurdum est quod libri habent, *πότερος ὁ μέλλων*, quod intelligendum esset *ὁ μέλλων διόλλυσθαι.* At id iam dubitari non poterat, ipseque chorus Orestem, quod moriturus esset, infelicem, felicem autem, quod in patriam rediturus esset, Pyladem praedicaverat. Manifesto autem qui sequuntur duo versus, de eo dubitare chorum indicant, uter magis deplorandus sit, is qui moriatur, servato amico, an qui servetur, amico moriente. Unde luce clarius est, *μέλλων* esse in *μᾶλλον* mutandum. Id est *πότερος ὁ μᾶλλον διολλύμενος;*

V. 644. Ald. et codd. A. B. *ἀμφίφλογα.* Emendatum in Brubachiana. Deinde Flor. 2. *μέμηνε*, idque, sed superscripto mediae syllabae *ο*, etiam Paris. B. C. Flor. 1. Vict. habent. Aldina *μέμονε.*

V. 646. Elmsleio scribendum videbatur *ταὐτά.*

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τίς ἐστὶν ἡ νεᾶνις; ὡς Ἑλληνικῶς
ἀνήρεθ' ἡμᾶς τούς τ' ἐν Ἰλίῳ πόνους
νόστον τ' Ἀχαιῶν τόν τ' ἐν οἰωνοῖς σοφὸν
Κάλχαντ' Ἀχιλλέως τ' ὄνομα, καὶ τὸν ἄθλιον
Ἀγαμέμνον' ὡς ᾤκτειρ', ἀνηρώτα τέ με
γυναῖκα παῖδάς τ'. ἔστιν ἡ ξένη γένος
ἐκεῖθεν Ἀργεία τις· οὐ γὰρ ἄν ποτε
δέλτον τ' ἔπεμπε καὶ τάδ' ἐξεμάνθανεν,
ὡς κοινὰ πράσσουσ', Ἄργος εἰ πράσσοι καλῶς.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἔφθης με μικρόν· ταὐτὰ δὲ φθάσας λέγεις,
πλὴν ἕν· τὰ γάρ τοι βασιλέων παθήματα
ἴσασι πάντες, ὧν ἐπιστροφή τις ἦν.
ἀτὰρ διῆλθε χἄτερον λόγον τινά.

V. 652. Ald. ᾤκτειρεν· ἀνηρώτα τ' ἐμέ. Heathius ᾤκτειρ'. Tum τέ με Schaeferus.

V. 656. Libri πράσσει. Quod etsi defendi potest, tamen tam veri simile est obliqua oratione usum esse Euripidem, ut non dubitaverim optativum reponere. Vide v. 948.

V. 657. Par. A. ταῦτα. Deinde Ald. φράσας. Sed codices omnes φθάσας.

V. 658. Libri τὰ γὰρ τῶν βασιλέων παθήματα. Valde inutilis et inelegans est τῶν articulus. Pro eo τοι scripsi: aptissimae enim hic τοί γὰρ particulae.

V. 659. Ἐπιστροφή, de quo vocabulo Blomfieldius in glossario Aeschyli sept. ad Theb. 645. hic passive dictum, de iis ad quos alii accedunt.

V. 660. Quum horum versuum sententiam non perspexissent interpretes, factum est ut Tan. Faber et Marklandus διῆλθε in διελθέ mutandum putarent, Seidlerus autem ederet διῆλθον, quod ei propter responsum Orestis necessarium videbatur: eodemque modo scribendum iudicavit Porsonus. Credebant enim, nisi fallor, πλὴν ἕν pertinere ad ea quae proxime sequuntur. At non est ita, sed illud dicit Pylades, quod mox ἕτερον λόγον vocat; ista autem in medio posita sunt, non mirum esse si de regum fatis, quae omnibus nota sint, quaesiverit sacerdos.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τίν'; εἰς τὸ κοινὸν δοὺς ἄμεινον ἂν μάθοις.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

αἰσχρὸν θανόντος σοῦ βλέπειν ἡμᾶς φάος·
κοινῇ τ' ἔπλευσα, δεῖ με καὶ κοινῇ θανεῖν.
καὶ δειλίαν γὰρ καὶ κάκην κεκτήσομαι
Ἄργει τε Φωκέων τ' ἐν πολυπτύχῳ χθονί,
δόξω δὲ τοῖς πολλοῖσι, πολλοὶ γὰρ κακοί,
προδοὺς σὲ σώζεσθαι αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος,

V. 661. Vict. *μάθης*, superscripto *οι*. Recte se habet vulgatum *μάθοις*, neque in sententia est quod quis haereat. Miratus erat Orestes, quod res ad Troiam gestae, Calchas, Achilles, Agamemno, tam notae essent sacerdoti, ipsa ut videretur Argiva esse. Respondet Pylades, id ipsum se quoque animadvertisse, quamquam id non valde mirandum esse, quum regum fata nota sint omnibus; sed praeter ista dixisse eam etiam aliud. Ex his verbis Orestes iam non potest non colligere, singulare quid et quod certiori coniecturae de patria et genere sacerdotis faciendae viam monstret a Pylade esse animadversum. Hinc dicit, si id proferat, melius eum, ubi rem ambo consideraverint, perspecturum esse illud, quod nunc dubium videatur. At ille non, quod exspectabat Orestes, sed aliud affert, velle illam Orestem mori, se autem cum litteris sospitem reverti in patriam. Comparari potest hoc Platonis in Lyside p. 218. E. *εἰκότως γε, ἦν δ' ἐγώ· ἀλλ' ὧδε ἴσως ἀκολουθήσεις, οἶμαι δὲ καὶ ἐγὼ μᾶλλον εἴσομαι ὅ τι λέγω.* Et in Phaedro p. 238. B. *λεχθὲν δὲ ἢ μὴ λεχθὲν πάντως σαφέστερον.*

V. 662. *θανόντος σου.* Seidlerus, Porsonus, et Paris. A. *θανόντος σοῦ.*

V. 663. Libri *κοινῇ τ' ἔπλευσα.* Elmsleius male coniecit *κοινῇ δ' ἔπλευσα*: idem melius, *κοινῇ δὲ πλεύσας, δεῖ με καὶ κοινῇ θανεῖν*, ex Hippolyto v. 22. afferens

τὰ πολλὰ δὲ
πάλαι προκόψασ', οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ.

Cur vero corrigatur, quod rectissime est aptissimeque dictum, atque adeo rectius illo, quod substituere iubemur?

V. 667. Libri: *προδούς σε, σώζεσθ' αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος.* Dindorfii scripserunt *προδοὺς σέ*, quo non opus. Elisa diphthongus in *σώζεσθαι* suspicionem vitii excitavit, ut Erfurdtius ad Soph. Ai. 190. p. 517. scribendum putaverit *σωθείς*, volens

ἢ καὶ φονεύσας ἐπὶ νοσοῦσι δώμασιν
ῥάψαι μόρον σοι σῆς τυραννίδος χάριν,
ἄκληρον ὡς δὴ σὴν κασιγνήτην γαμῶν.

---

hoc quoque participium ad *ῥάψαι* referri. At recte monuit Seidlerus opponi inter se *προδοὺς σώζεσθαι* et *φονεύσας ῥάψαι μόρον*. Omninoque res ipsa postulat, ut aut propter ignaviam deseruisse Orestem Pylades, aut propter invidiam insidias ei parasse dicatur. Elmsleius in Erfurdtii correctione malebat *σωθείς τ'* scribi: ipse tamen coniecit *προδοὺς σεσῶσθαί σ' αὐτὸς εἰς οἴκους μόνος*. Idque Matthiae quoque magis sibi placere ait. Mihi displicet ut quod maxime propter pronomen eo quo minime debuit loco positum. Si quid vellent proferre critici, quod aliquid commendationis haberet, aut hoc debebant proponere: *προδούς σε σώζειν αὐτὸν εἰς οἴκους μόνον*, aut, quod elegantius esset, *προδούς σε σωθεὶς αὐτὸς εἰς οἴκους μολεῖν*. Ego quidem non ausus sum quidquam mutare, nisi quod plene scripsi *σώζεσθαι*, Nam ut elisionem diphthongi, a qua comici non abstinuerunt tragici sibi non concessam putaverint, tamen quin crasin admitterent sequente longa vocali vel diphthongo nihil obstitisse videtur. Similis ratio est illius quod apud Aeschylum Prom. 832. legitur:

ὑφ' ὧν σὺ λαμπρῶς κοὐδὲν αἰνικτηρίως
προςηγορεύθης ἡ Διὸς κλεινὴ δάμαρ
μέλλουσ' ἔσεσθαι, εἴ τῶνδε προςσαίνει σέ τι.

Ubi *εἰ*, quod necessarium videtur, nec scholiastae habuerunt et omittunt plerique codices.

V. 668. Ingeniosa, sed tamen non necessaria est Lobeckii coniectura ad Aiacem p. 311. *ἢ κἀφεδρεύσας*. Illud, *ἐπὶ νοσοῦσι δώμασιν*, quum Seidlerus non ***in calamitate familiae***, sed ***insuper ad familiae calamitatem*** significare putabat, falsus est. Caussa occidendi enim affertur ea, quod occiso Agamemnone, regnumque tenente Menelao, (v. v. 903.) non magnopere metuendus fuerit ultor.

V. 670. Libri: *ἔγκληρον ὡς δὴ σὴν κασιγνήτην γαμῶν*, nisi quod Flor. 1. *ἄκληρον*. Porsonus quum moneret, *γαμῶν* temporis futuri esse, non cogitavit repugnare id iis quae v. 684. et 889. et 896. leguntur, ex quibus locis patet convenisse iam Electram in manum Pyladae. Itaque Seidlerus *ἔγκληρον γαμῶν* coniunctim dicta interpretatus est ***non sine dote habiturus***. At nullo pacto fieri potest, ut *γαμῶν*, sive praesentis sive futuri temporis, si cum *ἔγκληρον* coniungatur, illam potestatem habeat. Videretur enim iterum nuptias facturus dici Pylades cum dotata uxore, quam duxisset indotatam. Omninoque etiam propterea non potuit ita loqui Euripides, quia, quum futurum Attici non *γαμήσειν*, sed *γαμεῖν* dicant, spectatores illud *γαμῶν* necessario pro

ταῦτ' οὖν φοβοῦμαι καὶ δι' αἰσχύνης ἔχω,
κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ χρὴ συνεκπνεῦσαί μέ σοι
καὶ συσφαγῆναι καὶ πυρωθῆναι δέμας,
φίλον γεγῶτα καὶ φοβούμενον ψόγον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εὔφημα φώνει. τἀμὰ δεῖ φέρειν κακά·
ἁπλᾶς δὲ λύπας ἐξόν, οὐκ οἴσω διπλᾶς.
ὃ γὰρ σὺ λυπρὸν κἀπονείδιστον λέγεις,
ταῦτ' ἐστὶν ἡμῖν, εἴ σε συμμοχθοῦντ' ἐμοὶ

---

futuro accepissent, credidissentque nondum Pyladem illam uxorem duxisse: cuius opinionis mox stupuissent contrarium narrari. Si voluisset illud sine repugnantia dicere, in promptu erat ἔγκληρος ὡς δὴ σῆς κασιγνήτης γάμῳ. Sed opportune bonam scripturam servavit codex Florentinus 1. ἄκληρον. Cum hoc enim adiectivo recte γαμῶν praesens coniungi potuit, quia, quum in matrimonium accepta est, ἄκληρος fuit, superstite Oreste. Apertum est autem, rem eodem redire, quia qui indotatae uxoris suae fratrem, cuius hereditas mortuo eo ad sororem reditura est, interficit, in possessionem illorum venit bonorum. Mutarunt illam scripturam, qui nondum lectis quae sequuntur, γαμῶν futurum esse credebant.

V. 675. Libri: τἀμὰ δεῖ φέρειν κακά. Porsonus in Adv. p. 261. necessarium esse pronomen iudicans, scribebat τἀμὰ δεῖ φέρειν ἐμέ. Assentior Seidlero non necessarium esse pronomen, si φέρειν voce erigatur. *Ferre*, inquit, non detrectare, *mala mea debeo*.

V. 678. Libri ταῦτ' ἐστὶν ἡμῖν. Marklandus propter praegressum ὃ scribendum putabat τοῦτ'. Arguta disputatione usus L. Dindorfius, ταῦτα soloecum esse ratus, ταὔτ' edidit, sequutusque est frater. Nihil soloeci in plurali isto, nisi soloeca sunt quae πρὸς τὸ σημαινόμενον dicta vocantur. Ex iis, quae Matthiae ad Hecubae v. 977. attulit, praeter ipsum Hecubae locum, comparari potest Ionis v. 945.

τοῦτ' ἦν· ἃ νῦν σοι φανερὰ σημαίνω κακά.

Sed hoc quoque Dindorfius maior, fratris in vol. II. p. 541. iudicium sequutus, τοῦτο soloecum plane et nullo pacto ferendum pronunciantis, in τότ' ἦν ἃ mutavit. Id vero ego, si scriptum in libris esset, non ferendum censerem. Orestis verba sic accipienda: *nam quod tu doloris et opprobrii plenum dicis, haec in me cadunt*, scilicet et dolor et opprobrium. Hoc igitur sicuti dictum est rectissime, sic illud ταὐτὸ ne aptum quidem est, sed abhorret potius ab Orestis consilio. Parum enim valido ute-

κτενῶ· τὸ μὲν γὰρ εἰς ἔμ᾽ οὐ κακῶς ἔχει,
πράσσονθ᾽ ἃ πράσσω πρὸς θεῶν, λύσειν βίον.
σὺ δ᾽ ὄλβιός τ᾽ εἶ, καθαρά τ᾽ οὐ νοσοῦντ᾽ ἔχεις
μέλαθρ᾽, ἐγὼ δὲ δυςσεβῆ καὶ δυςτυχῆ.
σωθεὶς δὲ παῖδας ἐξ ἐμῆς ὁμοσπόρου
κτησάμενος, ἣν ἔδωκά σοι δάμαρτ᾽ ἔχειν,
ὄνομά τ᾽ ἐμοῦ γένοιτ᾽ ἄν, οὐδ᾽ ἄπαις δόμος

---

retur argumento, si eandem suam quam Pyladae conditionem esse ostenderet, quum potius illum non posse secum comparari iis qui sequuntur versibus demonstret. Pro εἴ σε Par. A. εἴ τε.

V. 680. Ald. λύσειν. Par. A. λήγειν. Flor. 1. λήσειν, idque superscripto γ etiam in Par. B. C. Flor. 2. Elmsleium Matthiae, item ut Is. Vossium in notis Mss. λύειν propterea coniecisse putabat, quod οὐ κακῶς ἐμὲ λύσειν βίον non bene Graece dici existimaret: cui assentitur. Fortasse ita existimabat Elmsleius: sed movit eum hoc quoque, quod λύσειν et λύειν commutari solent: in quam rem attulit Hippolyti v. 671. 1060. 1442. quorum in v. 1060. facile impetratur ut λύω quam λύσω legi malimus; non item in reliquis duobus exemplis. Futuri infinitivum ex verbis pendentem, in quibus aliqua exspectandi eventus significatio est, exemplis multis comprobarunt Lobeckius ad Phryn. p. 717. 747. seqq. et Schaeferus ad Poesin gnomicam p. 16. seq. Quin ipse Matthiae quod in grammatica §. 506. VI. affert ex Philocteta v. 596.

οὗτος γὰρ πλέον
τὸ θάρσος εἶχε θατέρου δράσειν τάδε,

monetque necessarium in eo esse futurum, satis est ad tuendum λύσειν, etsi hic etiam λύειν scribere poeta poterat, si rem ut praesentem cogitari vellet. Nunc futuro usus hoc dicit: *mea quidem sors non mala est, quod sic ab diis afflictus vitam sum soluturus.*

V. 683. Nominativum participii, ubi quis genitivum exspectet, exemplis illustravit Elmsleius ad Oed. R. 60. de cuius sententia dicetur ad v. 708.

V. 685. Quod dicit ὄνομά τ᾽ ἐμοῦ γένοιτ᾽ ἄν, non satis recte intellectum video. Ad duo quae posuerat participia, σωθεὶς et παῖδας ἐξ ἐμῆς ὁμοσπόρου κτησάμενος, duae referuntur proximae sententiae, ὄνομά τ᾽ ἐμοῦ γένοιτ᾽ ἄν, quia reverso Pylade, qui referre possit quo fato perierit Orestes, non ignobilis neque ignoratus morietur; et οὐδ᾽ ἄπαις δόμος ἐξαλειφθείη πότ᾽ ἄν, quia sic genus Agamemnonis per filiam propagabitur. Caeterum scita est Elmsleii ad Oed. Col. 367. observatio, quum saepe οὔτε — τε inveniantur, non item τε — οὔτε frequentari. Caussa

πατρῷος οὑμὸς ἐξαλειφθείη ποτ᾽ ἄν.
ἀλλ᾽ ἕρπε καὶ ζῆ καὶ δόμους οἴκει πατρός.
ὅταν δ᾽ ἐς Ἑλλάδ᾽ ἵππιόν τ᾽ Ἄργος μόλῃς,
πρὸς δεξιᾶς σε τῆσδ᾽ ἐπισκήπτω τάδε·
τύμβον τε χῶσον κἀπίθες μνημεῖά μοι,
καὶ δάκρυ᾽ ἀδελφὴ καὶ κόμας δότω τάφῳ.
ἄγγελλε δ᾽ ὡς ὄλωλ᾽ ὑπ᾽ Ἀργείας τινὸς
γυναικός, ἀμφὶ βωμὸν ἁγνισθεὶς φόνῳ.
καὶ μὴ προδῷς μου τὴν κασιγνήτην ποτέ,
ἔρημα κήδη καὶ δόμους ὁρᾶν πατρός.
καὶ χαῖρ᾽· ἐμῶν γὰρ φίλτατόν σ᾽ εὗρον φίλων,
ὦ συγκυναγὲ καὶ συνεκτραφεὶς ἐμοί,
ὦ πόλλ᾽ ἐνεγκὼν τῶν ἐμῶν ἄχθη κακῶν.
ἡμᾶς δ᾽ ὁ Φοῖβος, μάντις ὤν, ἐψεύσατο·
τέχνην δὲ θέμενος ὡς προσώταθ᾽ Ἑλλάδος
ἀπήλασ᾽ αἰδοῖ τῶν πάρος μαντευμάτων.
ᾧ πάντ᾽ ἐγὼ δοὺς τἀμὰ καὶ πεισθεὶς λόγοις,
μητέρα κατακτάς, αὐτὸς ἀνταπόλλυμαι.

---

non est obscura. Negatio enim quoniam tollit aliquid, fere natura sua opponi quodammodo postulat affirmationi, ideoque οὐδὲ potius quam οὔτε requirit.

V. 687. Memorant grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 97, 29. Etym. M. 410, 42. Photius p. 53. hic quidem versu non adscripto.

V. 688. Affert hunc versum scholiastes Pindari ad Ol. XIII. 27.

V. 693. Reiskius ἁγνισθεὶς interpretatur est *immolatus* ex Hesychii adnotatione: ἁγνίσαι, ἀποθῦσαι, διαφθεῖραι. Vere quidem, sed accommodatius id dicas *consecratus* vel *sacrificatus*.

V. 695. Ald. καὶ δόμους προδοὺς πατρός. Codices ὁρῶν, *considerans*, quocum Marklandus contulit Suppl. 1169.

ὑμᾶς δὲ τῶνδε χρὴ χάριν μεμνημένους
σώζειν, ὁρῶντας ὧν ἐκύρσατ᾽ ἐξ ἐμοῦ.

V. 698. Ald. ὡς πόλλ᾽ ἐνεγκών. Codd. Ox. Parisini, Florentini ὦ, ut coniecerat Reiskius.

V. 701. Vulgo ἀπήλασεν. Emendavit Heathius.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἔσται τάφος σοι, καὶ κασιγνήτης λέχος
οὐκ ἂν προδοίην, ὦ τάλας, ἐπεί σ' ἐγὼ
θανόντα μᾶλλον ἢ βλέπονθ' ἕξω φίλον.
ἀτὰρ τὸ τοῦ θεοῦ γ' οὐ διέφθορέν σέ πω
μάντευμα, καίτοι γ' ἐγγὺς ἕστηκας φόνου.
ἀλλ' ἔστιν, ἔστιν ἡ λίαν δυςπραξία
λίαν διδοῦσα μεταβολάς, ὅταν τύχῃ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

σίγα· τὰ Φοίβου δ' οὐδὲν ὠφελεῖ μ' ἔπη·
γυνὴ γὰρ ἥδε δωμάτων ἔξω περᾷ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀπέλθεθ' ὑμεῖς καὶ παρευτρεπίζετε
τἄνδον μολόντες τοῖς ἐφεστῶσι σφαγῇ.

V. 707. Ald. οὐ διέφθειρέν μέ πω. Ox. οὐ διέφθειρέν σέ πω. Par. A. Flor. 1. 2. Vict. οὐ διέφθορέν μέ πω. Paris. B. C. οὐ διέφθορέν σέ πω.

V. 708. Ald. ἔστηκα. Codd. ἕςηκας. Elmsleius ad Oed. R. 60. coniiciebat καίτοι γ' ἐγγὺς ἑστηκὼς φόνου, nominativum saepe pro genitivo poni existimans. Quae opinio ut per se falsa est, ita exempla, quae ibi congessit, et inter se valde dissimilia diversorumque generum sunt, tale autem, quale hoc esse vult, nullum in iis invenitur. Aliud est enim coeptam nominativo sententiam alia constructione exire, quam sequi nominativum participii, praesertim ubi non genitivum quisquam, sed accusativum exspectet. Multo melior, sed non necessaria, eiusdem Elmsleii coniectura est in adnotatione in Iphigeniam, καίπερ ἐγγὺς ἑστῶτος φόνου. Scilicet istas hariolationes Porsoni peperit opinio, Atticis non licuisse, quod licuit aliis, καίτοιγε et similia non interposita alia voce dicere: de quo ille ad Med. 675.

V. 713. Non recte refutavit Marklandum Seidlerus haerentem in παρευτρεπίζετε, quod παρευτρέπισται in Cyclope p. 590. significet *male apparatum*, *neglectum fuit*. Illud dicendum erat, Cyclopis versum male intellectum esse a Marklando, in quo versu eamdem verbum illud quam in Iphigenia significationem apparandi, quae ad aliquid faciendum opus sint, habet.

δέλτου μὲν αἴδε πολύθυροι διαπτυχαὶ,
ξένοι, πάρεισιν· ἃ δ' ἐπὶ τοῖςδε βούλομαι,
ἀκούσατ'· οὐδεὶς ἀὐτὸς ἐν πόνοις ἀνὴρ
ὅταν τε πρὸς τὸ θάρσος ἐκ φόβου πέσῃ.
ἐγὼ δὲ ταρβῶ μὴ 'ποστήσας χθονὸς
θῆται παρ' οὐδὲν τὰς ἐμὰς ἐπιστολὰς
ὁ τήνδε μέλλων δέλτον εἰς Ἄργος φέρειν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί δῆτα βούλει; τίνος ἀμηχανεῖς πέρι;

V. 715. Ald. et codd. πολύθρηνοι, sed Oxon. πολύθηροι. Musgravius ex Aristotelis Rhet. III. 6. reposuit πολύθυροι. Inciderat in id etiam Marklandus, sed non putavit veram scripturam esse, Pollucis motus testimonio IV. 18. οἱ δὲ Ἀττικοὶ γραμματεῖον δίθυρον· καὶ θύρας τὰς πτύχας, ἄχρι δύο· εἶτα πτύχας, καὶ τρίπτυχον καὶ πολύπτυχον. Videndus idem X. 57. Hinc corrigunt, quod apud Hesychium legitur: θυρίδας Ἀττικοὶ τὰς τῶν γραμμάτων πτύχας, καὶ δίθυρον λέγουσιν, οὐ τρίθυρον, ἀλλὰ τρίπυλον. Nihil haec ad poetas. Aristoteles ubi hoc exemplo usus est, numeravit id in eo genere ornatus, quo pro uno multa nominentur: dicit enim: καὶ τὸ ἓν πολλὰ ποιεῖν, ὅπερ οἱ ποιηταὶ ποιοῦσιν· ἑνὸς ὄντος λιμένος ὅμως λέγουσι λιμένας εἰς Ἀχαϊκούς· καὶ δέλτου μὲν αἴδε πολύθυροι διαπτυχαί. Id illum patet sic voluisse intelligi, διαπτυχαὶ dictum esse pro διαπτυχή; non respexisse autem adiectum πολύθυροι, quod vocabulum natura sua postulat proprie accipi. Digna tamen memoratu Scaligeri et Duporti coniectura πολύθροοι.

V. 716. Libri ξένοις, praeter Oxon. qui praebet ξένοι, ut scribendum coniecit Piersonus Veris. p. 20. quod receperunt editores. Dativo si usus est poeta, credam eum ξένῳ scripsisse. Valde placeret, si legeretur πάρεισιν, ὦ ξέν'. Habet enim aliquid insoliti ξένοι sine ὦ neque in principio allocutionis neque praegresso pronomine positum, ubi oratio ab aliis ad hospites convertitur. Sed tamen eodem modo ξένε est apud Sophoclem Oed. Col. 1206.

V. 717. Libri αὐτός, correctum a viris doctis.

V. 718. Ald. ὅταν γε. Paris. tres, Flor. 2. ὅταν τε. ut Canterus coniecit. Flor. 1. ὅταν δέ.

V. 721. Ald. τάνδε. Codd. omnes τήνδε.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὅρκον δότω μοι τάσδε πορθμεύσειν γραφὰς
πρὸς Ἄργος οἷσι βούλομαι πέμψαι φίλων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἦ κἀντιδώσεις τῷδε τοὺς αὐτοὺς λόγους;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί χρῆμα δράσειν ἢ τί μὴ δράσειν, λέγε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἐκ γῆς ἀφήσειν μὴ θανόντα βαρβάρου.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

δίκαιον εἶπας· πῶς γὰρ ἀγγείλειεν ἄν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἦ καὶ τύραννος ταῦτα συγχωρήσεται;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ναί·
πείσω σφε, καὐτὴ ναὸς εἰςβήσω σκάφος.

V. 729. Scribendum videri potest ἦ χὼ τύραννος. Solet enim hoc nomen cum articulo dici, nisi adiecto alio nomine ut γῆς τύραννος. Sed tamen etiam infra caret articulo v. 969. 993.

V. 730. Quod Ald. habet ναί, deest in Paris. A. C. Inutile visum Marklando, uncis inclusum ab Seidlero, delevit Matthiae. Non probo. Ναὶ extra trimetros cogitantis secum est, ut in Trachiniis v. 424. Et erat profecto, quod Iphigenia non statim responderet πείσω σφε. Magnopere enim verendum erat, ne rex sacratum lege et consuetudine morem non pateretur negligi. Hinc haesitans primo, deinde affirmat, quamque habeat fiduciam, qua promittat hospitem dimissum iri, illis verbis πείσω σφε significat.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὄμνυ· σὺ δ᾽ ἔξαρχ᾽ ὅρκον ὅςτις εὐσεβής.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

δώσω, λέγειν χρή, τήνδε τοῖς ἐμοῖς φίλοις.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τοῖς σοῖς φίλοισι γράμματ᾽ ἀποδώσω τάδε.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

κἀγὼ σὲ σώσω Κυανέας ἔξω πέτρας.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τίν᾽ οὖν ἐπόμνυς τοισίδ᾽ ὅρκιον θεῶν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

Ἄρτεμιν, ἐν ἧςπερ δώμασιν τιμὰς ἔχω.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἐγὼ δ᾽ ἄνακτά γ᾽ οὐρανοῦ, σεμνὸν Δία.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εἰ δ᾽ ἐκλιπὼν τὸν ὅρκον ἀδικοίης ἐμέ;

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἄνοστος εἴην· τί δὲ σύ, μὴ σώσασά με;

V. 733. Ald. δώσω Oresti, reliqua verba Iphigeniae tribuit. In codd. omnibus totus versus Iphigeniae est.

V. 736. Hunc versum Ald. et Par. C. Oresti, Par. A. B. Flor. 1. 2. Vict. Pyladae tribuunt. Tum Ald. Par. B. Flor. 1. 2. Vict. τοῖσιν. Par. A. τοῖς. Emendarunt viri docti τοισίδ᾽.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μήποτε κατ' Ἄργος ζῶσ' ἴχνος θείην ποδός.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἄκουε δὴ νῦν ὃν παρήλθομεν λόγον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀλλ' οὔ τίς ἐστ' ἄκαιρος, ἢν καλῶς ἔχῃ.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ἐξαίρετόν μοι δὸς τόδ', ἤν τι ναῦς πάθῃ,
χἠ δέλτος ἐν κλύδωνι χρημάτων μέτα

V. 741. Par. A. pro *ποδὸς* habet *χθονός*, quasi legisset, inquit Marklandus, *Ἄργους χθόνα*. Immo crediderim, si quid veri in ea scriptura est, id esse *χθονί*.

V. 742. Libri *ἄκουε δὴ νῦν*. Matthiae aliique cum Scaligero *ἄκουε δή νυν*. At nihil hic concluditur ex praegressis, sed hoc dicit: ***audi iam nunc, quod negleximus.***

V. 743. Libri: *ἀλλ' αὖτις ἔσται καινὸς, ἢν καλῶς ἔχῃ.* Nec quod Marklandus coniecit *κοινός*, id ut sit ***ad utrumque nostrum aeque pertinebit***, nec rationem, qua librorum scripturam explicandam putavit Seidlerus, ***at possumus iterum novum facere quod iuravimus***, ferri posse in promptu est. Quamquam quae Matthiae adversus Seidlerum disputavit, non sine calumnia dicta esse patet. Recepit is Piersoni in Veris. p. 21. emendationem, *ἀλλ' αὖθις ἔσται καιρός, ἢν καλῶς ἔχῃ*, nihil ea verius esse ratus: sequutique sunt alii. At ita Euripides scribere nullo pacto potuit. Nam neque Iphigenia differri velle, quod cognoscere plurimum sua interesset, potuit, et, si voluisset differri, Pylades aut facere debuit, aut respondere non passurum esse ut non statim adiiciatur qua conditione non valiturum sit iusiurandum. Ex his apparet, Marklandum, etsi non recte emendavit verba, tamen vidisse quid fuerit dicendum. Scribi debebat: *ἀλλ' οὔ τίς ἐστ' ἄκαιρος, ἢν καλῶς ἔχῃ.* Contrario errore supra v. 320. Aldina *οὔτις*, ubi codices *αὖτις*.

V. 745. Non dixerant hospites qui essent, sed ex vestitu eorum omnique habitu cognosci poterat non infimae conditionis homines esse, neque inopes navigasse.

ἀφανὴς γένηται, σῶμα δ' ἐκσώσω μόνον,
τὸν ὅρκον εἶναι τόνδε μηκέτ' ἔμπεδον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀλλ' οἶσθ' ὃ δράσω; πολλὰ γὰρ πολλῶν κυρεῖ·
τἀνόντα κἀγγεγραμμέν' ἐν δέλτου πτυχαῖς
λόγῳ φράσω σοι πάντ' ἀναγγεῖλαι φίλοις·
ἐν ἀσφαλεῖ γάρ· ἢν μὲν ἐκσώσῃς γραφήν,
αὐτὴ φράσει σιγῶσα τἀγγεγραμμένα·
ἢν δ' ἐν θαλάσσῃ γράμματ' ἀφανισθῇ τάδε,
τὸ σῶμα σώσας τοὺς λόγους σώσεις ἐμοί.

V. 746. Ald. ἐκδώσω. Emendavit Brodaeus, videnturque veram scripturam habere codices.

V. 748. Libri πολλὰ γὰρ πολλῶν κυρεῖ, quibus verbis virgula apposita est in Aldina: alii plenius interpunxerunt; Dindorfii sic: πολλὰ γὰρ πολλῶν κυρεῖ τἀνόντα κἀγγεγραμμέν' ἐν δέλτου πτυχαῖς· λόγῳ φράσω σοι πάντ' ἀναγγεῖλαι φίλοις. Quae ego fateor me non intelligere. Seidlerus et Matthiae Heathii explicationem probarunt, *multa multa obtinent*, sive *per plurima plurimis prospicitur*. Et Seidlerus comparat Germanicum proverbium *viel hilft viel*. Recte quidem, sed non videntur perspexisse, quo consilio poeta hoc dicentem fecerit Iphigeniam. Nimirum quasi praesagitione quadam illa dicit, multa multorum opportunitatem afferre, quia eo quod recitat epistolam improvisum illud atque insperatum accidit, ut fratrem agnoscat. Vulgo vertunt *multa enim multis accidunt*, quasi legeretur πολλὰ γὰρ πολλοῖς κυρεῖ: quod si scriptum inveniretur, recte dictum esset, referreturque ad varios casus, quibus obnoxii sunt peregrinantes.

V. 750. Flor. 1. 2. ἀναγγεῖλαν. Non sine veri specie Elmsleius coniecit ἀπαγγεῖλαι. Potest tamen librorum scriptura eo defendi, quod etsi hospites non missi a cognatis Iphigeniae erant nuncii, tamen de iis rettulerant. Illud incogitanter Elmsleius, quod etiam in Aeschyl. Rom. 662. ἀπαγγέλλοντες scribendum putabat, quo loco rectissime dictum est ἀναγγέλλοντες.

V. 751. Flor. 1. 2. ἐκσώσεις.

V. 754. Flor. 1. τοὺς λόγους σώσεις ἐμούς, non male, si legeretur τοὺς ἐμοὺς σώσεις λόγους. De sigmatismo Elmsleius ad Med. 463.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

καλῶς ἔλεξας, τῶν θεῶν ἐμοῦ θ' ὕπερ.
σήμαινε δ' ᾧ χρὴ τάσδ' ἐπιστολὰς φέρειν
πρὸς Ἄργος, ὅ τι τε χρὴ κλύοντά σου λέγειν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἄγγελλ' Ὀρέστη, παιδὶ τἀγαμέμνονος·
ἡ 'ν Αὐλίδι σφαγεῖσ' ἐπιστέλλει τάδε
ζῶσ' Ἰφιγένεια, τοῖς ἐκεῖ δ' οὐ ζῶσ' ἔτι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ποῦ δ' ἔστ' ἐκείνη; κατθανοῦσ' ἥκει πάλιν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἥδ' ἣν ὁρᾷς σύ· μὴ λόγοις ἔκπλησσέ με.
κόμισαί μ' ἐς Ἄργος, ὦ σύναιμε, πρὶν θανεῖν,
ἐκ βαρβάρου γῆς καὶ μετάστησον θεᾶς
σφαγίων, ἐφ' οἷσι ξενοφόνους τιμὰς ἔχω·

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πυλάδη, τί λέξω; ποῦ πότ' ὄνθ' εὑρήμεθα;

V. 755. Libri *τῶν θεῶν ἐμοῦ θ' ὕπερ.* Non necessarium est, sed tamen valde placet, quod scriptum inveniri optabat Marklandus, *τῶν θεῶν τ' ἐμοῦ θ' ὕπερ.*

V. 757. Par. B. *ὡς χρή.*

V. 758. Par. C. Flor. 1. 2. Vict. *τὠγαμέμνονος.* Ald. *τἀγαμέμνονος.*

V. 762. Hic quoque non necessaria quidem, sed per se non mala est Marklandi coniectura *μὴ λόγου δ' ἔκπλησσέ με.*

V. 765. Ald. *ἐφ' οἷσι ξενοκτόνους*, quod *οἷσι* in *οἷς* mutato malum trimetrum praeberet. Paris. A. B. Ox. Flor. 1. 2. Vict. *ἐφ' οἷσι ξενοφόνους.*

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἢ σοῖς ἀραία δώμασιν γενήσομαι,
Ὀρέσθ', ἵν' αὖθις ὄνομα δὶς κλύων μάθῃς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ θεοί.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί τοὺς θεοὺς ἀνακαλεῖς ἐν τοῖς ἐμοῖς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐδέν· πέραινε δ'· ἐξέβην γὰρ ἄλλοσε.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

λέγ' οὕνεκ' ἔλαφον ἀντιδοῦσά μου θεὰ

V. 768. Ald. *αὖτις*. Potuerunt haec sic dici, *ἵν' αὖθις ὄνομα δὶς κλύων μάθῃς*, i. e. *ἵν' αὖθις μάθῃς ὄνομα δὶς κλύων*. Sed vellet quis tamen articulum additum esse, scriptumque legi *ἵν' αὖθις τοὔνομ' εὖ κλύων μάθῃς*, i. e. *ἵν' αὖθις τοὔνομα κλύων εὖ μάθῃς*.

V. 769. Hoc *ὦ θεοὶ* et quae mox ad Iphigeniae quaestionem respondentur tributa sunt Pyladae in libris. Mirum non vidisse criticos Orestis esse, qui quum is sit ad quem ista omnia quae dixit Iphigenia pertinent, multo hunc magis commoveri animo quam Pyladem necesse erat.

V. 770. Huic versui, qui in libris Pyladae est, continuatur hic:

τάχ' οὖν ἐρωτῶν σ' εἰς ἄπιστ' ἀφίξομαι.

Ei in Aldina signum interrogandi appositum. Quum haererent in his viri docti, permira excogitarunt, ut aptam sententiam restituerent. Matthiae librorum scripturam tuetur, putans Pyladem, qui videat sacerdotem esse Iphigeniam, dicere se ad haec incredibilia penitus videnda interrogando esse perventurum. At, etiam si Pyladae uterque versus tribuatur, nihil ille profecto magis importunum hic dicere poterat. Alieno loco insertum mihi videri hunc versum, cuius vera sedes sit post v. 799. indicavit Seidlerus, cui id parum probabile videbatur, repetiique ego ipse in censura editionis illius.

V. 771. Iphigeniae nomen in Par. A. non est huic versui adscriptum.

Ἄρτεμις ἔσωσέ μ', ἣν ἔθυσ' ἐμὸς πατήρ,
δοκῶν ἐς ἡμᾶς ὀξὺ φάσγανον βαλεῖν,
εἰς τήνδε δ' ᾤκισ' αἶαν. αἵδ' ἐπιστολαί,
τάδ' ἐστὶ τἀν δέλτοισιν ἐγγεγραμμένα.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

ὦ ῥαδίοις ὅρκοισι περιβαλοῦσά με,
κάλλιστα δ' ὀμόσασ', οὐ πολὺν σχήσω χρόνον,
τὸν δ' ὅρκον ὃν κατώμοσ' ἐμπεδώσομεν.
ἰδού, φέρω σοι δέλτον ἀποδίδωμί τε,
Ὀρέστα, τῆσδε σῆς κασιγνήτης πάρα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δέχομαι· παρεὶς δὲ γραμμάτων διαπτυχάς,
τὴν ἡδονὴν πρῶτ' οὐ λόγοις αἱρήσομαι.
ὦ φιλτάτη μοι σύγγον', ἐκπεπληγμένος

V. 774. Codd. ᾦκησ'.

V. 775. Libri τάδ' ἐστὶν ἐν δέλτοισιν ἐγγεγραμμένα. Emendarunt viri docti ex Plutarchi Dictis regum 13. p. 182. E. ubi legitur ταῦτ' ἐστὶ τἀν δέλτοισιν ἐγγεγραμμένα.

V. 777. Ald. κάλλιστα δ' ὁμόσασ'. Par. A. ὀμόσας. Par. B. Flor. 2. Vict. ὀμόσασ', superscripto ας. Idemque indicare voluit scriba qui in Flor. 1. scripsit ὀμόσας σ'. Seidlerus cum Marklando ὀμόσας probavit. At sic alia requireretur particula quam δέ. Recte Matthiae vidit ad illa, ῥαδίοις ὅρκοισι περιβαλοῦσά με, alteram partem sententiae adiiciendam fuisse, κάλλιστα δ' ὀμόσασα. Sed quum id sic explicavit, *et me iureiurando obstrinxisti et ipsa pulcherrimum iusiurandum iurasti, nimirum te servaturum esse eum, qui epistolam Argos pertulisset*, non satis dilucide huius sententiae rationem declaravit. Nam si haec isto modo exponuntur, Pylades illud κάλλιστα ad suam salutem referre videbitur, de qua eum hic cogitare non decet. Immo hoc ille in mente habet: *o quae me facillimo obstrinxisti sacramento, pulcerrimaque iurasti conditione, fratri tuo ut redderem litteras tuas.*

V. 783. 784. Ald. ὦ φιλτάτη μοι σύγγον' ἐκπεπληγμένη. ὅμως ἀπιστῶ· περιβαλὼν βραχίονι. Ox. ἐκπεπλημένος. Par.

ὅμως δ' ἀπίστῳ περιβαλὼν βραχίονι
εἰς τέρψιν εἶμι, πυθόμενος θαυμάστ' ἐμοί.

ΧΟΡΟΣ.

ξεῖν', οὐ δικαίως τῆς θεοῦ τὴν πρόσπολον
χραίνεις ἀθίκτοις περιβαλὼν πέπλοις χέρα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ συγκασιγνήτη τε κἀκ ταὐτοῦ πατρὸς
Ἀγαμέμνονος γεγῶσα, μή μ' ἀποστρέφου,
ἔχουσ' ἀδελφόν, οὐ δοκοῦσ' ἕξειν ποτέ.

A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. ἐκπεπληγμένος. Tum Brub. ἀπιστῶν, ex emendatione. Praeclare restituit hos versus Marklandus. L. Doederlinus in Lectionum variarum decade nuper edita p. 5. scribi iussit ὅμως ἀπίστω περιβαλὼν βραχίονε, negans recte dici χερσὶ περιβαλεῖν τινά. At ipse ita loquutus est Euripides in Oreste v. 371.

> δοκῶν Ὀρέστην, παῖδα τὸν Ἀγαμέμνονος,
> φίλαισι χερσὶ περιβαλεῖν καὶ μητέρα.

V. 786. Elmsleius ad Soph. Oed. Col. 927. quod tragici ξεῖνος non videantur nisi metri caussa dixisse, male hic legi censuit ξεῖν'. At eo ipso argumento, quo hanc scripturam damnat, tueri eam debebat, si quidem in metris etiam numerus spectandus est. Pene evanesceret ξέν' in principio versus positum, quod eo magis hic vitandum erat, quo gravior haec et severior admonitio est.

V. 790. Ald. οὐ δοκῶν. Seidlerus Barnesii coniecturam δοκοῦν recepit. Matthiae vero negat δοκοῦν impersonale poni posse, ubi ad eam personam pertineat, quae antea commemorata fuerit. Haec regula nec potest vera esse, et non esse veram ostendunt quae ipse Matthiae in grammatica §. 564. attulit. Recte ille tamen δοκοῦσ' ex Reiskii coniectura, confirmata a codicibus Florentinis, edidit: nam δοκοῦν propterea reiiciendum est, quia propter sententiam ferri non potest. Ea est enim huiusmodi participiorum impersonalium ratio, ut caussam significent: quare si δοκοῦν scriberetur, hoc diceret Orestes: *habens fratrem, quoniam non putabas te umquam habituram:* quod absurdum est.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐγώ σ᾽ ἀδελφὸν τὸν ἐμόν; οὐ παύσει λέγων;
τὸ δ᾽ Ἄργος αὐτοῦ μεστὸν ἥ τε Ναυπλία.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἔστ᾽ ἐκεῖ σός, ὦ τάλαινα, σύγγονος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀλλ᾽ ἡ Λάκαινα Τυνδαρίς σ᾽ ἐγείνατο;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πέλοπός τε παιδὶ παιδὸς ἐκπέφυκ᾽ ἐγώ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί φής; ἔχεις τι τῶνδέ μοι τεκμήριον;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔχω· πατρῴων ἐκ δόμων τι πυνθάνου.

V. 792. Hoc versu Orestem dici hic illic in terra Argivorum versari perspexit Erfurdtius, conferri iubens Porsonum ad Orest. 54. qui tamen illum in Oreste versum non est recte interpretatus, quo Menelaus quum dicitur *λιμένα Ναύπλιειον ἐκπληρῶν πλάτῃ*, classe implere significatur portum. Itaque eius in versus explicatione cum Porsono Reiskioque etiam Schaeferus erravit, quem citat Seidlerus, ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 441.

V. 795. Seidlerus coniiciebat *Πέλοπός γε παιδὶ παιδός, οὗ πέφυκ᾽ ἐγώ;* Elmsleius *Πέλοπός γε παιδὶ παιδός, οὗ ᾽κπέφυκ᾽ ἐγώ.* Recte se habere librorum scripturam, quum *ἐκπέφυκα* etiam dativo adiungatur, ostendit Matthiae in gramm. Gr. §. 379. not. 1. afferens Hom. Iliad. XIV. 115. h. Ven. 198. Herodot. I. 30, 8. *Τὲ* sic, ut hic, saepius invenitur, ut mox v. 805. et Oed. R. 1001. in Euripidis Oreste 400. in Bacchis 933.

V. 796. Flor. 1. 2. *ἔχοις*, quod ferri posset, si legeretur *ἔχοις ἂν τῶνδέ μοι τεκμήριον;*

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐκ οὖν λέγειν μὲν χρὴ σέ, μανθάνειν δ' ἐμέ;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λέγοιμ' ἂν ἀκοῇ πρῶτον Ἠλέκτρας τάδε·

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τάχ' οὐκ ἐρωτῶσ' εἰς ἄπιστ' ἀφίξομαι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἀτρέως Θυέστου τ' οἶσθα γενομένην ἔριν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἤκουσα, χρυσῆς ἀρνὸς ἡνίκ' ἦν πέρι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ταῦτ' οὖν ὑφήνασ' οἶσθ' ἐν εὐπήνοις ὑφαῖς;

V. 798. Scribebatur *οὐκοῦν λέγειν μὲν χρή σε, μανθάνειν δ' ἐμέ,* sine interrogatione. Ita *οὐκοῦν* esset *igitur*. Id sic demum recte se haberet, si diceret Iphigenia *igitur quaeram*. At contrarium illa fieri vult, Orestem ipsum non quaerenti dicere signa ex quibus eum possit agnoscere. Quare *οὐκ οὖν* divisim scripsi addidique signum interrogandi. *Χρὴ σέ* correxerunt alii.

V. 799. Ald. *λέγοιμ' ἄν. ἄκουε πρῶτον Ἠλέκτρα τάδε.* Par. A. B. Flor. 1. 2. *Ἠλέκτρας*. Vict. *Ἠλέκτρα*, superscripto *ας*. Emendavit Marklandus.

V. 800. Turbata *στιχομυθία* in libris Oresti continuantur versus 799. 801. Ego inter hos versus interposui illum, quem libri post v. 770. ineptissime Pyladae sic scriptum tribuunt: *τάχ' οὖν ἐρωτῶν σ' εἰς ἄπιστ' ἀφίξομαι.* Illud *ἐρωτῶν σ'* nihil aliud est quam duplicis scripturae notatio, *ἐρωτῶν* et *ἐρωτῶσ'*, plane ut *ὀμόσας σ'* v. 777. in Flor. 1. Pro *οὖν* autem scribendum erat *οὐκ*. Quum enim quaerere aliquid noluerit Iphigenia, sed ipsum ultro documenta proferre Orestem, ubi illum videt non cunctanter quid ex Electra audiverit dicturum esse, mirabunda dicit *mox non quaerens incredibilia accipiam*.

V. 801. Ald. *οἶδα*. Victorius coniiciebat *οἶδας*. Recte emendatum *οἶσθα* in Brubachiana et a Cantero.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ φίλτατ᾽, ἐγγὺς τῶν ἐμῶν κάμπτεις φρενῶν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἰκώ τ᾽ ἐν ἱστοῖς, ἡλίου μετάστασιν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὕφηνα καὶ τόδ᾽ εἶδος εὐμίτοις πλοκαῖς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ λούτρ᾽ ἐς Αὖλιν μητρὸς ἀνεδέξω πάρα;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οἶδ᾽· οὐ γὰρ ὁ γάμος ἐσθλὸς ὤν μ᾽ ἀφείλετο.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί γάρ; κόμας σὰς μητρὶ δοῦσα σῇ φέρειν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μνημεῖά γ᾽ ἀντὶ σώματος τοὐμοῦ τάφῳ.

V. 804. Ald. κάμπτῃ. Nihil editores, nisi quod Attice κάμπτει scripserunt. At insolens est κάμπτεσθαι hoc significatu. Quare recepi Blomfieldii emendationem κάμπτεις in glossario Aeschyli Agam. 335.

V. 808. De λουτροῖς Hesychius in λουτροφόρα ἄγγη. Harpocratio in λουτροφόρος καὶ λουτροφορεῖν, et inde Suidas et Etym. M. p. 568, 57. tum Pollux III. 43. Versum recte interpretatus est Matthiae: *nuptiae enim bonae*, cum nobili viro ineundae, *non effecerunt ut lavacris a matre ministrandis carerem.*

V. 809. Recte Seidlerus δοῦσα ex οἶσθα pendere monet, quod repetendum sit ex οἶδα. Durum est enim et inconcinnum, referri, ut Matthiae vult, ad ἀνεδέξω.

V. 810. Conturbavit interpretes τάφῳ. Quod Matthiae dicit, videri Iphigeniam, quum tam longe a matre et a patria seiungeretur, ut sperare non posset se in patria obituram, capillos dedisse matri, quos, si forte moreretur, in cenotaphio sibi Argis

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἃ δ' εἶδον αὐτός, τάδε φράσω τεκμήρια·
Πέλοπος παλαιὰν ἐν δόμοις λόγχην πατρός,
ἣν χερσὶ πάλλων παρθένον Πισάτιδα
ἐκτήσαθ' Ἱπποδάμειαν, Οἰνόμαον κτανών,
ἐν παρθενῶσι τοῖσι σοῖς κεκρυμμένην.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ φίλτατ', οὐδὲν ἄλλο, φίλτατος γὰρ εἶ,
ἔχω σ', Ὀρέστα, τηλύγε-
τον χθονὸς ἀπὸ πατρίδος Ἀργόθεν, ὦ φίλος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κἀγώ σε τὴν θανοῦσαν, ὡς δοξάζεται.

---

exstruendo poneret, id admitti non potest vel propter *φέρειν* in praecedente versu, quo verbo indicatur ex Aulide missos esse capillos; multo minus autem propterea, quod absonum est, aliquem suos ipsius capillos suo sepulcro imponi velle, quod cognatorum atque amicorum est mortuo honorem habentium. *Τάφῳ* pertinet ad *σώματος τοὐμοῦ*. Capillos se dicit matri monumentum misisse sui, quum corpus mittere sepulcro non posset, quippe comburendum in ara Dianae.

V. 814. Mirum est in mentem venire potuisse Elmsleio ad Hec. p. 70. (251. ed. Lips.) corrigere *Οἰνόμαον ἑλών*, quod repetiit ad Med. 379.

V. 816. Nimio antistropharum studio Seidlerus hoc carmen violenter in antistrophica coegit. Iis locus esset, si pari Orestes ut Iphigenia animi motu agitatus fingeretur: sed hunc quum poeta, ut virum, moderatiorem esse voluerit, neque ei alios quam iambici vel trochaici generis numeros tribuerit, natura sua carmen melicum, quod unius personae, eiusque variis affectionibus perturbatae est, aut totum aut maximam certe partem antistrophis carere debet. Atque est ita, nec sunt in eo nisi quattuor brevium stropharum paria.

V. 817. Hic versus et sequens uno numero cohaerent, qui e dactylo in dochmios deflectit. Monitum id iam in Elem. doctr. metr. p. 276. Eadem ratio versuum 834. 835.

κάτα δὲ δάκρυ ἄδακρυ, κάτα δὲ γόος ἅμα χαρᾷ
τὸ σὸν νοτίζει βλέφαρον, ὡςαύτως δ' ἐμόν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τότε σε, τότ' ἔτι βρέφος ἔλιπον ἀγκάλαι-
σι νεαρὸν τροφοῦ, νεαρὸν ἐν δόμοις,
ὦ κρεῖσσον' ἢ λόγοισιν εὐτυχῶν τύχαν.
τί φῶ; θαυμάτων
πέρα καὶ λόγου πρόσω τάδ' ἐπέβα.

V. 820. Ald. κατὰ δὲ δάκρυα, δάκρυα, κατὰ δὲ γόος ἅμα χαρᾷ. Par. A. B. Flor. 1. 2. alterum δάκρυα omittunt, et in Par. A. B. quod habent, δάκρυ, scriptum est cum apostropho δάκρυ'. Inde Musgravius δάκρυ' ἀδάκρυα. Trimetrum esse hunc versum recte monuit Seidlerus: sed non potest ille bisyllabam anacrusin habere. Quare δάκρυ ἄδακρυ scripsi.

V. 822. Ald. τό δέ τι βρέφος ἔλιπον ἀγκάλαις. Barnes. τόδ' ἔτι. Deerat pronomen, neque integer erat dochmius: quare scripsi τότε σε, τότ' ἔτι. Ἀγκάλαισι Paris. A. B. Vict.

V. 824. Ald.

ὦ κρεῖσσον, ἢ λόγοισιν εὐτυχῶν ἐμοῦ.
ψυχὰ, τί φῶ;

Par. C. Vict. ψυχᾷ. Elmsleius ad Med. 823. not. t. εὐτυχῶν ψυχὰ coniungi posse putabat. Idem vero in adnotatione ad Iphigeniam εὐτυχῶν τύχαι legendum coniiciebat, ut εὐτυχῶν non participium, sed genitivus ab εὐτυχεῖς esset. Ad Bacchas autem v. 1181. scripsit εὐτυχῶν τύχα. Ἐμοῦ non ferendum esse apertum est, quia cum λόγοισι coniunctum, quo solo cum vocabulo coniungi potest, nec recte et languide dictum esset: disputavitque de eo Matthiae. Uncis incluserunt Dindorfii, recepto Elmsleii τύχαι. Mirum vero non vidisse criticos scribendum esse ὦ κρείσσον' ἢ λόγοισιν εὐτυχῶν τύχαν, quodque adiectum legitur ἐμοῦ nihil esse nisi adnotationem interpretis, qua explicaretur quod ille scriptum invenit ψυχά. Cohaeret autem hic versus cum praecedentibus, recteque in Aldina minor interpunctio posita est post ἐν δόμοις, non, ut editoribus postea placuit, plena. Antistrophicorum suorum caussa hunc trimetrum Seidlerus contra libros Oresti tribuit.

V. 826. Libri ἐπέβα. Reiskius ἀπέβα, quod recentiores receperunt. Non multum eo confert illud in fine aliquot Euripidis tragoediarum, τοιόνδ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα. Nam id de eo dici-

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τὸ λοιπὸν εὐτυχοῖμεν ἀλλήλων μέτα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἄτοπον ἡδονὰν ἔλαβον, ὦ φίλαι·
δέδοικα δ᾽ ἐκ χερῶν με μὴ πρὸς αἰθέρα στρ. ά.
ἀμπτάμενος φύγῃ·
ἰὼ Κυκλωπὶς ἑστία, ἰὼ πατρίς, ἀντ. ά.
Μυκήνα φίλα,
χάριν ἔχω ζόας, χάριν ἔχω τροφᾶς, ἐπῳδ.
ὅτι μοι συνομαίμονα
τόνδε δόμοισιν ἐξεθρέψω φάος.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

γένει μὲν εὐτυχοῦμεν, εἰς δὲ συμφορὰς,
ὦ σύγγον᾽, ἡμῶν δυστυχὴς ἔφυ βίος.

---

tur, quod finitum atque exactum est. Hic multo aptius est ἐπέβα, quod est *accidit nobis*. Sophocles Electr. 492.

ἄλεκτρ᾽ ἄνυμφα γὰρ ἐπέβα μιαιφόνων
γάμων ἁμιλλήμαθ᾽ οἷσιν οὐ θέμις.

Et in Philocteta v. 192.

θεῖα γάρ, εἴπερ κἀγώ τι φρονῶ,
καὶ τὰ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτὸν
τῆς ὠμόφρονος Χρύσης ἐπέβη.

V. 831. Libri ὦ Κυκλωπίδες ἑστίαι, ὦ πατρίς. Aperte versus 831. 832. duobus praegressis versibus respondent. Itaque Seidlerus utrumque ὦ mutavit in ἰώ, recte hoc quidem, sed non debebat anapaestum defendere, quem talem si admisisset Euripides, merito imperitiae esset accusandus. Posui ego singularem. Quum scriptum esset ἑστίαιὦπατρίς, visum est id non ἑστία ἰώ, sed ἑστίαι ὦ esse: unde Κυκλωπὶς quoque in Κυκλωπίδες mutatum.

V. 833. Ζοᾶς Blomfieldius pro vulgato ζωᾶς.

V. 835. Δόμοισι Seidlerus pro vulgato δόμοις.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐγὼ δὴ μέλεος οἶδ᾽, ὅτε φάσγανον
δέρᾳ θῆκέ μοι μελεόφρων πατήρ,

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οἴμοι· δοκῶ γάρ οὐ παρών σ᾽ ὁρᾶν ἐκεῖ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀνυμέναιος, ὦ σύγγον᾽, Ἀχιλλέως
εἰς κλισίαν λέκτρων δόλι᾽ ὅτ᾽ ἀγόμαν·
παρὰ δὲ βωμὸν ἦν δάκρυα καὶ γόοι.
φεῦ φεῦ χερνίβων τῶν ἐκεῖ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ᾤμωξα κἀγὼ τόλμαν ἣν ἔτλη πατήρ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀπάτορ᾽ ἀπάτορα πότμον ἔλαχον * * * στρ. β΄.
ἄλλα δ᾽ ἐξ ἄλλων κυρεῖ.

V. 838. Ald. ἐγὼ μέλεος. Par. A. ἐγὼ δὲ μέλεος. Hinc Seidlerus ἐγὼ δ᾽ ἁ μέλεος. Non aptum videtur δέ, ubi confirmandum erat dictum Orestis. Quare ἐγὼ δὴ μέλεος scripsi.

V. 841. Seidlerus quod deerat addidit ὦ.

V. 842. Ald. εἰς κλισίαν λύκων. Genuinam vocem λέκτρων praebent codices omnes. Deinde legebatur δολίαν ὅτ᾽ ἀγόμαν. Correxi in censura editionis Seidleri.

V. 844. Legebatur φεῦ φεῦ χερνίβων ἐκεῖ. Articulum addidit Seidlerus. In Ald. hic versus Oresti, versus 845. 846. Iphigeniae, tum rursus Oresti versus 847. usque ad τόλμας v. 850. tributi. Perspexit veram notationem personarum Tyrwhittus.

V. 845. Ald. ᾤμοξα. Paris. A. ᾤμοσα.

V. 846. Qui horrendis coniecturis hoc totum carmen distorsit in Diar. class. falsc. XV. p. 143. seq. hic tamen quod ferri posset attulit, πατέρ᾽ ἀπάτορα τὸν ἐμὸν ἔλαχον, nisi librorum scriptura eamdem, eamque multo elegantius dictam sententiam contineret. Illud critici, etsi apertissimum est, non viderunt,

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἰ σόν γ' ἀδελφόν, ὦ τάλαιν', ἀπώλεσας *ἀντ. β'.*
δαίμονος τύχᾳ τινός.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ μελέα δεινᾶς τόλμας· δείν' ἔτλαν, δείν' ἔτλαν,
ᾤμοι,
σύγγονε, παρὰ δ' ὀλίγον ἀπέφυγες ὄλεθρον ἀν-
όσιον ἐξ ἐμᾶν δαϊχθεὶς χερῶν.
ἁ δ' ἐπ' αὐτοῖς τίς τελευτά; *στρ. γ'.*

---

fuisse hunc versum trimetrum iambicum, cuius in fine sesquipes deest, fortasse ὦ φίλος. Itaque lacunam indicavi.

V. 848. Seidlerus, quem sequutus est Boissonadus, personas ita distinxit: ΙΦ. ἀπάτορ' ἀπάτορα πότμον ἔλαχον. ἄλλα δ' ἐξ ἄλλων κυρεῖ — ΟΡ. εἰ σόν γ' ἀδελφόν, ὦ τάλαιν', ἀπώλεσας. ΙΦ. δαίμονος τύχᾳ τινός. Speciosum hoc quidem est, Iphigeniam dicere ἄλλα δ' ἐξ ἄλλων κυρεῖ δαίμονος τύχᾳ τινός, sed qui cogitet eam statim inferre ὦ μελέα δεινᾶς τόλμας, facile sentiet, hac exclamatione Oresti responderi, nec posse his verbis tranquillum illud δαίμονος τύχᾳ τινὸς praemitti. Libri tres continuos versus, 847—849. Oresti tribuunt. Quod Seidlerus dicit, Orestem in toto hoc carmine solis senariis loqui, ut virilem et sedatiore animo, id eatenus verum est, ut ille non canat melica; nihil valet ad trochaicos numeros, qui quum sint eodem quo iambici numero, non minus quam trimetri conveniunt Oresti. Recte personas distinxit Matthiae, qui tamen quum lineola in fine Orestis verborum posita aposiopesin indicavit, in errorem induci se passus est ab Elmsleio. Huic enim videbatur δι' ὀδύνας ἂν ἔβας aut simile quid subaudiri. Immo plena est et Iphigeniae oratio et Orestis. Iphigenia ex crudeli patris consilio alia deinceps mala exorta dicit. Ad id Orestes, *profecto*, respondet, *si perdidisses fratrem tuum adversae alicuius fortunae casu.*

V. 851. Servavi praecedente versu librorum scripturam, quae duos dochmios et Creticum praebet. Ita ᾤμοι interiectio extra metra est. Alioquin ea non male sic insereretur metris: δείν' ἔτλαν, δείν', ὤ μοι.

V. 852. Ald. Flor. 1. 2. Vict. ἀμφέφυγες. Paris. A. ἀμπέφυγες. Emendavit Musgravius.

V. 853. Ald. χειρῶν. Flor. 1. 2. χερῶν.

V. 854. Aldina: ἁ δ' ἐπ' αὐτοῖσι τίς τελευτὰ, τίς τύχα μοι συγχωρήσει; Nihil variare videntur codices. Correxi iam olim.

τίς τύχα μοι συγκυρήσει; ἀντ. γ'.
τίνα σοι πόρον εὑρομέ- στρ. δ'.
να πάλιν ἀπὸ πόλεως, ἀπὸ φόνου πέμψω
πατρίδ' ἐς Ἀργείαν,
πρὶν ἐπὶ ξίφος αἵματι ἀντ. δ'.
σῷ πελάσαι; τόδε, τόδ', ὦ μελέα ψυχά,
χρέος ἀνευρίσκειν,
πότερον κατὰ χέρσον, οὐχὶ ναΐ, ἐπῳδ.
ἀλλὰ ποδῶν ῥιπᾷ
θανάτῳ πελάσεις ἀνὰ βάρβαρα φῦλα
καὶ δι' ὁδοὺς ἀνόδους στείχων· διὰ κυανέας μὴν
στενοπόρου πέτρας μακρὰ κέλευθα να-
ΐοισιν δρασμοῖς.
τάλαινα, τάλαινα.
τίς ἂν οὖν τάδ' ἂν ἢ θεὸς ἢ βροτὸς ἢ
τί τῶν ἀδοκήτων,

V. 859. Flor. 1. 2. ξίφους.

V. 860. Ald. πυλαῖσαι. Ox. πυλάσαι. Caeteri codd. omnes πελάσαι. Deinde legebatur τόδε τόδε σὸν, ὦ μελέα ψυχά. Dochmiacus quum duobus modis restitui possit, vel delendo altero τόδε, vel abiiciendo σόν, hoc posterius praeferendum duxi, tum quod iteratio pronominis demonstrativi hic magnam vim habet, tum quod σὸν facile potuit ab interprete adscribi.

V. 864. Libri ἄρα. Recte Marklandus ἀνά, quod tantum habet in se ipso commendationis, ut mirum sit dubitari de recipiendi necessitate potuisse.

V. 865. Libri διόδους. Emendarunt Reiskius et Tyrwhittus.

V. 866. Par. A. στενοπόρου. Ald. Par. B. Flor. 1. 2. Vict. στενοπόρου, ut Piersonus Veris. p. 15. Ex Brubachiana στενοπόρους vulgatae.

V. 867. Edd. quaedam ναΐοις. Sed Ald. et codd. ναΐοισι. Seidlerus ναΐοισιν.

V. 869. De ratione, qua ἂν hic constructum est, vide quae de illa particula scripsi p. 35.

V. 870. Libri ἢ τί τῶν ἀδοκήτων πόρον ἄπορον ἐξανύσας. Seidlerus quod scripsit, neminem dicturum quid τί sibi velit, eo fecit ut etiam Matthiae id non videret, quem in eo quo-

πόρον εὔπορον ἐξανύσας
δυοῖν τοῖν μόνοιν Ἀτρείδαιν φανεῖ
κακῶν ἔκλυσιν;

ΧΟΡΟΣ.

ἐν τοῖσι θαυμαστοῖσι καὶ μύθων πέρα
τάδ' εἶδον αὐτὴ κοὐ κλύουσ' ἀπ' ἀγγέλων.

---

que assentientem habuit, quod putavit, qui meminisset illius Euripidei in fine Medeae aliarumque fabularum, *τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε θεός*, non dubitaturum esse quin *ἀδοκήτων* sit cum *πόρον* coniungendum. Valde illud diversum est. Nam istis verbis significari deum afferre inopinata, altera pars sententiae docet, *τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη*. Quid mirum aut difficile intellectu in hoc, *τί τῶν ἀδοκήτων*? ***Quis***, inquit, ***vel deus, vel homo, vel quae rerum inopinatarum nos ex his malis expediet!*** *Πόρον ἄπορον*, si quidem hoc posteriore verbo usus est poeta, propter metrum inverso ordine verborum dicendum fuisse, recte vidit Seidlerus, sed non removit difficultatem, quam haec verba obiiciunt interpretari volenti. Ea vero tolli poterat unius litterae mutatione, *ἀπόρων πόρον ἐξανύσας*. Sed ne opus quidem aut genitivo est aut mutato ordine verborum, si scribitur, quod posui, *πόρον εὔπορον ἐξανύσας*.

V. 875. Libri: *τάδ' εἶδον αὐτὴ καὶ κλύουσ' ἀπαγγελῶ*. Nimis profecto credulum esse oportet, qui Euripidem putet chorum tam absurde loquentem fecisse. Cui tandem ille nunciet quae modo audivit? Num regi Thoanti? num vicinis? At eo certius perdidisset hospites, populares suos. Scripsit poeta *κοὐ κλύουσ' ἀπ' ἀγγέλων*. Nihil frequentius apud Graecos hoc genere loquendi, ut non audiendo se accepisse dicant, quae se certo scire dicere volunt. Id simpliciter dictum apud Euripidem Heracl. 5. *οἶδα δ' οὐ λόγῳ μαθών*, et apud Aeschylum Pers. 266:

καὶ μὴν παρών γε κοὐ λόγους ἄλλων κλύων,
Πέρσαι, φράσαιμ' ἂν οἷ' ἐπορσύνθη κακά.

Plane autem ut in Iphigenia Sophocles Oed. R. 6.

ἁγὼ δικαιῶν μὴ παρ' ἀγγέλων, τέκνα,
ἄλλων ἀκούειν αὐτὸς ὧδ' ἐλήλυθα.

In eamdemque sententiam Aeschylus Choeph. 849.

οὐδὲν ἀγγέλων σθένος,
ὡς αὐτὸν αὐτῶν ἄνδρα πεύθεσθαι πάρα.

Alia exempla adiecisse video L. Dindorfium, qui et ipse vidit *κοὐ κλύουσ'* esse scribendum.

ΠΥΛΑΔΗΣ.

τὸ μὲν φίλους ἐλθόντας εἰς ὄψιν φίλων,
Ὀρέστα, χειρῶν περιβολὰς εἰκὸς λαβεῖν·
λήξαντα δ᾽ οἴκτων κἀπ᾽ ἐκεῖν᾽ ἐλθεῖν χρεών,
ὅπως τὸ κλεινὸν ὄνομα τῆς σωτηρίας
λαβόντες ἐκ γῆς βησόμεσθα βαρβάρου.
σοφῶν γὰρ ἀνδρῶν ταῦτα, μὴ ᾽κβάντας τύχης,
καιρὸν λαβόντας, ἡδονὰς ἄλλας λαβεῖν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καλῶς ἔλεξας· τῇ τύχῃ δ᾽ οἶμαι μέλειν
τοῦδε ξὺν ἡμῖν· ἢν δέ τις πρόθυμος ᾖ,
σθένειν τὸ θεῖον μᾶλλον εἰκότως ἔχει.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐδέν με μὴ σχῇ γ᾽, οὐδ᾽ ἀποστήσει λόγου,

V. 876. Versus 876—882. qui choro continuabantur, Marklandus Iphigeniae tribuendos putabat, in quo eum errasse et res ipsa et versus 886—888. ostendunt. Recte Pyladae adscripserunt Heathius, Musgravius, Tyrwhittus ad Aeschyli Choeph. 508.

V. 879. Codex E. Musgravii, qui est Marklandi A. ὄμμα: sed nec Marklandus nec Boissonadus huius scripturae mentionem fecerunt. Satis defensum ὄνομα ab Seidlero.

V. 881. Flor. 1. μὴ ᾽μβάντας τύχης. Defendi hoc posset, nisi responsum Orestis ad alteram scripturam referretur, quacum Seidlerus apte comparavit μὴ ᾽κ τύχης ὡρμισμένους in Herc. fur. 203. Nihil impediti est in huius loci oratione: hoc dicit: σοφῶν ἀνδρῶν ταῦτα, μὴ ἄλλας ἡδονὰς λαβεῖν, ἐκβάντας τύχης, καιρὸν λαβόντας: *sapientis est non alias sectari voluptates, deserta fortuna, ubi utendi opportunitas est data.*

V. 884. Ald. ἢν δέ τι. Florentini, ut Brubachiana, ἢν δέ τις.

V. 886. Ald. οὐδέν μ᾽ ἐπίσχει γ᾽, οὐδ᾽ ἀπιστήσει λόγου. Codd. Par. A. B. C. Flor. 1. 2. οὐδέν μ᾽ ἐπίσχῃ γ᾽ οὐδ᾽ ἀποστήσῃ λόγου. Et ἐπίσχῃ etiam Vict. sed idem ἀποστήσει. Scite Elmsleius latere hic aliquid vitii, quod sibi indagare nondum contigerit, dixit, non male tamen legi οὐ μή μ᾽ ἐπίσχῃ γ᾽ οὐδ᾽ ἀποστήσει λόγου. Et οὐ μὴ quidem hic latere vidit ille rectis-

πρῶτον πυθέσθαι τίνα πότ' Ἠλέκτρα πότμον
εἴληχε βιότου· φίλα γὰρ ἐς τὰ πάντ' ἐμοί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τῷδε ξυνοικεῖ βίον ἔχουσ' εὐδαίμονα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὗτος δὲ ποδαπός, καὶ τίνος πέφυκε παῖς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Στρόφιος ὁ Φωκεὺς τοῦδε κλήζεται πατήρ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὃ δ' ἐστί γ' Ἀτρέως θυγατρός, ὁμογενὴς ἐμός;

---

sime: sed quod proposuit, ad Pyladem referri verba postularet: quod durum est. Matthiae, qui hoc sensisse videtur, perficere Elmsleii emendationem volens metrum violavit. Facile incidat quis in *οὐ μή μέ τι σχῇ*, sed latet rarius dicendi genus, *οὐδέν με μὴ σχῇ*: quam formam attractionis, qua quod post *μὴ* poni debebat *τι*, adiunctum *οὐ* negationi facit *οὐδέν*, apud Demosthenem animadvertit C. H. Funkhaenelius in Phil. II. 24. p. 71. extr. *ἐὰν ταύτην σώζητε, οὐδὲν μὴ δεινὸν πάθητε*: et in Aristocr. 179. p. 680, 22. *ἔργῳ πεῖραν ἔχων ὅτι τῶν πρὸς ὑμᾶς οὐδὲν μὴ δυνηθῇ πρότερον λῦσαι πρὶν ἂν ἐκβάλῃ τούτους.* Ad priorem locum Voemelius attulit exemplum ex Platonis Charmide p. 160. D. *ἄχρων ὄψις οὐδὲν ἂν μή ποτε ἴδῃ.* Hinc quod apud Lucianum legitur in Piscatore c. 18. T. I. p. 589. *θαῤῥεῖτε· οὐδὲν οὐ μὴ γένηται ἄδικον*, corrigendum videtur delendo *οὐ*. Caeterum in Euripidis versu altera pars sententiae, ut quae non ex *μὴ* pendeat, indicativum habet, *οὐδ' ἀποστήσει λόγου.* Exempla dedit Elmsleius ad Oedip. Reg. 870. *Γὲ* autem referendum est ad *πυθέσθαι.*

V. 887. Ald. *τιθέσθαι*, sic. Canterus et Florentini ac Vict. *πυθέσθαι.*

V. 888. Libri *φίλα γὰρ ἔσται πάντ' ἐμοί.* Non cohaeret apte haec sententia cum praegressis. Languet Marklandi coniectura, *φίλα γάρ ἐστι ταῦτ' ἐμοί.* Seidlerus scribendum putabat *φίλα γάρ ἐστι πάντ' ἐμά.* At hoc quoque languet. Requiritur caussa, cur de Electra quaerat. Itaque, ut in censura editionis Seidlerianae conieci, *φίλα γὰρ ἐς τὰ πάντ' ἐμοὶ* scripsi. *Omnino enim*, inquit, *hoc mihi cordi est.*

V. 892. Ald. *ὅδ'*. Divisit L. Dindorfius. Tum Ald. *ἐμοί.* Codd. omnes *ἐμός.*

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀνεψιος γε, μονος ἐμοὶ σαφὴς φίλος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐκ ἦν τόθ' οὗτος, ὅτε πατὴρ ἔκτεινέ με.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἦν· χρόνον γὰρ Στρόφιος ἦν ἄπαις τινά.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

χαῖρ' ὦ πόσις μοι τῆς ἐμῆς ὁμοσπόρου.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κἀμός γε σωτήρ, οὐχὶ συγγενὴς μόνον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τὰ δεινὰ δ' ἔργα πῶς ἔτλης μητρὸς πέρι;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

σιγῶμεν αὐτά· πατρὶ τιμωρῶν ἐμῷ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἡ δ' αἰτία τίς ἀνθ' ὅτου κτείνει πόσιν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔα τὰ μητρός· οὐδὲ σοὶ κλύειν καλόν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σιγῶ· τὸ δ' Ἄργος πρὸς σὲ νῦν ἀποβλέπει;

V. 894. Interrogandi signum in Aldina huic versui additum mutavit Marklandus.

V. 902. Huic versui apposuit interrogandi signum Marklandus.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Μενέλαος ἄρχει· φυγάδες ἐσμὲν ἐκ πάτρας.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὔ που νοσοῦντας θεῖος ὕβρισεν δόμους;

V. 904. Ald. ἦπου. Flor. 1. 2. οὔπω. Vict. utrumque habet ἦπου οὔπω. Id si οὕτω scribitur, aeque admitti potest ut ἦπου et οὔ που. Sed ex his praeferendum duxi οὔ που, quod quoniam rarius est, fere in aliud mutatum videtur ab librariis. De eo dixi ad Iphig. in Aulide v. 676. Nihil obstat enim quin οὔ που usurpatum credamus, quum dicatur οὔ τί που, ut apud Sophoclem in Philocteta v. 1233.

ὦ Ζεῦ, τί λέξεις; οὔ τί που δοῦναι νοεῖς;

et apud Aristophanem in Ranis v. 522.

ἐπίσχες οὗτος. οὔ τί που σπουδὴν ποιεῖ;

Alia exempla attulit Brunckius ad Aristoph. Eccles. 756. Non satis definite autem dixi ad alteram Iphigeniam, esse hoc metuentis affirmationem. Rectius dicas ab eo usurpari has particulas, qui esse suspicetur quod esse vix credibile sit. Sophocles Oed. R. 1472.

οὐ δὴ κλύω πού, πρὸς θεῶν, τοῖν μοι φίλοιν
δακρυῤῥοούντοιν;

In Antigona v. 380.

οὐ δή που σέ γ' ἀπιστοῦσαν
τοῖς βασιλείοισιν ἄγουσι νόμοις;

Quo differunt istae particulae a μή που, quae quum proprie sint verentis ne sit quod credat esse, eam vim habent ut simpliciter indicent suspicari aliquem esse id de quo loquitur: ut in Prometheo v. 247.

μή πού τι προὔβης τῶνδε καὶ περαιτέρω;

Ab illo quod dixi οὔ που differt hoc apud Platonem Parmen. p. 141. E. si recte infra ad v. 1231. emendavi, τὸ ἔσται καὶ τὸ γενήσεται καὶ τὸ γενηθήσεται οὔ του ἔπειτά που μέλλοντος, in quo πού non ad totam sententiam, sed ad solum ἔπειτα refertur. Diversum ab his est illud Aristophanis in Eccles. 756.

οὔ τι μὴ
Ἱέρωνι τῷ κήρυκι πομπὴν πέμπετε;

Ubi οὔ τί που Brunckius edidit, οὔ τι μὴν autem scribendum coniecit G. Dindorfius. Sed quum etiam Priscianus hoc ut geminatae negationis exemplum afferat, ego quidem eadem id ratione dictum puto qua οὐ μὴ cum futuro coniunguntur, sed sine interrogatione, ut significetur οὐ δεινὸν μὴ πέμπετε: quod patet recte dici, quum non de futura re, sed de ea quae vere fit sermo est. Caeterum quum in Aristophanis versu et πομπὴν πέμπετε et πομπὴ

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὔκ, ἀλλ' Ἐρινύων δεῖμά μ' ἐκβάλλει χθονός.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ταῦτ' ἄρ' ἐπ' ἀκταῖς κἀνθάδ' ἠγγέλθης μανείς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὤφθημεν οὐ νῦν πρῶτον ὄντες ἄθλιοι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἔγνωκα, μητρός σ' οὕνεκ' ἠλάστρουν θεαί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὥςθ' αἱματηρὰ στόμι' ἐπεμβαλεῖν ἐμοί.

πέμπετε et πομπὴ πέμπεται scriptum inveniatur, πέμπεται autem multo magis illi sermoni accommodatum sit, non dubitandum mihi videtur quin vera scriptura sit

οὔ τι μὴ
Ἱέρωνι τῷ κήρυκι πομπὴν πέμπεται.

Nam ut πέμπω πομπήν, sic etiam πέμπομαι πομπὴν recte dici patet. Sunt autem quae mitti dicit utensilia illa, quae ordine disposita videt. Sine verbo, ut vel futurum vel praesens intelligi possit, οὔ τι μὴ dictum apud Sophoclem in his, Philoct. 1271.

Φ. τοιοῦτος ἦσθα τοῖς λόγοισι χὤτε μου
τὰ τόξ' ἔκλεπτες, πιστός ἀτηρὸς λάθρᾳ.
Ν. ἀλλ' οὔ τι μὴ νῦν.

V. 906. Libri ἠγγέλης. Elmsleius ἠγγέλθης.

V. 908. Marklandus inseruit σ' omissum in libris.

V. 909. Elmsleius, quod ἐμβαλεῖν convenientius videretur quam ἐπεμβαλεῖν, scribendum putabat στόμιά γ' ἐμβαλεῖν, multa afferens exempla ὥςτε particulae quam sequitur γέ. Scilicet στόμια ille frenos dici censebat: comparavit enim χαλινὸν ἐμβαλεῖν γνάθοις in Alcest. 495. Vellem vero declarasset, qua ratione Furiis et quidem persequentibus aliquem frenos tribui putaverit. A frenis enim quae repetitur similitudo fere ad cohibentes aliquem transfertur: nam etsi rudi motu frenorum laesa ora equos saepe ad maiorem etiam ferociam effusioremque cursum excitant, tamen hoc longius quaesitum est quam ut cuiquam in mentem venire

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί γάρ ποτ' εἰς γῆν τήνδ' ἐπόρθμευσας πόδα;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Φοίβου κελευσθεὶς θεσφάτοις ἀφικόμην.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τί χρῆμα δράσειν; ῥητὸν ἢ σιγώμενον;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λέγοιμ' ἄν· ἀρχαὶ δ' αἵδε μοι πολλῶν πόνων.
ἐπεὶ τὰ μητρὸς ταῦθ' ἃ σιγῶμεν κακὰ
εἰς χεῖρας ἦλθε, ματαδρομαῖς Ἐρινύων
ἠλαυνόμεσθα φυγάδες, ἔνθ' ἐμὸν πόδα

possit. Immo στόμια rictus esse anguium, quos Furiae intentasse dicuntur Oresti, vidit Reiskius. De his vero multo aptius dicitur ἐπεμβαλεῖν quam ἐμβαλεῖν. Hoc afferre, ut refutaret Elmsleium debebat Matthiae, non illud, quod dixit, γε, quod poni ubi gravius quid inferatur, alienum esse ab hoc loco. Quo non refutavit, sed confirmavit Elmsleii iudicium. Nam omnino gravius quid infertur his verbis, ut recte potuerit γε adiici.

V. 912. Libri δράσειν. Elmsleii iudicium, δρᾶσαι reponi iubentis, quia non dicatur κελευσθεὶς δράσειν, Matthiae aliique sequuti sunt. Stare tamen posse δράσων participium censuit Elmsleius, si referatur ad ἀφικόμην. Quidni eodem relatus infinitivus stabit δράσειν? De loco simili in Ione dixi ad eius fabulae v. 1363.

V. 916. Non erat idonea caussa, ut Blomfieldius ad Aeschyli Prometh. v. 737. ἠλαυνόμεσθα in ἐλαυνόμεσθα mutatum vellet. Porro libri ἔνθεν μοι πόδα εἰς τὰς Ἀθήνας δή γ' ἔπεμψε Λοξίας. Elmsleius scribi iussit ἔνθεν μου πόδα, sic loquutos tragicos aliquot exemplis ostendens, negans autem μοι recte esse dictum. Matthiae servavit μοι, altero etiam modo loqui tragicos dicens. At id exemplis comprobare debebat, quae vereor ut ulla proferri possint huius generis, cuius hoc est. Nam pro verbi quod adiectum est significatu vel recte vel perperam dicitur μοι. Recte dicuntur talia, ἔτρωσέ μοι πόδα: absurdum est autem ἔπεμψέ μοι πόδα, quo quasi abalienari pes diceretur. Praeterea vero ne ἔνθεν quidem hic aptum est. Elmsleius id referebat ad templum

εἰς τὰς Ἀθήνας δή γ᾽ ἔπεμψε Λοξίας,
δίκην παρασχεῖν ταῖς ἀνωνύμοις θεαῖς.
ἐστὶν γὰρ ὁσία ψῆφος, ἣν Ἄρει ποτὲ
Ζεὺς εἵσατ᾽ ἔκ του δὴ χερῶν μιάσματος.
ἐλθὼν δ᾽ ἐκεῖσε, πρῶτα μέν μ᾽ οὐδεὶς ξένων
ἑκὼν ἐδέξαθ᾽, ὡς θεοῖς στυγούμενον·
οἳ δ᾽ ἔσχον αἰδῶ, ξένια μονοτράπεζά μοι
παρέσχον, οἴκων ὄντες ἐν ταὐτῷ στέγει,

Delphicum: at id diserte nominatum esse oportebat, ut posset intelligi: non nominato, nihil relinquitur nisi vagi erroris notio, quae inest in ἠλαυνόμεσθα φυγάδες: ea vero quoniam nullius certi loci notationem continet, non potest ad eam ἔνθεν referri. Scribendum erat ἔνθ᾽ ἐμὸν πόδα: *tum*, inquit, *me Athenas misit Apollo*. Sic in Hecuba v. 977.

τί χρῆμ᾽ ἐπέμψω τὸν ἐμὸν ἐκ δόμων πόδα;

V. 917. Δή γε particulae offensui fuerunt viris doctis, ut Scaliger, cui assensus est Blomfieldius, δῆτ᾽ emendaverit, Reiskius εἰς τὰν Ἀθήνας πόλιν coniecerit, Elmsleius aut δὴ ᾽ξέπεμψε, aut ἐξέπεμψε eiecta utraque particula scribendum censuerit, quod esset ἔπεμψεν ἐκ τοῦ ναοῦ, ut apud Sophoclem Oed. R. 789. denique Dindorfii deleverint δή γ᾽ et lacunae signum posuerint. Non negem suspectas videri posse particulas, quas etiam aliis in locis temere ab librariis positas animadvertimus: vide, ut alia omittam, quae Reisigius attulit in Coniectaneis p. 230. seq. Sed tamen hic eas non ausim mutare. Non enim per se, sed solo positu habent, quod insolentius videatur. Id abesset, si sic essent positae, ἔνθα δή γ᾽ ἐμοὶ πόδα εἰς τὰς Ἀθήνας ἔπεμψε. Sed etiam quo sunt loco defendi posse arbitror, quum hoc dicat: *tum me tandem etiam Athenas misit*. Auget enim γέ, quod fere accedit ad *adeo*. Germanice id dicitur *gar endlich*. Eamdem potestatem habet in his Moschi, IV. 70.

ἐπιγνώμων δέ τοί εἰμὶ
ἀσχαλάαν, ὅτε δή γε καὶ εὐφροσύνης χόρος ἐστίν.

V. 920. Ald. εἴσατ᾽. Emendatum iam in Brubachiana. Quam hic obscurius indicat Halirrhothii caedem, aperte nominat in Electra 1258. ubi Apollodori Pausaniaeque testimonia memoravit Barnesius.

V. 921. Ald. ἐλθόντα δ᾽ ἐκεῖσε. Flor. 1. ἐλθών. Sic etiam Par. C. Flor. 2. Vict. superscripto όντα. Tum Ald. πρῶτα μὲν οὐδεὶς ξένων. Pronomen inseruit Barnesius. Denique Par. A. ξένος, superscripto ων.

V. 923. Ald. οἵδ᾽.

σιγῇ δ' ἐτεκτήναντ' ἀπόφθεγκτόν μ', ὅπως
δαιτὸς γενοίμην πώματός τ' αὐτῶν δίχα,
εἰς δ' ἄγγος ἴδιον ἴσον ἅπασι βακχίου
μέτρημα πληρώσαντες εἶχον ἡδονήν.
κἀγὼ 'ξελέγξαι μὲν ξένους οὐκ ἠξίουν,
ἤλγουν δὲ σιγῇ κἀδόκουν οὐκ εἰδέναι,

V. 925. Ald. σιγὴ δ' ἐτεκτῆνατ' ἀπόφθεγκτόν μ'. Par. A. Flor. 1. 2. Vict. Brub. σιγῇ δ' ἐτεγτήναντ'. Et ἐτεκτήναντ' certe etiam reliqui Parisini. Deinde ἀπόφθεγκτον, quod fortasse alicui ἀπρόςφθεγκτον scribendum videatur, etsi ne hoc quidem alibi repertum scio, non est idem quod ἄφθεγκτον. Nam quae nomina ἀπὸ habent, ita notant detractionem, ut id quod detractum significatur antea adfuisse indicetur. Sic ἀπότιμος apud Sophoclem Oed. R. 215. est *qui remotus est ab honore;* eodemque modo ἀπόσιτοι, de quo nomine Valckenarius ad fragm. Callimachi. p. 7. *quibus detractus est victus.* Falsi sunt autem Marklandus, cum eoque Seidlerus, quum haec σιγῇ δ' ἐτεκτήναντ' ἀπόφθεγκτόν μ' in parenthesi adiecta esse putabant. Immo cohaerent cum iis quae sequuntur, ut si scriptum esset: σιγῇ δ' ἐτεκτήναντο, ὅπως ἀπόφθεγκτος δαιτὸς καὶ πώματος δίχα γενοίμην. Similiter Aeschylus Sept. ad Theb. 19.

ἐθρέψατ' οἰκιστῆρας ἀσπιδηφόρους
πιστούς, ὅπως γένοισθε πρὸς χρέος τόδε.

I. e. ὅπως πιστοὶ γένοισθε. Caeterum comparari potest, quod apud Aeschylum Eum. 451. dicit Orestes:

ἄφθογγον εἶναι τὸν παλαμναῖον νόμος,
ἔστ' ἂν πρὸς ἀνδρὸς αἵματος καθαρσίου
σφαγαὶ καθαιμάξωσι νεοθήλου βοτοῦ

V. 926. Ald. πώματός τ' αὐτοῦ δίχα. Scaliger αὐτῶν. Et sic etiam Valckenarius in Diatr. de fragm. Eurip. p. 246. qui ibidem facti quod hic memoratur testes nominavit, quorum praecipuus est Athenaeus X. p. 437. C. Scribi etiam αὐτοῖς posse monuit Seidlerus.

V. 927. Ald. ἄγκος. Emendate Florentini et Vict.

V. 929. Ald. Par. A. et, ut videtur, caeteri libri Ald. κἄγωγ' ἐξελέγξαι. Emendavit Marklandus.

V. 930. Matthiae notandum dicit εἰδέναι pro *animadvertere*, quo firmetur Musgravii correctio in Andromachae v. 146. σοί μ' εὖ φρονοῦσαν εἰδῇ. At neque εἰδέναι potest *animadvertere* significare, et in Andromacha recte libri ἴδῃ, modo ita collocentur verba:

μὴ παῖς τᾶς Διὸς κόρας
εὖ σοί μ' ἴδῃ φρονοῦσαν.

Nisi scripsit εὕρῃ. Orestis verba perperam intellexerunt interpretes, quum hoc eum dicere putarunt: *videbar non animadver-*

μέγα στενάζων, οὕνεκ᾽ ἦν μητρὸς φονεύς.
κλύω δ᾽ Ἀθηναίοισι τἀμὰ δυστυχῆ
τελετὴν γενέσθαι, κἄτι τὸν νόμον μένειν,
χοῆρες ἄγγος Παλλάδος τιμᾶν λεών.
ὡς δ᾽ εἰς Ἄρειον ὄχθον ἧκον ἐς δίκην τ᾽
ἔστην, ἐγὼ μὲν θάτερον λαβὼν βάθρον,
τὸ δ᾽ ἄλλο πρέσβειρ᾽ ἥπερ ἦν Ἐρινύων,
εἰπὼν ἀκούσας θ᾽ αἵματος μητρὸς πέρι,
Φοῖβός μ᾽ ἔσωσε μαρτυρῶν· ἴσας δέ μοι
ψήφους διηρίθμησε Παλλὰς ὠλένῃ,
νικῶν δ᾽ ἀπῆρα φόνια πειρατήρια.
ὅσαι μὲν οὖν ἕζοντο πεισθεῖσαι δίκῃ,
ψῆφον παρ᾽ αὐτὴν ἱερὸν ὡρίσαντ᾽ ἔχειν·
ὅσαι δ᾽ Ἐρινύων οὐκ ἐπείσθησαν νόμῳ,
δρόμοις ἀνιδρύτοισιν ἠλάστρουν μ᾽ ἀεί,
ἕως ἐς ἁγνὸν ἦλθον αὖ Φοίβου πέδον,
καὶ πρόσθεν ἀδύτων ἐκταθείς, νῆστις βορᾶς,

tere, gemens quod matrem interfecissem. Ita si loqueretur Orestes, illud prorsus languide atque adeo inepte adderet, gemuisse se quod matris interfector esset. Nam quid aliud, aut quid magis poterat dolere? Immo verba ista, μητρὸς οὕνεκ᾽ ἦν φονεύς non ex στενάζων, sed ex εἰδέναι pendent, qui infinitivus de Oreste quidem dictus est, sed ita ut οὐκ εἰδέναι sit ***ignorare. Nolebam***, inquit, ***exquirere quid me tantopere contemnerent, sed tacitus dolebam, et simulabam, graviter gemens, nescire matris me occisorem esse.*** Ita se gerebat Orestes, ut ignorare caedem matris videretur, quasi qui non interfecisset matrem, sed miraretur institutum Atheniensium, quo hospites tam contemptim tractarentur.

V. 934. Ald. ἄγκος. Codd. omnes ἄγγος.

V. 935. Ald. hic ἐς δίκην, non εἰς.

V. 940. Ald. διηρίθμηζε. Inde Hervag. 1. διηρίθμυζε. Brubachiana autem διηρίθμησε, non dissentientibus, ut ait Musgravius, Mss. Nescio tamen an putandus sit poeta διεῤῥύθμιζε scripsisse, quod Seidlerum coniecisse adnotavi.

V. 943. Recte monitum ab Seidlero, Furias dici ad locum ipsum, ubi lata sunt suffragia, sedem sibi destinasse.

ἐπώμοσ' αὐτοῦ βίον ἀποῤῥήξειν θανών,
εἰ μή με σώσει Φοῖβος, ὅς μ' ἀπώλεσεν.
ἐντεῦθεν αὐδὴν τρίποδος ἐκ χρυσοῦ λακὼν
Φοῖβός μ' ἔπεμψε δεῦρο, διοπετὲς λαβεῖν
ἄγαλμ' Ἀθηνῶν τ' ἐγκαθιδρῦσαι χθονί.
ἀλλ' ἥνπερ ἡμῖν ὥρισεν σωτηρίαν,
σύμπραξον· ἢν γὰρ θεᾶς κατάσχωμεν βρέτας,
μανιῶν τε λήξω καὶ σὲ πολυκώπῳ σκάφει
στείλας Μυκήναις ἐγκαταστήσω πάλιν.
ἀλλ', ὦ φιληθεῖσ', ὦ κασίγνητον κάρα,
σῶσον πατρῷον οἶκον, ἔκσωσον δ' ἐμέ·
ὡς τἄμ' ὄλωλε πάντα καὶ τὰ Πελοπιδῶν,
οὐράνιον εἰ μὴ ληψόμεσθα θεᾶς βρέτας.

ΧΟΡΟΣ.

δεινή τις ὀργὴ δαιμόνων ἐπέζεσεν,
τὸ Ταντάλειον σπέρμα διὰ πόνων τ' ἄγει.

V. 949. Libri σώσει. Blomfieldius σώσοι. Gravior hic esse indicativus videtur.

V. 950. Ald. λαβών. Vict. γρ. βαλών. Id habet Ox. Hoc quidem ineptum. Seidlerus λαβών defendit mutatione constructionis, ut v. 921. 936. seqq. Elegantem Scaligeri coniecturam, λακών, adscitam ab Elmsleio ad Medeae v. 1270. receperunt Dindorfii. Et placere ea debet eo magis, quod et permutantur λακεῖν et λαβεῖν, ut in Sophoclis Antig. 1094. et hic statim sequitur λαβεῖν, et ingrata est nimis crebra mutatio constructionis, nullam praesertim hic idoneam caussam habens. Utrique scripturae defendendae adhiberi potest illud in Oreste v. 330.

τρίποδος ἄπο φάτιν, ἂν ὁ Φοῖβος
ἔλακε, δεξάμενος.

V. 954. Legebatur ἂν. Correxerunt Seidlerus et Blomfieldius ad Iphig. Aul. 1016.

V. 957. Pro ὦ φίλη γ' quod in Aldina est, Mss. omnes ὦ φιληθεῖσ'.

V. 958. Ald. ἔκσωσον δέ με. Emendavit Seidlerus.

V. 960. Par. B. C. Vict. ληψόμεθα, malo numero.

V. 961. Ald. δεινή τις ὀργὴ δαιμόνων ἐπέζεσεν, τὸ Ταντάλειον σπέρμα, διὰ πόνων τ' ἀεί. Par. A. ἐπέζεσε. Ultimum

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τὸ μὲν πρόθυμον, πρίν σε δεῦρ' ἐλθεῖν ἔχω,
Ἄργει γενέσθαι, καί σε, σύγγον', εἰςιδεῖν.
θέλω δ' ἅπερ σύ, σέ τε μεταστῆσαι πόνων, 966
νοσοῦντά τ' οἶκον, οὐχὶ τοῖς κτανοῦσί με

---

vocabulum, ἀεί, in ἄγει mutantem Canterum sequuti editores ἐπέζεσεν τὸ Ταντάλειον σπέρμα coniunxerunt. Dixit quidem Euripides in Cyclope v. 391.

καὶ χάλκεον λέβητ' ἐπέζεσεν πυρί:

sed id nimis diversum est, quam ut cum hoc loco comparari possit, praesertim collato simili chori dicto in Hecuba v. 583.

δεινόν τι πῆμα Πριαμίδαις ἐπέζεσεν
πόλει τε τῇμῇ θεῶν ἀναγκαῖον τόδε.

Ex quo cognoscitur hic quoque potius τῷ Ταντταλείῳ σπέρματι dicendum fuisse. At nihil nisi interpunctio mutanda erat. Nam metro cogente τε longius a propria sua sede remotum est, τὸ Ταντάλειόν τε σπέρμα διὰ πόνων ἄγει, vel διὰ πόνων τ' ἄγει τὸ Ταντάλειον σπέρμα. Similiter in Alcest. 821.

πένθος γὰρ ἡμῖν ἐστί, καὶ κουρὰν βλέπεις
μελαμπέπλους στολμούς τε.

Δὲ particulae talem positum in praefatione Iphig. Aul. p. 21. Troadum versui 802. restituendum indicavi.

V. 964. Par. A. καὶ σὺ σύγγον'. Ald. καὶ σὲ σύγγον'. Tum. Flor. 1. 2. Vict. ἐςιδεῖν. Scripsi καί σε. Si recte se habet vulgata, hoc dicere putanda est Iphigenia, τὸ μὲν πρόθυμον Ἄργει γενέσθαι ἔχω πρίν σε δεῦρ' ἐλθεῖν καί σε, σύγγον', εἰςιδεῖν. Aliter enim inepta diceret. Nisi scripsit Euripides Ἄργει γενέσθαι καὶ τὰ σύγγον' εἰςιδεῖν.

V. 965. Ald. σοί τε μεταστῆσαι πόνον. Par. A. B. Flor. 1. 2. σοί τε μεταστῆσαι πόνων. In Parisinis ultimae voci superscriptum ον. Emendavit Canterus. Boissonado teste Par. A. σοί τε μεταστῆσαι πόνον, superscripto ων.

V. 966. Hunc versum in Par. A. abesse ait Marklandus: Boissonadus vero ex eo codice affert τῷ κτανοῦντι sine με. Ald. τῷ κτανοῦντί με. Neque ex codd. in participio memorata discrepantia. Heathius et Marklandus τῷ κτανόντι με. Elmsleius, qui voluntati significandae non putaret aoristum adhiberi posse, rectius dici censebat τῷ κτείνοντί με, vel volebat scribi τῷ κτενοῦντί με. Hoc postremum quidem prorsus ferri nequit. Aoristum recte se habere in hoc genere ostendi ad Sophoclis Aiacem v. 1105. contra quae disputavit miris argumentis Schaeferus ad Plutarchum vol. IV. p. 397. seq. quem aut non intellexisse quae dixi aut noluisse intelligere vidit C. Sintenis in nupera Plutarchi vitae

θυμουμένη, πατρῷον ὀρθῶσαι θέλω.
σφαγῆς τε γὰρ σῆς χεῖρ' ἀπαλλάξαιμεν ἄν,
σώσαιμί τ' οἴκους· τὴν θεὸν δ' ὅπως λάθω

Themistoclis editione ad cap. 7. In Euripidis versu librorum scriptura indicio est interpretem imperite pluralem mutavisse in singularem. Quare τοῖς κτανοῦσί με reposui. Et confert aliquid pluralis ad lenitatem sententiae.

V. 967. Non sine caussa suspecta fuit Marklando huius versus scriptura: in quo quum parum apte repetitum videretur θέλω, pro eo scriptum fuisse coniecit πάλιν, quod Elmsleius quoque et Matthiae valde sibi placere affirmarunt. Seidlerus, ut concinniorem redderet orationem, coli signo post θέλω δ' ἅπερ σὺ interpunxit. Mihi quidem, si alterum θέλω a poeta profectum est, gravior quaedam in eo affirmatio inesse videtur, si id verbum per anacoluthi figuram repetitum est, ut, quum etiam illa, νοσοῦντα τ' οἶκον ὀρθῶσαι, ex praegressis θέλω δ' ἅπερ σὺ pendere debuerint, tamen νοσοῦντά τ' οἶκον et quae sequuntur, maxime propter parenthesin, ut nova sententia, suum sibi verbum habeant. Praeterea offensioni esse potest πατρῷον post parenthesin, ubi non exspectabatur hoc nomen, quum satis fuerit ad domum Agamemnonis designandam νοσοῦντα οἶκον. Et profecto, si νοσοῦντα οἶκον coniunguntur ut nomen cum suo epitheto, multo elegantius scribere poterat Euripides, νοσοῦντά τ' οἶκον, οὐχὶ τοῖς κτανοῦσί με θυμουμένη, πατρῷά τ' ὀρθῶσαι κράτη. Quod quum non fecerit, sic demum recte intelligentur quae scripsit, si quis meminerit νοσοῦντα referendum esse ad ὀρθῶσαι, epitheton autem ad οἶκον adiectum esse πατρῷον. Hoc enim dicit: οἶκον πατρῷον, οὐχὶ τοῖς κτανοῦσί με θυμουμένη, νοσοῦντα ὀρθῶσαι θέλω.

V. 968. In Flor. 1. omissum σῆς.

V. 969. Ald. σώσαιμι δ' οἴκους. Marklandus quum scribendum putasset σώσαιμί τ' οἴκους, non opus eo esse dixit Seidlerus. Qui si explicavisset hos versus, non dixisset, credo, Matthiae verius sibi videri τέ. Nam si hoc in mente haberet Iphigenia: *et te salvum praestare potero, et domum servare*, necessarium esset τε, quia haec coniuncta, non opposita sunt. At nec dicit illa hoc, nec potest dicere propter γάρ, quo, si illud diceret, id ipsum quod se modo facere velle dixit, ut caussam, cur facere vellet, commemoraret. Immo hoc in mente habet: *volo et te ex malis liberare, et salvam facere patriam domum. Nam sic et ab infanda interfectione fratris purum habebo manum, simul autem patria domus te incolumi non erit deserta.* Quod sequitur δέ, τὴν θεὸν δ' ὅπως λάθω, ad μὲν v. 963. refertur.

δέδοικα καὶ τύραννον, ἡνίκ' ἂν κενὰς
κρηπῖδας εὕρῃ λαΐνας ἀγάλματος.
πῶς δ' οὐ θανοῦμαι; τίς δ' ἔνεστί μοι λόγος;
ἀλλ' εἰ μὲν ἕν τι τοῦθ' ὁμοῦ γενήσεται,
ἄγαλμά τ' οἴσεις κἄμ' ἐπ' εὐπρύμνου νεὼς
ἄξεις, τὸ κινδύνευμα γίγνεται καλόν·
τούτου δὲ χωρισθεῖσ' ἐγὼ μὲν ὄλλυμαι,
σὺ δ' ἂν τὸ σαυτοῦ θέμενος εὖ νόστου τύχοις.
οὐ μήν τι φεύγω γ' οὐδέ μ' εἰ θανεῖν χρεών,
σώσασα σ'· οὐ γὰρ ἀλλ' ἀνὴρ μὲν ἐκ δόμων
θανὼν ποθεινός, τὰ δὲ γυναικὸς ἀσθενῆ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἂν γενοίμην σοῦ τε καὶ μητρὸς φονεύς.
ἅλις τὸ κείνης αἷμα. κοινόφρων δὲ σοί
καὶ ζῆν θέλοιμ' ἂν καὶ θανὼν λαχεῖν ἴσον.
ἥξω δέ γ', ἤνπερ μὴ αὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω,

---

972. Ald. Brub. Par. A. B. Flor. 1. 2. Vict. τίς δ' ἔνεστί μοι λόγος. Ex Hervagianis vulgo τίς γ'.

V. 973. Libri: ἀλλ' εἰ μὲν ἕν τι τοῦθ' ὁμοῦ γενήσεται, nisi quod Flor. 1. ἕν τοι. Quod Marklandus malebat ταῦθ', id Seidlero nimis argutum, mihi non necessarium videtur. Non magis opus est Lentingii coniectura ad Medeam p. 72. ἀλλ' εἰ μὲν ἔστι τοῦθ' ὅπως γενήσεται.

V. 979. Ald. οὐ γάρ. Ἀλλ' etc. De hac formula v. Elmsl. ad Bacch. 784.

V. 980. Rariore significatu hic ποθεινὸς pro ποθητὸς dictum de eo qui absens desideratur, ut apud Homerum πόθεόν γε μὲν ἀρχόν. Deinde Ald. recte γυναικός. Codd. omnes γυναικῶν.

V. 984. Ald. ἥξω δέ γ', ἤνπερ κἀυτὸς ἐνταύθοῖ πέσω, πρὸς οἶκον, εἴ σου κατθανὼν μενῶ μέτα. Par. A. C. Flor. 1. 2. ἢ σοῦ. Vict. εἴη, i. e. εἰ ἢ. Et in Par. A. superscriptum εἰ. Multa tentarunt viri docti. Portus, ex parte cum Cantero, ἥξω δέ σ', εἰ μὴ κἀυτὸς ἐνταυθοῖ πέσω, πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κατ-

πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα.
γνώμης δ' ἄκουσον· εἰ πρόςαντες ἦν τόδε
Ἀρτέμιδι, πῶς ἂν Λοξίας ἐθέσπισεν
κομίσαι μ' ἄγαλμα θεᾶς πόλισμ' εἰς Παλλάδος
καὶ σὸν πρόςωπον εἰςιδεῖν; ἅπαντα γὰρ
συνθεὶς τάδ' εἰς ἕν, νόστον ἐλπίζω λαβεῖν.

θανὼν μενῶ μέτα. Marklandus ἥνπερ μὴ αὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω. Alii alia protulerunt, quae memorare nihil attinet. G. Dindorfius in praefatione poetarum scenicorum p. 29. seq. Elmsleii decretis addictus, quum is ἐνταυθοῖ ab Atticis abiudicasset, recteque sane in versibus Euripidis apud Stobaeum LXXIV. 6. ἐνταυθοῖ cum ἐντεῦθεν commutasset, utrumque versum eiiciendum censuit, additos putans ab aliquo interpolatore, qui praegressam sententiam aliis verbis exornaverit. Concedo, non alibi inventum apud tragicos esse ἐνταυθοῖ, sed apud Atticos et libri saepe eam formam offerunt, et diserte testatur tritum apud eos esse Eustathius, cuius verba attulit Dindorfius. Significationis aliquod discrimen invenire mihi visus sum in iis, quae ad Aristophanis Nubes v. 813. dixi, ubi quam Stallbaumii adnotationem memoravi, non ad Euthyphronem Platonis, sed ad Philebum p. 23. scripta est. Nec puto prorsus illam rationem falsam esse, sed usu, ut in πέδοι aliisque, factum esse ut ἐνταυθοῖ etiam sine motus significatione diceretur. Contra etiam ἐνταῦθα de motu dictum est. Ἐνταυθὶ quidem quin comicis et familiari sermoni relinquendum sit, dubitari nequit: sed ἐνταυθοῖ ut plane eriperet Atticis, non habebat iustam caussam Elmsleius, quia, quum ab epicis haec forma sit usurpata, nihil nisi raritas dubitationem iniicere potest an tragici ab ea abstinuerint. Ea vero haud satis gravis est caussa. Euripidis quidem versus, dummodo ex codicibus ἢ σοῦ et ex Marklandi certissima emendatione ἥνπερ μὴ αὐτὸς recipiatur, tantum abest ut videantur damnandi esse, ut positi sint aptissime. Nam quum dixisset Orestes, nolle se sororis quoque, ut matris, occisorem fieri, sed una cum ea et vivere et mori cupere, graviter id affirmans, ex eoque concludens addit: *et certe perveniam, nisi ipse hic cecidero, domum, aut mortuus hic iacebo tecum.* Non opus est autem scribi ἄξω δέ σ': est enim satis apertum σοῦ μέτα etiam ad ἥξω δέ γ' οἶκον pertinere. Caeterum non inutile fuerit observasse, scholion codicis Paris. ad Iliad XXI. 122. prolatum ab Ruhnkenio in praef. Hesychii p. VIII. sic scribendum esse: Διονύσιος ὁ Θρᾷξ, Τίμαρχος, καὶ Ἀριστοτέλης ἐνταῦθοι ὁμοίως τῷ ἐνταῦθα προπερισπωμένως ἀνέγνωσαν. Legitur ἐνταυθοῖ et περισπωμένως. Viderat hoc Heynius, sed dubitabat, quoniam non innotuerat ei ἔνδοι quoque et πέδοι non circumflecti.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πῶς οὖν γένοιτ' ἂν ὥστε μήθ' ἡμᾶς θανεῖν,
λαβεῖν θ' ἃ βουλόμεσθα; τῇδε γὰρ νοσεῖ
νόστος πρὸς οἴκους· ἡ δὲ βούλησις πάρα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἆρ' ἂν τύραννον διολέσαι δυναίμεθ' ἄν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

δεινὸν τόδ' εἶπας, ξενοφονεῖν ἐπήλυδας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἀλλ' εἰ σὲ σώσει κἀμέ, κινδυνευτέον.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐκ ἂν δυναίμην, τὸ δὲ πρόθυμον ἤνεσα.

V. 991. Ald. κτανεῖν. Codd. omnes θανεῖν, ut scribendum coniecerant viri docti.

V. 992. Ald. τῇδε γὰρ νόει νόστον πρὸς οἴκους. A quo haec scriptura profecta est, is videtur verba sic construi voluisse: λαβεῖν θ' ἃ βουλόμεσθα (τῇδε γὰρ νόει) νόστον πρὸς οἴκους. Similiter Musgravius, qui tenens parenthesin istam, νόστος nominativum, quem codices habent omnes, ex γένοιτο pendere voluit. Sed merito probarunt plerique elegantem atque adeo pene necessariam emendationem Marklandi, τῇδε γὰρ νοσεῖ νόστος πρὸς οἴκους.

V. 993. Ald. ἡ δὲ βούλησις πάρα. Marklandi coniecturam ἥδε βούλευσις πάρα recepit Seidlerus. Matthiae potiorem iudicavit esse vulgatam scripturam, quod qui difficultatem rei explicet, videri possit rem nolle suscipere. Idcirco adiicere haec Iphigeniam, ἡ δὲ βούλησις πάρα. Vereor ne haec argutior quam verior defensio sit. Hoc potius dicendum erat, inutilem esse quam Marklandus intulit sententiam: repetere enim id quod modo dixerat Iphigenia. Contra quum illa nondum aperte dixisset se consentire, consentaneum esse, ut, postquam ipsum Apollinem videri rem iubere audivit, paratam se esse significet.

V. 996. Ald. εἴ σε σώσει, κἀμὲ, κινδυνευτέον. Seidlerus aliique εἰ σὲ σώσει κἀμέ, quod fortius est, etsi defendi etiam alterum posse videtur.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί δ', εἴ με ναῷ τῷδε κρύψειας λάθρᾳ;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὡς δὴ σκότος λαβόντες ἐκσωθεῖμεν ἄν;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κλεπτῶν γὰρ ἡ νύξ, τῆς δ' ἀληθείας τὸ φῶς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εἴσ' ἔνδον ἱεροφύλακες, οὓς οὐ λήσομεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οἴμοι· διεφθάρμεσθα· πῶς σωθεῖμεν ἄν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἔχειν δοκῶ μοι καινὸν ἐξεύρημά τι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ποῖόν τι; δόξης μετάδος, ὡς κἀγὼ μάθω.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ταῖς σαῖς ἀνίαις χρήσομαι σοφίσμασιν.

V. 999. Ald. Vict. ἐξωθεῖμεν. Par. A. ἔξω θεῖμεν. Emendarunt viri docti ἐκσωθεῖμεν, non dissentientibus, ut Musgravius ait, Mss. de quibus nihil Marklandus. Sed Florentini ἐκσωθεῖμεν. Signum interrogandi apposuit Marklandus.

V. 1001. Libri ἱεροὶ φύλακες. Dubitanter Marklandus coniecit ἱεροφύλακες. Mihi quoque, ut Musgravio, hoc nimis dubitanter visus est protulisse. Quare recepi. Non potuit ἱεροῦ dicere, quia id visum esset ad ἔνδον pertinere. V. 1253. vocantur ναοφύλακες, ita ut ea appellatione chorus quoque sit comprehensus.

V. 1005. Ald. ἀνοίαις. Codd. omnes ἀνίαις, quod a Marklando aliisque receptum in dubitationem vocavit Matthiae, quod ἀνία non alibi de furore vel insania dictum inveniatur. At ἀνίαι

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

φονέα σε φήσω μητρὸς ἐξ Ἄργους μολεῖν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

χρῆσαι κακοῖσι τοῖς ἐμοῖς, εἰ κερδανεῖς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὡς οὐ θέμις σε λέξομεν θύειν θεᾷ,

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τίν' αἰτίαν ἔχουσ'; ὑποπτεύω τι γάρ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐ καθαρὸν ὄντα, τὸ δ' ὅσιον δώσω φόνῳ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί δῆτα μᾶλλον θεᾶς ἄγαλμ' ἁλίσκεται;

---

dolores quivis et quaevis mala sunt, multoque haec aptior est et humanior appellatio quam ἄνοια, in quo simul mala ambiguitas inest, quum plerumque de stultitia dicatur. Omninoque Iphigenia, ut sequentia docent, non tam insaniam Orestis, quam parricidium, quodque impurus ille hoc crimine sit, in mente habet. Itaque Orestes quoque eodem modo respondet, χρῆσαι κακοῖσι τοῖς ἐμοῖς.

V. 1006. Stobaeus LXXIII. 26. hunc versum afferens δειναὶ μέν.

V. 1009. Ald. ὡς οὐ θέμις γε. Pronomen restituerunt Reiskius et Marklandus.

V. 1012. Ald. τὸν δ' ὅσιον. Paris. A. B. Flor. 1. 2. τὸ δ' ὅσιον. Deinde pro φόνῳ iidem et libri Vict. φόβῳ. Cohaerent haec sic: λέξομεν ὡς οὐ θέμις ἐστί σε θύειν θεᾷ οὐ καθαρὸν ὄντα, τὸ δ' ὅσιον δώσω φόνῳ, ita ut etiam δώσω ex ὡς pendeat.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πόντου σε πηγαῖς ἁγνίσαι βουλήσομαι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔτ' ἐν δόμοισι βρέτας, ἐφ' ᾧ πεπλεύκαμεν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

κἀκεῖνο νίψαι, σοῦ θιγόντος ὥς, ἐρῶ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ποῖ δῆτα; πόντου νοτερὸν εἶπας ἔκβολον;

V. 1014. Ald. ἔστ' ἐν δόμοισι βρέτας, ἐφ ᾧ πεπλεύκαμεν; Par. C. et, ut Musgravius refert, etiam A. ἔτ' ἐν δόμοισι. Hoc Seidlerus aliique probarunt, dempto signo interrogandi, quod iam Heathius tollendum monuerat. Argutius et familiarius, sed tamen ut reprehendi non debeat, dicit Orestes: *adhuc in templo statua est, propter quam huc veni:* i. e. nondum viam monstrasti, qua ex templo amoveri statuam velis, quod tamen praecipuum nobis esse debet. Non male tamen Reiskius coniecit: τὸ δ' ἐν δόμοισι βρέτας, ἐφ' ᾧ πεπλεύκαμεν; Potuerat etiam τό τ' ἐν δόμοισι βρέτας, ut praevidere videretur Orestes, quid dictura esset Iphigenia.

V. 1015. Ald. κἀκεῖνο νίψαι σου θιγόντος ὡς ἐρῶ, sic, et sine interpunctione. Codd. omnes ὡς ἐρῶ. Seidlerus, qui σοῦ accentu instruxit, distinxit sic: κἀκεῖνο νίψαι, σοῦ θιγόντος ὥς, ἐρῶ. Id Matthiae aliique iure videntur probavisse. Nam etsi etiam ὡς ἐρῶ, *uti dicam*, ferri potest: tamen, quia non tetigit statuam Orestes, aptius est σοῦ θιγόντος ὥς dici. Neque opus erat ut diceret νίψειν. Loquitur enim ut de re praesente: *signum quoque, ut a te tactum, me lavare dicam.*

V. 1016. Ald. ποῖ δῆτα πόντου νοτερὸν εἶπεν ἔκβολον; Codd. omnes εἶπας. Seidlerus distinxit ita: ποῖ δῆτα πόντου; νοτερὸν εἶπας ἔκβολον; Elmsleius, ποῦ δῆτα πόντου νοτερὸν εἶπας ἔκβολον; At non ubi sinus sit quaerit, sed quo ferri simulacrum velit; an illuc, ubi sit sinus. Ita defendi potest ποῖ: recteque distinctum in edd. quibusdam ποῖ δῆτα; πόντου. In mente habet Orestes quod sequitur οἴσεις. Ἔκβολον πόντου dicit vadum, ubi mare in depressum littoris locum exundavit. Similiter etiam Matthiae interpretatus est, recte contra Seidlerum disputans, qui rupem eo vocabulo significari putabat, non dubitans quin Eustathius p. 1405, 47. huc respexerit, quum Euripidem

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὗ ναῦς χαλινοῖς λινοδέτοις ὁρμεῖ σέθεν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

σὺ δ' ἤ τις ἄλλος ἐν χεροῖν οἴσει βρέτας;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐγώ· θιγεῖν γὰρ ὅσιόν ἐστ' ἐμοὶ μόνῃ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πυλάδης δ' ὅδ' ἡμῖν ποῦ τετάξεται δόλου;

---

ea appellatione usum diceret *ἐπὶ ὀξέος ἀκρωτηρίου*. Eustathium Matthiae non videtur inspexisse. Alioqui monuisset, nihil in illius verbis esse, quod trahi ad Euripidem possit. Sic enim scribit: *ἐκβάλλει δὲ ποταμὸς εἰς θάλασσαν, ἤγουν ἐξάγει καὶ ἀπερεύγεται ὃν κατασύρει συρφετόν. ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ ὁ ἔκβλητος παρ' Εὐριπίδῃ. καὶ ὁ ἐπὶ ὀξέος ἀκρωτηρίου ἔκβολος, ὁποῖον καὶ τὸ ἀντικρὺ Ῥόδου, ὃ τριήρους παραυγάζει σχῆμα τοῖς πόῤῥωθεν βλέπουσιν.* Nihil hic ex Euripide nisi *ἔκβλητος* ex Hecubae v. 699. Orestes quem dicit *πόντου νοτερὸν ἔκβολον* vadum esse videtur, quo mare ipsum templum alluebat: de quo, quia proximum est, cogitat etiam Thoas v. 1165. Negat hoc Iphigenia, et alium indicat locum.

V. 1018. Ald. *σοὶ δὴ τίς ἄλλος*. Iacobsii emendationem *σὺ δ' ἤ τις ἄλλος* Seidlerus aliique receperunt. Elmsleius quum miratus, quod vulgatam tenuit Matthiae, nihil in his litteris certum esse dixisset, si falsa esset Iacobsii coniectura: Matthiae elegantem quidem esse illam coniecturam, sed non necessariam, nec satis probabile esse respondit e *σὺ* factum *σοί*. Hoc postremum nemo ei concedet: vereor ne non magis alterum. Nam quod affert, non in animo habere Orestem, ut Pyladi hoc munus tribuatur, sed hoc quaerere verentem, ne, si cum comitibus exeat, ipsorum fuga impediatur: quod si verum sit, convenisse prae caeteris commemorari id, quod difficultatem obiiciebat, an quis alius una exiturus esset: id frustra disputari ipse poterat intelligere, si ad id quod respondet Iphigenia animum attendisset. Quaerenti enim *σοὶ δὴ τίς ἄλλος ἐν χεροῖν οἴσει βρέτας*, non *ἐγὼ* illa, sed *οὐδεὶς* respondere debebat.

V. 1020. Ald. *φόνου*. Brodaei emendationem *πόνου* Seidlerus aliique receperunt. Musgravius haud dubie legendum esse *δόλου* adnotavit. Id ego reposui. Cum hoc enim congruit responsio Iphigeniae, non cum *πόνου*.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ταὐτὸν χεροῖν σοὶ λέξεται μίασμ' ἔχων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λάθρᾳ δ' ἄνακτος ἢ εἰδότος δράσεις τάδε;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πείσασα μύθοις· οὐ γὰρ ἂν λάθοιμί γε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ μὴν νεώς γε πίτυλος εὐήρης πάρα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σοὶ δὴ μέλειν χρὴ τἄλλ' ὅπως ἕξει καλῶς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἑνὸς μόνου δεῖ, τάσδε συγκρύψαι τάδε.
ἀλλ' ἀντίαζε καὶ λόγους πειστηρίους
εὕρισκ'· ἔχει τοι δύναμιν εἰς οἶκτον γυνή.
τὰ δ' ἄλλ' ἴσως ἂν πάντα συμβαίη καλῶς.

V. 1023. Ald. λάθοιμί σε. Codd. λάθοιμί γε.

V. 1029. Ald. τὰ δ' ἄλλ', ἴσως ἅπαντα συμβαίη καλῶς. Marklandus scribendum vidit ἂν πάντα. Seidlerus, cui ἴσως particulae istius locum tenere posse videbatur, hodie, opinor, iam non uteretur Aeschyli in Agamemnone versu 1058. de quo dixi lib. III. de particula ἂν c. 6. Tamen Seidlero etiam Elmsleius videtur adstipulatus esse, qui attulerit ex Aeschyli Suppl. 735.

ἴσως γὰρ ἢ κήρυξ τις ἢ πρέσβυς μόλοι.

Cuius exempli patet quam exigua fides sit. Permira sunt, quae Matthiae disputavit: ἂν non videri necessarium, quum sensus esse non possit *caetera bene evenient, si aliud quid factum erit.* Profecto: sed quid cogit ἂν hoc supplemento explicare, et non potius illo, *nisi quid adversi acciderit?* Porro, videri iuncta esse τὰ δ' ἄλλ' ἅπαντα ἴσως ἂν καλῶς συμβαίη, et τὰ δ' ἄλλ' ἅπαντα συμβαίη καλῶς, *utinam reliqua omnia bene succedant, quod fortasse fiet.* Huiuscemodi confusionem sententiarum, quam nemo ne divinando quidem e verbis eruat, nego ullo in scriptore inveniri aut inveniri posse.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ φίλταται γυναῖκες, εἰς ὑμᾶς βλέπω,
καὶ τἄμ' ἐν ὑμῖν ἐστὶν ἢ καλῶς ἔχειν
ἢ μηδὲν εἶναι καὶ στερηθῆναι πάτρας
φίλου τ' ἀδελφοῦ φιλτάτης τε συγγόνου.
καὶ πρῶτα μέν μοι τοῦ λόγου τάδ' ἀρχέτω·
γυναῖκές ἐσμεν, φιλόφρον ἀλλήλαις γένος,
σώζειν τε κοινὰ πράγματ' ἀσφαλέσταται.
σιγήσαθ' ἡμῖν καὶ συνεκπονήσατε
φυγάς. καλόν τοι γλῶσσ' ὅτῳ πιστὴ πάρα.

V. 1030. Legebatur ὡς ὑμᾶς βλέπω, quod silentio praeterierunt interpretes. Id significaret *ut vos video*, quod sic dicere posset Iphigenia, si consideret ne opus quidem sibi esse orare istas mulieres. Et tamen tum quod sequitur καὶ intelligi non posset. Recte verterunt *ad vos respicio*. Id dicendum fuit εἰς ὑμᾶς βλέπω, quae usitatissima est locutio. Itaque hoc reposui. Ac ne dici quidem posse credo hoc significatu ὡς ὑμᾶς βλέπω.

V. 1033. Libri φίλου τ' ἀδελφοῦ φιλτάτου τε συγγόνου. Marklandus φίλης τ' ἀδελφῆς. Lenius Seidlerus et Lentingius ad Med. p. 72. φιλτάτης τε συγγόνου.

V. 1035. Par. B. ἀλλήλοις. Flor. 1. 2. ἀλλήλαις, quod recepi, etsi fortasse ἀλλήλων Aldinae et ut videtur caeterorum codicum defendi potest. Illud dispiciendum aliis relinquam, an forte ἀλλήλῳ in illa scriptura lateat. Ignorant grammatici, quod sciam, singularem huius vocabuli: sed nomini collectivo consociatus certe rationi non repugnat.

V. 1038. Ald. καλόν τι. Par. A. Flor. 1. 2. καλόν τοι. Eo recipiendo acquieverunt editores: sed quid quaeso hic sibi vult quam libri praebent sententia: καλόν τοι γλῶσσ' ὅτῳ πίστις παρῇ? Nam quis non his verbis loquentem potius quam tacentem linguam significari, dicique hoc credat, bonum esse loqui, si quis fide dignus sit? At non loqui quidquam chorum, sed tacere vult Iphigenia: quin etiam si falsa regi dicere chorum vellet, ineptissime hoc uteretur argumento, quo quid aliud diceret quam bonum esse mentiri, si quis verax haberetur? Bene se haberet sententia, si ὅτῳ posset pro feminino accipi et ad γλῶσσα referri. At de hoc usu non constat, et v. 1045. quoque ὅτῳ non est femininum. Non hoc scripsit Euripides, sed καλόν τοι γλῶσσ' ὅτῳ πιστὴ πάρα. *Bonum est*, inquit, *si cui fida adest lingua*, i. e. si fidere potest, coercitum iri linguam. Satis constat nihil frequentius quam ις et η permu-

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ταὐτὸν χεροῖν σοὶ λέξεται μίασμ' ἔχων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λάθρᾳ δ' ἄνακτος ἢ εἰδότος δράσεις τάδε;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πείσασα μύθοις· οὐ γὰρ ἂν λάθοιμί γε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ μὴν νεώς γε πίτυλος εὐήρης πάρα.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σοὶ δὴ μέλειν χρὴ τἄλλ' ὅπως ἕξει καλῶς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἑνὸς μόνου δεῖ, τάσδε συγκρύψαι τάδε.
ἀλλ' ἀντίαζε καὶ λόγους πειστηρίους
εὕρισκ'· ἔχει τοι δύναμιν εἰς οἶκτον γυνή.
τὰ δ' ἄλλ' ἴσως ἂν πάντα συμβαίη καλῶς.

V. 1023. Ald. λάθοιμί σε. Codd. λάθοιμί γε.

V. 1029. Ald. τὰ δ' ἄλλ', ἴσως ἅπαντα συμβαίη καλῶς. Marklandus scribendum vidit ἂν πάντα. Seidlerus, cui ἴσως particulae istius locum tenere posse videbatur, hodie, opinor, iam non uteretur Aeschyli in Agamemnone versu 1058. de quo dixi lib. III. de particula ἂν c. 6. Tamen Seidlero etiam Elmsleius videtur adstipulatus esse, qui attulerit ex Aeschyli Suppl. 735.

ἴσως γὰρ ἢ κῆρυξ τις ἢ πρέσβυς μόλοι.

Cuius exempli patet quam exigua fides sit. Permira sunt, quae Matthiae disputavit: ἂν non videri necessarium, quum sensus esse non possit *caetera bene evenient, si aliud quid factum erit.* Profecto: sed quid cogit ἂν hoc supplemento explicare, et non potius illo, *nisi quid adversi acciderit?* Porro, videri iuncta esse τὰ δ' ἄλλ' ἅπαντα ἴσως ἂν καλῶς συμβαίη, et τὰ δ' ἄλλ' ἅπαντα συμβαίη καλῶς, *utinam reliqua omnia bene succedant, quod fortasse fiet.* Huiuscemodi confusionem sententiarum, quam nemo ne divinando quidem e verbis eruat, nego ullo in scriptore inveniri aut inveniri posse.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὦ φίλταται γυναῖκες, εἰς ὑμᾶς βλέπω,
καὶ τἄμ' ἐν ὑμῖν ἐστὶν ἢ καλῶς ἔχειν
ἢ μηδὲν εἶναι καὶ στερηθῆναι πάτρας
φίλου τ' ἀδελφοῦ φιλτάτης τε συγγόνου.
καὶ πρῶτα μέν μοι τοῦ λόγου τάδ' ἀρχέτω·
γυναῖκές ἐσμεν, φιλόφρον ἀλλήλαις γένος,
σώζειν τε κοινὰ πράγματ' ἀσφαλέσταται.
σιγήσαθ' ἡμῖν καὶ συνεκπονήσατε
φυγάς. καλόν τοι γλῶσσ' ὅτῳ πιστὴ πάρα.

V. 1030. Legebatur ὡς ὑμᾶς βλέπω, quod silentio praeterierunt interpretes. Id significaret *ut vos video*, quod sic dicere posset Iphigenia, si consideret ne opus quidem sibi esse orare istas mulieres. Et tamen tum quod sequitur καὶ intelligi non posset. Recte verterunt *ad vos respicio*. Id dicendum fuit εἰς ὑμᾶς βλέπω, quae usitatissima est locutio. Itaque hoc reposui. Ac ne dici quidem posse credo hoc significatu ὡς ὑμᾶς βλέπω.

V. 1033. Libri φίλου τ' ἀδελφοῦ φιλτάτου τε συγγόνου. Marklandus φίλης τ' ἀδελφῆς. Lenius Seidlerus et Lentingius ad Med. p. 72. φιλτάτης τε συγγόνου.

V. 1035. Par. B. ἀλλήλοις. Flor. 1. 2. ἀλλήλαις, quod recepi, etsi fortasse ἀλλήλων Aldinae et ut videtur caeterorum codicum defendi potest. Illud dispiciendum aliis relinquam, an forte ἀλλήλῳ in illa scriptura lateat. Ignorant grammatici, quod sciam, singularem huius vocabuli: sed nomini collectivo consociatus certe rationi non repugnat.

V. 1038. Ald. καλόν τι. Par. A. Flor. 1. 2. καλόν τοι. Eo recipiendo acquieverunt editores: sed quid quaeso hic sibi vult quam libri praebent sententia: καλόν τοι γλῶσσ' ὅτῳ πίστις παρῇ? Nam quis non his verbis loquentem potius quam tacentem linguam significari, dicique hoc credat, bonum esse loqui, si quis fide dignus sit? At non loqui quidquam chorum, sed tacere vult Iphigenia: quin etiam si falsa regi dicere chorum vellet, ineptissime hoc uteretur argumento, quo quid aliud diceret quam bonum esse mentiri, si quis verax haberetur? Bene se haberet sententia, si ὅτῳ posset pro feminino accipi et ad γλῶσσα referri. At de hoc usu non constat, et v. 1045. quoque ὅτῳ non est femininum. Non hoc scripsit Euripides, sed καλόν τοι γλῶσσ' ὅτῳ πιστὴ πάρα. *Bonum est*, inquit, *si cui fida adest lingua*, i. e. si fidere potest, coercitum iri linguam. Satis constat nihil frequentius quam ις et η permu-

ὁρᾶτε δ' ὡς τρεῖς μία τύχη τοὺς φιλτάτους,
ἢ γῆς πατρῴας νόστος ἢ θανεῖν ἔχει.
σωθεῖσα δ', ὡς ἂν καὶ σὺ κοινωνῇς τύχης,
σώσω σ' ἐς Ἑλλάδ'. ἀλλὰ πρός σε δεξιᾶς,
σὲ καὶ σ' ἱκνοῦμαι, σὲ δὲ φίλης παρηΐδος
γονάτων τε καὶ τῶν ἐν δόμοισι φιλτάτων,
μητρὸς πατρός τε καὶ τέκνων, ὅτῳ κυρεῖ.
τί φατέ; τίς ὑμῶν φησίν, ἢ τίς οὐ θέλει,
φθέγξασθε, ταῦτα. μὴ γὰρ αἰνουσῶν λόγους
ὄλωλα κἀγὼ καὶ κασίγνητος τάλας.

ΧΟΡΟΣ.

θάρσει, φίλη δέσποινα, καὶ σώζου μόνον·
ὡς ἔκ γ' ἐμοῦ σοι πάντα σιγηθήσεται,
ἴστω μέγας Ζεύς, ὧν ἐπισκήπτεις πέρι.

---

tari. Et hic quod legitur παρῇ, male sonans post πιστή, ortum videtur eo, quod librarius aliquis η ad πίστις superscriptum retulit ad πάρα.

V. 1040. Libri νόστον. Heathius, Valckenarius ad Hippol. 1403. Musgravius νόστος.

V. 1042. Ald. πρὸς σὲ δεξιᾶς. Recte Matthiae corrigi iussit accentum, conferri iubens Elmsleium ad Med. 318. Par. A. πρὸς σῆς δεξιᾶς, quod recepit, dubitans tamen postea, Boissonadus.

V. 1043. Hic quoque recte σὲ καὶ σ' adversus Elmsleii coniecturam ἱκέτις defendit Matthiae: sed addere potuerat, quum Iphigenia universe chorum obtestans πρός σε δεξιᾶς dixisset, nunc eam tribus, quae hoc versu distinguuntur ex choro, hoc singulis dicere; ex quo cognosci, chorum κατὰ ζυγὰ dispositum stetisse, ut tres essent in primo ordine proximae.

V. 1047. Ald. ἢ τίς οὐ θέλει φθέγξασθαι ταῦτα; Quomodo haec interpungenda essent, vidit Musgravius.

V. 1050. Ald. Par. B. Flor. 1. 2. Vict. ὡς ἔκ γ' ἐμοῦ σοι. Par. A. C. ἐμοί σοι. Id indicium est alius non malae lectionis ὡς ἔν γ' ἐμοί σοι. Sophocles Oed. Col. 153.

ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἐμοὶ
προςθήσεὶ τάςδ' ἀράς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ὄναισθε μύθων καὶ γένοισθ' εὐδαίμονες.
σὸν ἔργον ἤδη καὶ σὸν εἰςβαίνειν δόμους·
ὡς αὐτίχ' ἥξει τῆςδε κοίρανος χθονός,
θυσίαν ἐλέγχων, εἰ κατείργασται, ξένων.
ὦ πότνι', ἥπερ μ' Αὐλίδος κατὰ πτυχὰς
δεινῆς ἔσωσας ἐκ πατροκτόνου χερός,
σῶσόν με καὶ νῦν τούςδε τ'· ἢ τὸ Λοξίου
οὐκέτι βροτοῖσι διὰ σ' ἐτήτυμον στόμα.
ἀλλ' εὐμενὴς ἔκβηθι βαρβάρου χθονὸς
εἰς τὰς Ἀθήνας· καὶ γὰρ ἐνθάδ' οὐ πρέπει
ναίειν, παρόν σοι πόλιν ἔχειν εὐδαίμονα.

ΧΟΡΟΣ.

Ὄρνις, ἃ παρὰ πετρίνας — στρ. ά.
πόντου δειράδας, ἀλκυὼν,
ἔλεγον οἶτον ἀείδεις,

V. 1055. Ald. κατείργασθαι.

V. 1057. Par. A. πατροφόνου.

V. 1061. Legebatur πτύχας. Corrigendum monuit Elmsleius ad Med. 1264.

V. 1062. Gravius quid quam πόλιν ἔχειν εὐδαίμονα hic dictum vellem. Non enim recte opposita sunt βάρβαρος et εὐδαίμων, quum non satis perspicue appareat βάρβαρον γῆν hic incultam esse intelligendam. Rectius humanitatem et expertem crudelitatis pietatem Athenarum commemorasset.

V. 1063. Vulgo cum Aldina ὄρνις, ἃ παρὰ τὰς πετρίνας. Quae scriptura si non est a metricis profecta, in antistrophico versu scribendum est ὦ πολλαὶ λιβάδες δακρύων. Sed Flor. 1, 2. omittunt τάς, quos sequendos duxi. Matthiae haec respexisse putat Aristophanem Ran. 1309.

ἀλκυόνες, αἳ παρ' ἀενάοις θαλάσσης
κύμασι στωμύλλετε.

V. 1065. Barnesius οἰκτρὸν coniecit: alii alia: adversus quorum conatus recte hunc versum defendit Seidlerus.

εὐξύνετον ξυνετοῖσι βοάν,
ὅτι πόσιν κελαδεῖς ἀεὶ μολπαῖς,
ἐγώ σοι παραβάλλομαι
θρήνους, ἄπτερος ὄρνις,
ποθοῦσ' Ἑλλάνων ἀγόρους,
ποθοῦσ' Ἄρτεμιν λοχίαν,
ἃ παρὰ Κύνθιον ὄχθον οἰκεῖ
φοίνικά θ' ἁβροκόμαν
δάφναν τ' εὐερνέα καὶ
γλαυκᾶς θαλλὸν ἱρὸν ἐλαίας,
Λατοῦς ὠδῖνα φίλαν,
λίμναν θ' εἱλίσσουσαν ὕδωρ
κύκλιον, ἔνθα κύκνος μελῳ-

V. 1066. Par. B. ἀξύνετον, sed superscripto εὐ.

V. 1071. Ald. λοχείαν. Correxit Musgravius.

V. 1072. Ad Κύνθιον in Par. B. C. superscriptum Δήλιον.

V. 1075. Aldina: γλαυκᾶς θάλλος ἱερὸν ἐλαίας. In θάλλος consentiunt Par. A. B. Flor. 1. 2. Vict. sed Par. A. deinde ἱρὸν. Brubachiana ab emendatore θαλλὸν, quod deinceps tenuerunt editores.

V. 1076. Porti coniecturam Λατοῦς ὠδῖνι φίλαν recepit Seidlerus. Matthiae, servans librorum scripturam, locum quo pepererit Latona ὠδῖνα vocari putat. Mihi Euripides, stipator in choricis inutilium verborum, audacius partum Latonae dixisse videtur arborem, cui obnixa peperit Apollinem et Dianam. Homerus hymn. Apoll. 117. ἀμφὶ δὲ φοίνικι βάλε πήχεε.

V. 1078. Libri ὕδωρ κύκνειον, praeter Par. A. in quo omissum κύκνειον. Seidlerus, iure offensus his ὕδωρ κύκνειον, ἔνθα κύκνος, scripsit κύκλιον, docteque id illustravit testimoniis scriptorum hunc rotundum lacum commemorantium. Matthiae quod obiicit, κύκλιος neque apud Euripidem neque apud alios loci esse epitheton, id quam vim habeat non perspicio. Satis est de figura rotunda dici. Constat autem κύκλιον χορὸν vocari, quod rotundus sit, eoque distingui a τετραγώνῳ. Et ἀσπίδα κυκλίαν dixit Archestratus apud Athenaeum VII. p. 320. B. de scaro pisce loquens:

καὶ μέγεθος κυκλίᾳ ἴσον ἀσπίδι νῶτα φοροῦντα.

Dindorfii nescio quo auctore ediderunt λίμναν θ' εἱλίσσουσαν ὕδωρ κύκλον, quae valde molesta planeque soli prosae orationi conveniens describendi ratio est.

δὸς Μούσας θεραπεύει.
ἃ πολλαὶ δακρύων λιβάδες, ἀντ. α'.
αἳ παρηΐδας εἰς ἐμὰς
ἔπεσον, ἁνίκα πύργων
ὀλλυμένων ἐπὶ ναυσὶν ἔβαν
πολεμίων ἐρετμοῖσι καὶ λόγχαις,
ζαχρύσου δὲ δι' ἐμπολᾶς
νόστον βάρβαρον ἦλθον,
ἔνθα τᾶς ἐλαφοκτόνου
θεᾶς ἀμφίπολον κόραν
παῖδ' Ἀγαμεμνονίαν λατρεύω
βωμούς τε μηλοθύτας,
ζηλοῦσ' ἄταν διαπαν-
τὸς δυςδαίμον'· ἐν γὰρ ἀνάγκαις
οὐ κάμνει σύντροφος ὤν.
μεταβάλλει δ' εὐδαιμονία·

V. 1081. Libri *οὐλομένων ἐνὶ ναυσὶν ἔβαν*. Matthiae recte *ὀλλυμένων* ex emendatione Erfurdtii ad Soph. Antig. 833. ed. min. Deinde *ἐπὶ* ex Elmsleii coniectura ad Heracl. 893. scripsi. Non enim *ἔνι* nisi pro *ἔνεστι* usurparunt tragici. Vide ad Soph. Trach. 7.

V. 1088. Pro *κούραν* ex Flor. 1. scripsi *κόραν*.

V. 1091. Ald. *ζητοῦσ'*. Par. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. *ζηλοῦσ'*. Ox. *ζηλοῦσα*. Felicem se praedicare dicit sortem eorum, qui semper adversa fortuna usi numquam meliorem sint experti.

V. 1093. Libri *οὐ κάμνεις*. Sed Ox. *κάμνει*, quemadmodum emendarunt viri docti. Neque vero ille Oxoniensis liber aliud quam emendationes continere videtur.

V. 1094. Libri *μεταβάλλει δυςδαιμονία*. Haesitarunt critici in hac abrupta et ne sermoni quidem huic accommodata sententia. Partem veri vidit Lentingius ad Med. p. 72. comparans Herc. f. 1291.

κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ
αἱ μεταβολαὶ λυπηρόν· ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς
ἔστ', οὐδὲν ἀλγεῖ, συγγενῶς δύστηνος ὤν.

Ex quo facile colligi poterat scribendum esse *μεταβάλλει δ' εὐδαιμονία.*

τὸ δὲ μετ' εὐτυχίας κακοῦ-
    σθαι θνατοῖς βαρὺς αἰών.
καὶ σὲ μέν, πότνι', Ἀργεία   στρ. β'.
πεντηκόντορος οἶκον ἄξει·
συρίζων δ' ὁ κηροδέτας
κάλαμος οὐρείου Πανὸς
κώπαις ἐπιθωΰξει, ὁ Φοῖβός θ' ὁ μάντις ἔχων
ἑπτατόνου κέλαδον λύρας
ἀείδων ἄξει λιπαρὰν
    Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν.

V. 1095. Libri τὸ γὰρ μετ' εὐτυχίας κακοῦσθαι. Seidlerus δὲ pro γὰρ posuit, tum metri caussa, quod in strophico κύκνειον in κύκλιον mutavit, tum vero etiam quod id sententia postularet. Hoc postremum praeteriit Matthiae, notans Seidlerum iniuria, quod hunc versum scilicet strophico, ut ab ipso refictus esset, exaequare voluerit. Confirmant Seidleri emendationem versus quos modo ex Hercule furente adscripsimus.

V. 1099. Non erat idonea caussa, cur Elmsleius scribi vellet συρίζων θ'. Non enim haec ut adnexa, sed explicandi copiosiusque describendi caussa adiiciuntur.

V. 1101. Divisa haec erant in duos versiculos
κώπαις ἐπιθωΰξει,
ὁ Φοῖβός θ' ὁ μάντις ἔχων.
Quos probarem, si prior in spondeum pro iambo, i. e. ultimam sub ictu habentem, exiret. Nunc antistropha, in qua eodem modo descripti versus erant, continuari numerum ostendit. Quare in unum versum coniunxi. De ἐπιθωΰσσειν Seidlerus conferri iussit Abreschium in Misc. Obs. VI. 2. p. 405. cui id verbum praeter hunc locum apud solum Synesium occurrerat. Bis eo usus Aeschylus in Prometheo v. 73. et 277.

V. 1102. Libri κέλαδον ἑπτατόνου λύρας. Nulla inveniri caussa potest, quae moverit poetam, ut tribrachum dactylo, qui in antistropha est, opponeret, quum posset scribere ἑπτατόνου κέλαδον λύρας. Quare hoc ordine verba posui.

V. 1104. Libri εἰς Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν. Marklandus scribi voluit ὡς Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν, quod probavit Elmsleius. At haec prosae orationis formula est, turpis illa in carmine chorico. Seidlerus εἰς mutavit in εὖ σ'. Id Matthiae aliique receperunt, male factum dicente Elmsleio. Neque id iniuria. Nam et inutile est pronomen, nec verba ista apto sunt loco posita. Eiiciendum erat εἰς, additamentum metrici. Corruptus enim antistrophicus versus est.

ἐμὲ δ' αὐτοῦ προλιποῦσα βή-
σει ῥοθίῳ πλάτᾳ, ἀέρι δ' ἱστία τε πρότονοι κατὰ
πρῷραν ὑπὲρ στόλον ἐκπετάσουσι πόδας τε
ναὸς ὠκυπόμπου.
λαμπρὸν ἱππόδρομον βαίην, ἀντ. β'.
ἔνθ' εὐάλιον ἔρχεται πῦρ·

V. 1105. Aldina:
ἐμὲ δ' αὐτοῦ λιποῦσα,
βήσῃ ῥοθίαις πλάταις.

Par. A. B. Flor. 1. 2. ῥοθίοις. Facile apparet deesse syllabam. Itaque προλιποῦσα reposui. Si haec in unum versum coniungerentur, in antistropha antem pro eo quod posui ὅτ' scriberetur εὖτ', intelligebam servari posse ῥοθίοις πλάταις pluralem. Sed et aptior usitatiorque singularis est, et melius statim ex Glyconeo transitur ad dactylicos, et facilius in antistrophicis ὅτ' inseritur quam εὖτ'. Itaque ῥοθίῳ πλάτᾳ scripsi. Saepe autem librarii pluralem pro singulari posuisse deprehenduntur.

V. 1106. Libri: ἀέρι δ' ἱστία πρότονοι κατὰ πρῷραν ὑπὲρ στόλον ἐκπετάσουσι πόδα ναὸς ὠκυπόμπου. Patet deesse syllabam nec vitio vacuum esse πόδα, cuius ultimam syllabam longam esse oportebat. Priori vitio medelam invenit Marklandus inserendo καὶ ante πρότονοι, quod Seidlerus prorsus absonum vocat. Et hic quidem postquam doctissime quid πρότονοι, quid στόλος, quid πόδες sint, exposuit, hanc ingeniosam profecto coniecturam protulit:
ἀέρι δ' ἱστία πρὸ προτόνου κατὰ
πρῷραν ὑπὲρ στόλον ἐκπετάσουσι πόδες
ναὸς ὠκυπόμπου.

Non infitior tamen hanc emendationem mihi tum verba consideranti ut in libris scripta sunt, tum quod sic nimis accurate omnia describuntur, parum probabilem videri. Accedit, quod ne antistrophica quidem ita emendate scripta habemus, ut non aliud quid quaerere oporteat. Itaque πόδα singulari cum plurali commutato particulas addidi, quibus non metro solum, sed etiam sententiae consulitur: ἀέρι δ' ἱστία τε πρότονοι κατὰ πρῷραν ὑπὲρ στόλον ἐκπετάσουσι πόδας τε ναὸς ὠκυπόμπου. Sic πρότονοι, ut saepissime, non, quae propria significatio est, de illis rudentibus, quibus malus affirmatur, sed de iis, quibus vela vel contrahuntur vel expanduntur dicti sunt. Patet autem recte coniungi ἱστία et πόδας, quae sunt imae partes veli, funibus alligatae. Προτόνους similiter dixit in Hecuba v. 113.
τὰς ποντοπόρους δ' ἔσχε σχεδίας
λαίφη προτόνοισιν ἐρειδομένας.

οἰκείων δ' ὑπὲρ θαλάμων
πτέρυγας ἐν νώτοις ἁμοῖς
λήξαιμι θοάζουσα, χοροῖς δὲ σταίην, ὅθι καὶ
παρθένος εὐδοκίμων γάμων,

V. 1114. In libris haec sic scripta: *χοροῖς δὲ σταίην, ὅθι καὶ παρθένος εὐδοκίμων γάμων παρὰ πόδ' εἱλίσσουσα φίλας ματρὸς ἡλίκων θιάσους, ἐς ἁμίλλας χαρίτων χαίτας ἁβροπλούτοιο ἐς ἔριν ὀρνυμένα, πολυποίκιλα φάρεα, καὶ πλοκάμους περιβαλλομένα, γέννσιν ἐσκίαζον.* Operae pretium est videre quam multa in his etiam praeter aperte vitiosum genitivum *ἁβροπλούτοιο* dubitandi materia sit. Construi haec volunt ita: *ὅθι καὶ παρθένος εὐδοκίμων γάμων, παρὰ πόδα φίλας ματρὸς εἱλίσσουσα ἡλίκων θιάσους*: subsistam hic, quoniam vel haec dubia sunt. *Παρὰ πόδα* Seidlerus interpretatur *coram*, duce Musgravio, qui perperam *πόδ'* *ποδὶ* esse putans, attulit Quinti Smyrnaei V. 67.

ἐν δὲ χοροὶ ἵσταντο νέων παρὰ ποσσὶ γυναικῶν.

Quis credat tam absurde loquutum Quintum, etsi eadem scriptura etiam in tribus a Schowio collatis codicibus exstat? Praecedentem versum si quis consideret, vix dubitabit quin sic isti versus a poeta sint scripti:

ἐν δ' αὐλοὶ κιθάραι τε παρ' εἰλαπίνῃσι πέλοντο·
ἐν δὲ χοροὶ ἵσταντο νέων παρὰ τοῖσι γυναικῶν.

Sed esto ut *παρὰ πόδα ματρὸς* sit *coram matre:* num ineptius collocare verba potuit Euripides, quam sic, ut illud *παρὰ πόδα* exciperet *εἱλίσσουσα,* quod verbum quivis, qui haec audiret, coniuncturus erat cum *πόδα*? Porro quid hoc est, quod hae mulieres *ἡλίκων θιάσους εἱλίσσουσαι* dicuntur? Nimis enim mirum est, quas cum suis aequalibus saltare aliquis credat, facere aequales ut saltent dici, quasi ipsae spectatrices vel magistrae saltationum fuerint. Sequuntur haec: *ἐς ἁμίλλας χαρίτων χαίτας ἁβροπλούτοιο ἐς ἔριν ὀρνυμένα*: quae nemo non videt vitiosa esse eo, quod aut *ἐς ἔριν* turpissime redundat, aut deest aliquid, quo *ἐς ἁμίλλας* non ad eadem ad quae *ἐς ἔριν* referri indicetur. Denique postrema, *πολυποίκιλα φάρεα καὶ πλοκάμους περιβαλλομένα γέννσιν ἐσκίαζον,* si sic intelliguntur ut repetatur *γένυας* ad *ἐσκίαζον,* molesta est oratio; sin, ut Seidlero placebat, *ἐσκίαζον* pro *ἐσκιαζόμην* dictum est, vereor ne prava. Nihil enim ad hoc defendendum confert illud in Bacchis v. 1049.

ἦν δ' ἄγκος ὑψίκρημνον ὕδασι διάβροχον
πεύκαισι συσκίαζον.

Hic verum viderat haud dubie Canterus, quum *γένυν συνεσκίαζον* scribendum censuit: sic enim eum, non, ut editio habet, *γένυ*

πέρι πόδ' εἱλίσσουσα φίλας
πρὸς ἡλίκων θιάσους
ἐς ἁμίλλας, χαρίτων τε χαί-
τας ἁβρόπλουτον ὅτ' εἰς ἔριν ὀρνυμένα πολυποίκιλα
φάρεα καὶ πλοκάμους περιβαλλομένα γέ-
νυν συνεσκίαζον.

ΘΟΑΣ.

ποῦ 'σθ' ἡ πυλωρὸς τῶνδε δωμάτων γυνή

---

scripsisse puto. Itaque hinc faciam initium expellendi istam vitiorum congeriem. Cohaerent, si interpretes sequimur, haec: ὅθι καὶ παρθένος γέννν συνεσκίαζον. Languet sic καί, non languidum illud, si non ad συνεσκίαζον, sed ad repetitum ex σταίην ἱστάμην refertur: χοροῖς δὲ σταίην, ὅθι καὶ παρθένος. Hoc modo enim usus postulat καί. In proximis verbis levis menda est παρὰ pro πέρι, gravis autem ματρός, ex errore scribae, cui in libro, quem ante oculos habebat, μρὸς scriptum videbatur, quod erat πρός. Ita nanciscimur: πέρι πόδ' εἱλίσσουσα φίλας πρὸς ἡλίκων θιάσους ἐς ἁμίλλας, i. e. planiore ordine verborum: πόδα περιειλίσσουσα ἐς φίλας ἁμίλλας πρὸς ἡλίκων θιάσους. Quod hic πέρι πόδα εἱλίσσουσα, in Phoenissis v. 319. dicit περιέλικτον ἁδονὰν ἐκεῖσε καὶ τὸ δεῦρο περιχορεύουσα. Mox post χαρίτων copulam deesse sententia non minus quam metrum arguit. Tum scribendum ἁβρόπλουτον ὅτ' εἰς ἔριν, hic quoque et metro indicium faciente, de quo dictum ad v. 1105. et sententia requirente particulam ex qua συνεσκίαζον pendeat. Itaque haec est totius loci sententia: *stem in choreis, ubi etiam virgo nobili digna connubio stabam, saltando circumagens pedem ad gratam concertationem cum aequalium catervis, decorisque comarum ad luxuriantem auro et gemmis contentionem quum procedens variis pallis et cincinnis amicta genam inumbrabam.* Cum postremis comparari possunt haec in Bacchis v. 455. de Bacchi muliebri habitu:

πλόκαμός τε γάρ σου ταναός, οὐ πάλης ὕπο,
γένυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος, πόθου πλέως.

Alibi σκιάζειν et συσκιάζειν γένυν de crescente barba dixit, ut Phoen. 63. Suppl. 1218. Illa, παρθένος εὐδοκίμων γάμων, frustra molestiam fecerunt interpretibus. Durum est, ut Seidlerus volebat, coniungere εὐδοκίμων γάμων θιάσους. Immo genitivi pro adiectivo sunt, quasi dicas εὐδοκιμόγαμος; vide ad Soph. Electr. 19.

Ἑλληνίς; ἤδη τῶν ξένων κατήρξατο,
ἀδύτοις τ' ἐν ἁγνοῖς σῶμα λάμπονται πυρί;

ΧΟΡΟΣ.

ἤδ' ἐστίν, ἥ σοι πάντ', ἄναξ, ἐρεῖ σαφῶς.

ΘΟΑΣ.

ἔα·
τί τόδε μεταίρεις ἐξ ἀκινήτων βάθρων,
Ἀγαμέμνονος παῖ, θεᾶς ἄγαλμ' ἐν ὠλέναις;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἄναξ, ἔχ' αὐτοῦ πόδα σὸν ἐν παραστάσιν.

ΘΟΑΣ.

τί δ' ἔστιν, Ἰφιγένεια, καινὸν ἐν δόμοις;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἀπέπτυσ'· ὁσίᾳ γὰρ δίδωμ' ἔπος τόδε.

ΘΟΑΣ.

τί φροιμιάζει νεοχμόν, ἐξαύδα σαφῶς.

V. 1122. Ald. ἢ δή. Reiskius et Valckenarius ad Phoen. 576. ἤδη.

V. 1123. Valckenarii coniecturam χύτλοις ἐν ἁγνοῖς memoravit Camperus ad Electrae v. 797. aliam ipse ad v. 950. non utiliorem addens, κάμπτονται. Melius, si opus esset mutatione, Iacobsius δάπτονται.

V. 1127. Ald. ἐν ὠλένῃ. Codd. omnes ἐν ὠλέναις.

V. 1128. Ald. ἐν παραστάσει. Codd. omnes ἐν παραστάσιν, de quo vocabulo exposuit Valckenarius ad Phoen. 417.

V. 1130. Par. A. C. Vict. ὁσίᾳ, neque aliud est quod Ald. habet ὅσια. Recte Matthiae ἀπέπτυσα non ad quaestionem Thoantis, sed ad parricidium refert, de quo cogitet Iphigenia.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐ καθαρά μοι τὰ θύματ᾽ ἠγρεύσασθ᾽, ἄναξ.

ΘΟΑΣ.

τί τοὐκδιδάξαν τοῦτό σ᾽; ἢ δόξαν λέγεις;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

βρέτας τὸ τῆς θεοῦ πάλιν ἕδρας ἀπεστράφη.

ΘΟΑΣ.

αὐτόματον, ἤ νιν σεισμὸς ἔστρεψε χθονός;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

αὐτόματον· ὄψιν δ᾽ ὀμμάτων ξυνήρμοσεν.

ΘΟΑΣ.

ἡ δ᾽ αἰτία τίς; ἢ τὶ τῶν ξένων μύσος;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἥδ᾽, οὐδὲν ἄλλο· δεινὰ γὰρ δεδράκατον.

ΘΟΑΣ.

ἀλλ᾽ ἦ τίν᾽ ἔκανον βαρβάρων ἀκτῆς ἔπι;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οἰκεῖον ἦλθον τὸν φόνον κεκτημένοι.

ΘΟΑΣ.

τίν᾽; εἰς ἔρον γὰρ τοῦ μαθεῖν πεπτώκαμεν.

V. 1137. Vict. ἣ, male.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μητέρα κατειργάσαντο κοινωνῷ ξίφει.

ΘΟΑΣ.

Ἄπολλον, οὐδ' ἐν βαρβάροις ἔτλη τόδ' ἄν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πάσης διωγμοῖς ἠλάθησαν Ἑλλάδος.

ΘΟΑΣ.

ἦ τῶνδ' ἕκατι δῆτ' ἄγαλμ' ἔξω φέρεις;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σεμνόν γ' ὑπ' αἰθέρ', ὡς μεταστήσω φόνου.

ΘΟΑΣ.

μίασμα δ' ἔγνως τοῖν ξένοιν ποίῳ τρόπῳ;

V. 1143. Libri *οὐδ' ἐν βαρβάροις τόδ' ἔτλη τις ἄν*. Seidlerus et Gaisfordius deleverunt *τόδ'*. Id quum Elmsleius non putaret abesse posse, Medeae v. 1339. et Helenae v. 95. adductus, coniiciebat *οὐδ' ἐν βαρβάροις τόδ' ἤλπισ' ἄν*, ut intelligeretur *γενήσεσθαι*; Matthiae autem, *οὐδ' ἂν βάρβαρος γ' ἔτλη τόδ' ἄν*, probabilius hic quidem, sed neutra coniectura veri similis est. Illud vero perquam credibile, a correctore, cui *τὶς* necessarium videbatur, loco suo depulsum esse *τόδε*. Omittitur autem *τὶς* non raro, praegresso plurali. Sic in Alcest. 356.

ἡδὺ γὰρ φίλους
κἂν νυκτὶ λεύσσειν, ὅντιν' ἂν παρῇ χρόνον.

Et in Suppl. 453.

τερπνοῖς τυράννοις ἡδονάς, ὅταν θέλῃ.

Vid. Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 105. et ad Protag. p. 499. Itaque *οὐδ' ἐν βαρβάροις ἔτλη τόδ' ἄν* scripsi.

V. 1146. Argutari mihi videtur Matthiae, quum reprehendit eos, qui interpretati haec verba sunt *ut amoveam a contagione caedis*. Neque enim illi contagionem qua metuendum esset ne pollueretur simulacrum, sed qua et esset iam pollutum et pollueretur quamdiu praesentes essent hospites isti, in mente habuerunt.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἤλεγχον, ὡς θεᾶς βρέτας ἀπεστράφη πάλιν.

ΘΟΑΣ.

σοφήν σ' ἔθρεψεν Ἑλλάς, ὡς ᾔσθου καλῶς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ νῦν καθεῖσαν δέλεαρ ἡδύ μοι φρενῶν.

ΘΟΑΣ.

τῶν Ἀργόθεν τι φίλτρον ἀγγέλλοντέ σοι;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τὸν μόνον Ὀρέστην ἐμὸν ἀδελφὸν εὐτυχεῖν.

ΘΟΑΣ.

ὡς δή σφε σώσαις ἡδοναῖς ἀγγελμάτων;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ πατέρα γε ζῆν καὶ καλῶς πράσσειν ἐμόν.

ΘΟΑΣ.

σὺ δ' εἰς τὸ τῆς θεοῦ γ' ἐξένευσας εἰκότως.

V. 1151. Legebatur cum Aldina *τί φίλτρον*. Matthiae recte inclinavit accentum pronominis, quem non debebat reprehendere Lentingius ad Androm. 887. p. 298. responso Iphigeniae tamquam argumento usus. Non refutat, qui non ostendit rationes quas alter attulit falsas esse. Atqui nec demonstravit Lentingius nec potuit demonstrare non esse verum, quod verissime dixit Matthiae, si *τί φίλτρον* legeretur, scisse debuisse Thoantem de Argivis aliquid rettulisse Orestem. Id vero absurdum est.

V. 1155. Iam Brodaeus *ἐξένευσας* ab *ἐκνεῖν* dictum esse vidit, quod est *evadere*. De eo verbo v. Valck. ad Hipp. 469. et 822.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πᾶσάν γε μισοῦσ' Ἑλλάδ', ἥ μ' ἀπώλεσεν.

ΘΟΑΣ.

τί δῆτα δρῶμεν, φράζε, τοῖν ξένοιν πέρι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τὸν νόμον ἀνάγκη τὸν προκείμενον σέβειν.

ΘΟΑΣ.

οὐκ οὖν ἐν ἔργῳ χέρνιβες ξίφος τε σόν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἁγνοῖς καθαρμοῖς πρῶτά νιν νίψαι θέλω.

ΘΟΑΣ.

πηγαῖσιν ὑδάτων ἢ θαλασσίᾳ δρόσῳ;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά.

ΘΟΑΣ.

ὁσιώτερον γοῦν τῇ θεῷ πέσοιεν ἄν.

V. 1157. Ald. τοῖς ξένοις. Barnesius τοῖν ξένοιν, quod confirmarunt codd. Par. B. C. Flor. 1. 2. Vict.

V. 1159. Marklandus οὔκουν. Aldina οὐκοῦν, quod defendens Seidlerus interpretatur: *igitur in eo es, ut aqua lustrali eos adspergas?* At id vix potest quaerere Thoas, qui Iphigeniam signum deae efferre videat. Recte Marklandus: *cur igitur cessas aqua lustrali eos adspergere?* Id perinde est οὔκουν an divisim, ut Elmsleio placet, οὐκ οὖν scribatur.

V. 1162. Legitur hic versus apud Stobaeum IV. 20. et Diogenem Laertium III. 6. et Eustathium p. 108, 30. et scholiastam Ven. ad Iliad. I. 314. et in Etym. M. p. 127, 15.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ τἀμά γ᾽ οὕτω μᾶλλον ἂν καλῶς ἔχοι.

ΘΟΑΣ.

οὐκ οὖν πρὸς αὐτὸν ναὸν ἐκπίπτει κλύδων;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐρημίας δεῖ· καὶ γὰρ ἄλλα δράσομεν.

ΘΟΑΣ.

ἄγ᾽ ἔνθα χρῄζεις· οὐ φιλῶ τἄῤῥηθ᾽ ὁρᾶν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἁγνιστέον μοι καὶ τὸ τῆς θεοῦ βρέτας.

ΘΟΑΣ.

εἴπερ γε κηλὶς ἔβαλέ νιν μητροκτόνος.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οὐ γάρ ποτ᾽ ἄν ᾽νιν ἠράμην βάθρων ἄπο.

V. 1165. Ald. οὐκοῦν sine interrogationis signo, ut v. 1159. Marklandus οὔκουν cum interrogatione. Miror, quod Seidlerus cum eoque Matthiae repudiarunt interrogationem. Verum quidem est, in mente habere Thoantem, facile ergo rem perfici posse: ad ipsum enim templum fluctus allidi: sed non dicit hoc, ut ait Seidlerus. Si diceret οὐκοῦν ῥᾴδιον, recte loqueretur: sed si hoc omisso statim rationem affert, eam apertum est interrogando significandam esse. Perperam enim diceret: *ergo fluctus ipsum templum alluit.* Pro ναὸν Par. A. νεών.

V. 1170. Ald. οὐ γάρ ποτέ νιν ἀνηράμην. Par. A. B. Flor. 1. 2. οὐ γάρ ποτ᾽ ἄν νιν ἀνηράμην. Quomodo emendanum esset, vidit Musgravius.

ΘΟΑΣ.

δίκαιος ηὐσέβεια καὶ προμηθία.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

οἶσθά νυν ἅ μοι γενέσθω;

ΘΟΑΣ.

σὸν τὶ σημαίνειν τόδε

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

δεσμὰ τοῖς ξένοισι πρόςθες.

ΘΟΑΣ.

ποῖ δέ σ' ἐκφύγοιεν ἄν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πιστὸν Ἑλλὰς οἶδεν οὐδέν.

ΘΟΑΣ.

ἴτ' ἐπὶ δεσμὰ, πρόςπολοι.

V. 1171. Rarius est δίκαιος genere feminino. Sed non debebat Elmsleius comparare Heraclidarum versum 901. ubi δίκαιον, ut a me monitum, pro substantivo est. In adnotatione ad illum versum autem hunc locum afferens addit, nisi legendum sit δίκαιον, idque Matthiae quoque sibi in mentem venisse dicit. Id vero non aptum huic loco: significaret enim aequum esse, ut quis pius et providus sit. At Thoas non universe pietatem et providentiam laudare voluit, sed hanc, quae in lustrando signo deae est posita. Post hunc versum Marklandus ponendum iudicavit trimetrum, qui inter medios trochaicos post v. 1182. in libris est,

ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις.

Probavit Marklandi sententiam Seidlerus, posuitque versum, ut ille iusserat, Matthiae. Factum pessime, non solum quod ista sententia hic importunissima est, sed etiam quod artis tragicae lex iubet a στιχομυθίᾳ trimetrorum statim ad divisos inter colloquentes personas trochaicos procedi.

V. 1173. Par. A. ποῖ δ' ἐκφύγοιεν ἄν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

κἀκκομιζόντων δὲ δεῦρο τοὺς ξένους

ΘΟΑΣ.

ἔσται τάδε.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

κρᾶτα κρύψαντες πέπλοισιν.

ΘΟΑΣ.

ἡλίου πρόσθεν φλογός.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σῶν τέ μοι σύμπεμπ᾽ ὀπαδῶν.

ΘΟΑΣ.

οἵδ᾽ ὁμαρτήσουσί σοι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ πόλει πέμψον τίν᾽ ὅςτις σημανεῖ

ΘΟΑΣ.

ποίας ταγάς;

V. 1175. Libri κἀκκομιζόντων δὲ δεῦρο. Elmsleius γε pro δέ, si vera sit Porsoni observatio ad Orest. 614. quod probat Matthiae. Recte vero hic καὶ δέ, de quo dixi ad Soph. Philoct. 1346. Nam non tam augetur id quod dictum erat, quam additur aliud.

V. 1176. Libri κατακρύψαντες, nisi quod Par. A. κατὰ κρύψαντες. Emendavit Musgravius. In Aldina hic versus totus et σῶν τέ μοι σύμπεμπ᾽ ὀπαδῶν continua oratione tributa sunt Iphigeniae, virgula post φλογὸς posita. Non aptum est signum interrogationis, quod alii posuerunt. Non enim quaerit Thoas, sed intelligere se, cur capita scelerata velari velit sacerdos, dicit.

V. 1178. Elmsleius, quod libri habent, ποίας τύχας, non esse aptum, sed potius ποίους λόγους requiri intelligebat. Mat-

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἐν δόμοις μίμνειν ἅπαντας.

ΘΟΑΣ.

στεῖχε καὶ σήμαινε σύ.

---

thiae eo defendit librorum scripturam, quod Thoas ex verbo illo σημανεῖ suspicetur Iphigeniam aliquid quod factum sit nunciari oppidanis velle. At id prorsus alienum est, quum quae facta sint satis iam declaraverit Iphigenia, nunc autem quae facienda sint praecipiat. Si aliquo modo defendi ista verba possunt, de malis intelligenda sunt, quibus se expolituri sint oppidani, si videant quae videri nefas sit. Verum ne hoc quidem fieri posse ostendit responsum Iphigeniae, quae non minatur aliquid mali, sed domi manere iubet. Ex quo facile apparet recte iudicasse Elmsleium, nisi quod ei rarius verbum, quo hic usus est Euripides, non venit in mentem. Id fuit ταγάς.

V. 1178. Haec ex Marklandi distinctione personarum, quam etiam in Par. A. esse Boissonadus dixit, sic scripta circumferebantur:

ΙΦ. καὶ πόλει πέμψον τίν' ὅςτις σημανεῖ. Θ. ποίας τύχας;
ΙΦ. ἐν δόμοις μίμνειν ἅπαντας. Θ. μὴ συναντῷεν φόνῳ;
ΙΦ. μυσαρὰ γὰρ τὰ τοιάδ' ἐστί. Θ. στεῖχε καὶ σήμαινε σύ.
ΙΦ. μηδέν' εἰς ὄψιν πελάζειν. Θ. εὖ γε κηδεύεις πόλιν.
ΙΦ. καὶ φίλων δ' οὐδεὶς μάλιστα. Θ. τοῦτ' ἔλεξας εἰς ἐμέ,
ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις.

Ultimum ille horum versuum, ut quem post v. 1172. ponendum putaret, uncis inclusit. In Aldina quae v. 1180. seqq. leguntur, sic scripta ac distributa sunt, neque aliter, ut videtur, in codicibus: Θ. στεῖχε, καὶ σήμαινε σὺ, μηδέν' εἰς ὄψιν πελάζειν. Ἰφι. εὖ γε κηδεύεις πόλιν. καὶ φίλων γ' οὐδεὶς μάλιστα. Θό. τοῦτ' ἔλεξας εἰς ἐμὲ, ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις. Marklandi personarum descriptionem recte quidem sequuti sunt, qui post eum hanc fabulam ediderunt. Eorum quidam etiam dictionis vitia ut removerent operam dederunt, sed fugit eorum diligentiam gravissima quae hunc locum tenet corruptio, quae in ipsa est sententiarum perversitate et conturbatione. Primo illud perineptum est, quod Iphigenia, postquam satis perspicue dixit ἐν δόμοις μίμνειν ἅπαντας, id praeter omnem necessitatem repetit his verbis, μηδέν' εἰς ὄψιν πελάζειν. Paullo, sed hercle non multo melius Thoanti haec verba in libris sunt tributa. Nam hunc quoque satis erat dicere στεῖχε καὶ σήμαινε σύ, neque addere quod nemo non sponte intelligeret. Accedit quod in trochaicis versibus, quorum in singulis duae personae loquuntur, una sem-

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

καὶ φίλων γε δεῖ μάλιστα

ΘΟΑΣ.

τοῦτ᾽ ἔλεξας εἰς ἐμέ,

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μηδέν᾽ εἰς ὄψιν πελάζειν.

ΘΟΑΣ.

μὴ συναντῴην φόνῳ.

---

per eademque incipere versum solet. Tum soloecum illud *καὶ φίλων γ᾽ οὐδεὶς μάλιστα* qui Elmsleio auctore in *καὶ φίλων γ᾽ οὐ δεῖ μάλιστα* mutarunt, etsi consuluerunt sententiae, tamen illud quaerendum reliquerunt, cur sic maluerit loqui poeta, quam ut solet hoc dici, *ἥκιστά γε φίλων δεῖ.* Denique trimetrum illum, qui ultimus horum est versuum, quum emendare deberent, posuerunt eo loco, quo eum poni non posse supra est demonstratum. Absit ut tantam perversitatem imputemus poetae doctissimo. Librariorum est ille error, quum in codice, ex quo nostri manarunt libri, longi versus in angusta pagina, scholiisque, ut credi licet, oppleta non possent recto cursu perscribi, sed fracti et complicati essent: quo perturbatus est ordo hemistichiorum, neglectumque initium versus postremi. Restituto genuino ordine patet omnia cohaerere aptissime. Ubi domi manere iussit oppidanos Iphigenia, statim Thoas, ut v. 1174. et 1177. designat eum qui exsequatur iussa. Tum illa etiam amicos ab adspectu piaculi arcendos dicit, quod in se dictum videns Thoas intelligere se ostendit cur id praecipiat: confirmat illa, laudaturque a Thoante, quod prospiciat saluti civitatis: quod se quum merito facere dicit, ampliorem etiam laudem consequitur. Iam dicam de singulis.

V. 1180. Par. A. *καὶ φίλων οὐδεὶς.* B. Flor. 1. 2. Ald. *καὶ φίλων γ᾽ οὐδεὶς.* Ex Brubachiana fluxit vulgatum *καὶ φίλων δ᾽ οὐδεὶς.* Facile intelligitur, perturbato semel ordine dictorum, quum intelligi iam non posset genuina scriptura *καὶ φίλων γε δεῖ μάλιστα,* ab indocto critico illatum esse *οὐδείς,* quo sententiae consuleretur.

V. 1181. Libri *μὴ συναντῷεν.* Aldina sine iota subscripto. Pro *φόνῳ* Flor. 1. *φόβῳ.* Elmsleio scribendum videbatur *μὴ ξυναντῶσιν φόνῳ.* Disputavi de optativo ad Soph. Electr. 57.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

μυσαρὰ γὰρ τὰ τοιάδ' ἐστίν.

ΘΟΑΣ.

εὖ γε κηδεύεις πόλιν.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εἰκότως.

ΘΟΑΣ.

ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

σὺ δὲ μένων αὐτοῦ πρὸ ναῶν τῇ θεῷ

ΘΟΑΣ.

τί χρῆμα δρῶ;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἅγνισον κύκλῳ μέλαθρον.

---

ubi quum haec ita essem interpretatus, *ea mente, ut ne adsint in caede*, Matthiae his verbis id ipsum sibi videri significari dixit, quod Graece esset ξυναντῶσιν. Id ego miror. Coniunctivi haec vis est, ut simpliciter eventum quem consequuturum esse consentaneum sit indicet; optativi ut eum eventum tamquam tantummodo cogitatum ab aliquo describat. Itaque hoc dicit Thoas: *nempe tu in mente habes ne quis occurrat piaculo.* Sic enim interpretari debebam. Ita φόνος dictus etiam v. 1146. Et hoc modo potuit sane defendi συναντῴεν, etsi concedendum est, non fuisse idoneam caussam cur optativum hic coniunctivo praeferret Euripides. Removetur vero haec quoque dubitatio restituto ordine iusto hemistichiorum, pluralique in singularem mutato. Sic legitimus est optativus, ut pendens ex ἔλεξας.

ΘΟΑΣ.

καθαρὸν ὡς μόλῃς πάλιν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἡνίκ' ἂν δ' ἔξω περῶσιν οἱ ξένοι,

ΘΟΑΣ.

τί χρή με δρᾶν;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

πέπλον ὀμμάτων προθέσθαι.

ΘΟΑΣ.

μὴ παλαμναῖον λάβω;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ἢν δ' ἄγαν δοκῶ χρονίζειν,

V. 1185. Libri ἅγνισον χρυσῷ μέλαθρον. Musgravius coniecit δρόσῳ, praeferens tamen Reiskii emendationem πυρσῷ, quae tulit etiam aliorum approbationem. Afferunt ex Hesychio: πυρσῷ, πυρί. Qua interpretatione vix opus, quum taedis in lustrando sint usi. Vide, ut alios omittam, Lakemacheri Antiquitates Graecorum sacras III. 3. p. 476. seq. Mihi quidem haec quamvis elegans coniectura non satis facit. Nam neque apparet cur dicat Iphigenia μένων πρὸ ναῶν, si intus lustrari templum vult, et repugnant haec verba sequenti scenae, in qua intus in templo est Thoas. Quare si eum ante templum manere iubet, eiusmodi quid imperare debet, quod et extra templum et in templo peragi oporteat. Eam ob caussam κύκλῳ reposui. Nam si circumcirca purgari templum praecipit, fere id idem est ac si dicat omne templum omnibusque in partibus. Itaque iam Thoas putandus est, dum exeunt ex templo captivi, velare caput, mox autem intro abire paraturus lustralem ignem et aquam, quibus et interiora templi et exteriora rite expurget. Deinde Ald. μόλις. Sic etiam Par. B. sed superscripto ο. Par. A. Flor. 1. 2. Brub. μόλῃς.

V. 1186. Ald. ἡνίκα δ' ἂν ἔξω, quod contra metrum esse dicit Matthiae. Alteram scripturam praebuerunt Paris. A. B. Flor. 1. 2. Vide Elmsleium ad Med. 185. x.

ΘΟΑΣ.

τοῦδ' ὅρος τίς ἐστί μοι;

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

θαυμάσῃς μηδέν.

ΘΟΑΣ.

τὰ τῆς θεοῦ πρᾶσσ' ἐπὶ σχολῆς καλῶς.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

εἰ γὰρ ὡς θέλω καθαρμὸς ὅδε πέσοι.

ΘΟΑΣ.

συνεύχομαι.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

τούσδ' ἄρ' ἐκβαίνοντας ἤδη δωμάτων ὁρῶ ξένους,
καὶ θεᾶς κόσμους νεογνούς τ' ἄρνας, ὡς φόνῳ φόνον
μυσαρὸν ἐκνίψω, σέλας τε λαμπάδων, τά τ' ἄλλ' ὅσα
προὐθέμην ἐγὼ ξένοισι καὶ θεᾷ καθάρσια.
ἐκποδὼν δ' αὐδῶ πολίταις τοῦδ' ἔχειν μιάσματος,
εἴ τις ἢ ναῶν πυλωρὸς χεῖρας ἁγνεύει θεοῖς,
ἢ γάμον στείχει συνάψων, ἢ τόκοις βαρύνεται,
φεύγετ', ἐξίστασθε, μή τῳ προσπέσῃ μύσος τόδε.
ὦ Διὸς Λητοῦς τ' ἄνασσα παρθέν', ἢν νίψω φόνον
τῶνδε καὶ θύσωμεν οὗ χρή, καθαρὸν οἰκήσεις δόμον,

V. 1189. Ald. μηθὲν et ἐπὶ σχολῇ. Nec variari videtur. Emendavit Schaeferus Melet. cr. p. 113.

V. 1192. Ald. ἄρσενας. Par. A. ἄρσεν'. Emendavit Piersonus Veris. p. 172.

εὐτυχεῖς δ᾽ ἡμεῖς ἐσόμεθα. τἄλλα δ᾽ οὐ λέγουσ᾽, ὅμως
τοῖς τὰ πλείον᾽ εἰδόσιν θεοῖς σοί τε σημαίνω, θεά.

ΧΟΡΟΣ.

εὔπαις ὁ Λατοῦς γόνος — στρ.
τόν ποτε Δηλιάσιν
καρποφόροις γυάλοις,
Φοῖβόν τε χρυσοκόμαν
ἐν κιθάρᾳ σοφόν, ἅ τ᾽ ἐπὶ τόξων
εὐστοχίᾳ γάνυται,

V. 1201. Ald. ἐσόμεσθα.

V. 1202. Ald. εἰδόσι.

V. 1203. De fabula, quae hoc carmine enarratur, Marklandus testes commemoravit: qui quum Herculis encomium vix magis a proposito alienum videri posse censuit, recte refutatus est a Seidlero. Impeditam orationem si reprehendisset, non esset iniquitatis accusandus.

V. 1204. Ald. ὃν ποτε Δηλίας ἐν καρποφόροις γυάλοις. Scaliger Δηλιὰς, itemque Victorius, sive ille ex coniectura, sive ex codice. Heathius et Elmsleius in censura Marklandi Supplicum p. 446. (211. ed. Lips.) Δηλίοις. Seidlerus ex Δηλίας ἐν fecit Δηλιάσιν, metro, ut videtur, exigente, etsi incertum est, quod ab antistropha depromatur, indicium. Vidit autem primus Tyrwhittus carmen esse antistrophicum. Sed Δηλιὰς quidem legi non potest, quia ad quod solum nomen referri potest, μάτηρ, cum eo per collocationem verborum non potest coniungi: praetereaque non solet Latona dici Δηλιὰς μάτηρ. Quod si, ut videtur, Δηλιάσιν καρποφόροις γυάλοις vera scriptura est, cohaeret oratio hoc modo: ὃν ποτε Δηλιάσιν καρποφόροις γυάλοις ἐν κιθάρᾳ σοφόν: *quem cithara in Deliis fructiferis convallibus doctum.* Neque enim isti dativi cum φέρεν copulari possunt, quod verbum pertinet ad ἀπὸ δειράδος ἐναλίας, quibus verbis totam insulam, Cynthum tamen montem respiciens, significat. Monet autem metrum antistrophicum ὃν, quod libri habent, commutandum esse cum τόν.

V. 1206. Libri post γυάλοις sic: χρυσοκόμαν Φοῖβον ἐν κιθάρᾳ σοφόν. Haec quum repugnent metro, probabilius est loco suo motum esse Φοῖβον, quam adscripsisse hoc nomen interpretes, quum excidissent tres syllabae ante χρυσοκόμαν. Ideo reposui, Φοῖβόν τε χρυσοκόμαν.

V. 1208. Ald. γάννυται.

φέρεν ἶνιν ἀπὸ δειράδος εἰναλίας,
λοχεῖα κλεινὰ λιποῦσ'
ἀστάκτων μάτηρ ὑδάτων,
τὰν βακχεύουσαν Διονύ-
σῳ Παρνάσσιον κορυφάν,
ὅθι ποικιλόνωτος οἰνωπὸς δράκων
σκιερᾷ κατάχλαινος εὐφύλλῳ δάφνᾳ,
γᾶς πελώριον
τέρας, ἄμφεπε μαντεῖον χθόνιον.
ἔτι νιν, ἔτι βρέφος, ἔτι φίλας
ἐπὶ ματέρος ἀγκάλαισι θρώσκων
ἔκανες, ὦ Φοῖβε, μαν-
τείων δ' ἐπέβας ζαθέων,
τρίποδί τ' ἐν χρυσέῳ
θάσσεις, ἐν ἀψευδεῖ θρόνῳ,
μαντείας βροτοῖς

V. 1209. φέρει νιν. Par. B. φέρειν νιν. Egregie Seidlerus φέρεν ἶνιν. Deinde Ald. ἐναλίας. Par. A. B. Flor. 1. 2. Vict. εἰναλίας.

V. 1210. Ἀστάκτων ὑδάτων non cum Παρνάσσιον κορυφάν, ut Seidlero videbatur, sed cum λοχεῖα κλεινὰ coniungendum esse monuit Matthiae. Dicit autem chorus Inopum fluvium: v. Callim. h. Del. 206.

V. 1213. Ald. Παρνάσιον.

V. 1215. Libri κατάχαλκος, quod aperte corruptum est. Scripsi, quod et sententia postulabat, et litterarum formas intuenti levissima ac pene nulla mutatione restitutum esse apparebit, κατάχλαινος, addendum lexicis vocabulum, in quibus tamen καταχλαινοῦν verbum est adnotatum. Tum εὐφύλλῳ praebuerunt codd. Parisienses et Florentini. Ald. εὐφύλλων.

V. 1217. Libri ἀμφέπει. Correxit Seidlerus.

V. 1218. Libri μιν.

V. 1222. Par. A. χερσέῳ. Vide ad v. 1247.

V. 1224. Libri sic: μαντείας βροτοῖς ἀναφαίνων θεσφάτων ἐμῶν ἀδύτων, ὑπὲρ Κασταλίας ῥεέθρων γείτων, μέσον γᾶς ἔχων μέλαθρον. Praeclare Musgravius νέμων scribendum vidit,

θεσφάτων νέμων
ἀδύτων ὕπο, Κασταλίας ῥεέθρων
γείτων, μέσον γᾶς ἔχων μέλαθρον.

Θέμιν δ' ἐπεὶ γᾶς ἰὼν ἀντ.
*παῖδ' ἀπενάσσατο **
** * ἀπὸ ζαθέων*
χρηστηρίων, νύχια
χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων,
οἳ πολέσιν μερόπων
τά τε πρῶτα τά τ' ἔπειθ' ὅσ' ἔμελλε τυχεῖν θ'

---

falsus tamen in eo, quod *θέσφατα νέμων* legi voluit, neque intellexit *ἀναφαίνων* ab interprete adscriptum esse: quod non fugit Seidlerum, qui *ὑπὲρ* in *ὕπο* mutatum iunxit cum *ἀδύτων*. Non male Musgravius *γεῖτον* coniecit.

V. 1228. Libri *Θέμιν δ' ἐπὶ γᾶς ἰὼν, παῖδ' ἀπενάσατο. ἀπὸ ζαθέων* etc. Scaliger et Canterus restituerunt *ἐπεί*. Deesse videtur *Πυθῶνος* post *ἀπενάσσατο*. De huius verbi activa potestate dixit Elmsleius ad Med. 163. sed inest tamen aliquid, quod ad eum referatur, de quo dicitur.

V. 1231. Ald. *χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματα,* omisso *ὀνείρων*. Codd. omnes *χθὼν τεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων,* non excepto Oxoniensi, de quo non vera dixit Matthiae.

V. 1234. Libri *ὅσα τ' ἔμελλε τυχεῖν*, quod, sententia si spectatur, comparari potest cum illo Sophoclis in Antigonae v. 611. *τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει.* Metro autem quum repugnet, corrigendum est. Nam quod olim suspicabar, legendum esse *ἀπὸ γᾶς δεράδος εἰναλίας*, non potest admitti, quia haec forma, *δεράς*, non est aliunde cognita, quam quod metro convenit in Sophoclis Philoct. 491. qui tamen versus etiam aliis modis corrigi potest. Itaque transposita copula scripsi *ὅσ' ἔμελλε τυχεῖν θ'*. Hoc enim multo credibilius est scriptum fuisse, quam quod Seidlerus edidit *ἅ τ' ἔμελλε τυχεῖν*. Hac opportunitate corrigam quae viri docti ad Antigonae quem indicavi versum commemorarunt Platonis in Parmenide p. 141. E. (v. supra ad v. 904.) verba: *τί δαί; τὸ ἔσται καὶ τὸ γενήσεται καὶ τὸ γενηθήσεται οὐ τοῦ ἔπειτά που μέλλοντος;* Libri omnes *τοῦ ἔπειτα τοῦ μέλλοντος*. Alterum articulum critici delent, quos praeterea video mirorque haerere in distinctis *γενήσεται* et *γενηθήσεται*, quae ter illo loco posuit Plato.

ὕπνου κατὰ δνοφερὰς
εὐνὰς γᾶς ἔφραζεν ἄνω·
μαντεῖον δ' ἀφείλετο τι-
μὰν Φοῖβον φθόνῳ θυγατρός·
ταχύπους δ' ἐς Ὄλυμπον ὁρμαθεὶς ἄναξ
χέρα παιδνὸν ἕλιξ' ἐπὶ Ζηνὸς θρόνον
Πυθίων δόμων
χθονίαν ἀφελεῖν μῆνιν νύχιον.

V. 1235. Ald. ὕπνου κατὰ δνοφερᾶς γᾶς, εὐνὰς ἔφραζον. γαῖα δὲ μαντεῖον ἀφείλετο τιμάν. Consentiunt codices, nisi quod Par. A. Flor. 1. 2. τὴν μαντεῖον habent, sed in Par. A. superscriptus hic articulus, ut eum ab interprete appositum esse appareat. Metra non congruunt cum strophicis, repetitumque ineptissime Telluris nomen Γαῖα δέ, ubi sola copula opus erat. Nec minus obscure dictum ὕπνου κατὰ δνοφερᾶς γᾶς εὐνάς, quod explicare studuit Seidlerus. Musgravius expulso γᾶς legendum putabat ὕπνους κατὰ δνοφεράς τ' εὐνάς. Transpositis verbis, ut res postulat, facile restitui potuit verbum, unde penderet γᾶς: ὕπνου κατὰ δνοφερὰς εὐνὰς γᾶς ἔφραζεν ἄνω· μαντεῖον δ' ἀφείλετο τιμάν.

V. 1240. Ald. χέρα ψεδνὸν ἕλεξ' ἐκ Διὸς θρόνων. Paris. B. Flor. 2. ψαιδνόν. Flor. 1. παιδνὸν, quod coniectura assequutus erat Scaliger. Tum Oxon. ἕλειξ' Par. A. ἕλιξ'. Par. C. Vict. ἕλιξ'. Seidlerus ἕλιξεν, mentem poetae non perspectam ab interpretibus esse contendens, qui ἐς Διὸς θρόνον requisiverint. Dici enim Apollinem puerilem manum e Iovis solio, quasi si fulmen gereret, vibrasse, quo Pythicam domum a subterranea deae vaticinatione liberaret. Sic perspici etiam quid fuerit quod Iovi risum moveret. At vero diserte poeta non hoc risisse Iovem dicit, sed quod puer infans recta ad se venisset, poposcissetque praesidium oraculi. Rectissime iudicarunt, qui tetendisse manus Apollinem ad Iovis solium, ut qui oratum veniret, dici debuisse viderunt. Sed scribendum erat ἐπὶ Ζηνὸς θρόνον, quo non solum accurate syllabarum mensura strophicis aequatur, sed etiam recte in libris legi ἕλιξ' apparet.

V. 1242. Libri: χθονίαν ἀφελεῖν θεᾶς μῆνιν, νυχίους τ' ἐνοπάς. Quum nulla sit lacunae in strophicis suspicio, facile metrorum indicio intelligitur, ab interpretibus et θεᾶς profectum esse et νυχίους τ' ἐνοπάς, quae postrema verba suo loco restituit Seidlerus v. 1246. Hic ea explicandi caussa ex illo versu adscripta fuerunt. Itaque pro iis posui νύχιον, cui verbo explicando inserviebant. Caeterum vide ad v. 1247.

γέλασε δ᾽, ὅτι τέκος ἄφαρ ἔβα
πολύχρυσα θέλων λατρεύματα σχεῖν·
ἔπι δ᾽ ἔσεισεν κόμαν.
παῦσεν νυχίους ἐνοπάς·
ἀπὸ δὲ μαντοσύναν
νυκτωπὸν ἐξεῖλεν βροτῶν,
καὶ τιμὰς πάλιν
θῆκε Λοξίᾳ,
πολυάνορι δ᾽ ἐν ξενόεντι θρόνῳ
θάρση βροτοῖς θεσφάτων ἀοιδαῖς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὦ ναοφύλακες βώμιοί τ᾽ ἐπιστάται,
Θόας ἄναξ γῆς τῆσδε ποῦ κυρεῖ βεβώς;
καλεῖτ᾽ ἀναπτύξαντες εὐγόμφους πύλας
ἔξω μελάθρων τῶνδε κοίρανον χθονός.

V. 1245. Ald. ἐπεὶ δ᾽ ἔσεισε κόμαν παῦσε νυχίους ὀνείρους. Musgravius ἐπεὶ in praepositionem mutandum vidit. Idem σείσας, non improbante Seidlero.

V. 1246. Quod libri habent, παῦσε νυχίους ὀνείρους interpretatione in ordinem recepta vitiatum esse Seidlerus intellexit: qui restituta ex v. 1242. genuina voce scripsit παῦσεν νυχίους τ᾽ ἐνοπάς. Copulae adiectione non opus, quia his verbis declaratur quod modo dictum est, ἔπι δ᾽ ἔσεισεν κόμαν.

V. 1247. Par. A. ut refert Boissonadus, et Ald. λαθοσύναν. Musgravio teste ambo codd. Par. (puto B. C.) μαντοσύναν, quod viri docti coniectura erant assequuti. Seidlerus edidit ἀπὸ δὲ μῆνιν θεᾶς νυκτωπόν, putans hic collocandum esse μῆνιν, quod legitur v. 1242. illuc autem transtulit μαντοσύναν, scribens χθονίαν ἀφελεῖν θεᾶς μαντοσύναν. Non opus est hac mutatione, quum hodie constet χρύσεος ab lyricis et in melicis tragicorum etiam prima correpta dici.

V. 1253. Nuncius, ut gravi urgente periculo, omnes simul indistincte appellat sacrorum administros. Hinc est, quod ναοφύλακες, in quibus chorus est, et βώμιοι ἐπιστάται, quod proprie non cadit in chorum, vocantur.

ΧΟΡΟΣ.

τί δ' ἔστιν, εἴ με χρὴ κελευσθεῖσαν λέγειν;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

βεβᾶσι φροῦδοι δίπτυχοι νεανίαι
Ἀγαμεμνονείας παιδὸς ἐκ βουλευμάτων
φεύγοντες ἐκ γῆς τῆσδε καὶ σεμνὸν βρέτας
λαβόντες ἐν κόλποισιν Ἑλλάδος νεώς.

ΧΟΡΟΣ.

ἄπιστον εἶπας μῦθον· ὃν δ' ἰδεῖν θέλεις
ἄνακτα χώρας, φροῦδος ἐκ ναοῦ συθείς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ποῖ; δεῖ γὰρ αὐτὸν εἰδέναι τὰ δρώμενα.

ΧΟΡΟΣ.

οὐκ ἴσμεν· ἀλλὰ στεῖχε καὶ δίωκέ νιν
ὅπου κυρήσας τούσδ' ἀπαγγελεῖς λόγους.

V. 1257. Ald. τί δ' ἔστιν, εἰ χρὴ μὴ κελευσθεῖσαν λέγειν. Par. B. ἢ χρή. Iure vituperat Matthiae illorum iudicium, qui chorum dicere putarunt: *quid est? si rogare licet quod non iussa sum*: quasi non ante quaerere ex nuncio, quam quis iussus sit, liceat. Itaque probat ipse Lentingii coniecturam ad Medeam p. 73. τί δ' ἔστιν; εἴ με χρὴ κελευσθεῖσαν λέγειν, quod sit: *dic ergo, ut iussu ab illo eloqui possim quid acciderit.* Aperte falsa est haec interpretatio. Nam nescire se simulat chorus ubi sit rex. Hoc dicit: *quid est, si me dicere, iussam a te, oportet ubi sit.* Sic v. 611. ὁ δὲ σφαγεὺς τίς; εἰ τάδ' ἱστορεῖν με χρή.

V. 1260. Φυγόντες coniecit L. Dindorfius, non male.

V. 1265. Par. A. ἀλλ' ἴσμεν.

V. 1266. Par. A. ἀγγελαῖς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὁρᾶτ᾽, ἄπιστον ὡς γυναικεῖον γένος,
μέτεστί θ᾽ ὑμῖν τῶν πεπραγμένων μέρος.

ΧΟΡΟΣ.

μαίνει; τί δ᾽ ἡμῖν τῶν ξένων δρασμοῦ μέτα;
οὐκ εἶ κρατούντων πρὸς πύλας ὅσον τάχος;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

οὐ πρίν γ᾽ ἂν εἴπῃ τοὔπος ἑρμηνεὺς τόδε,
εἴτ᾽ ἔνδον εἴτ᾽ οὐκ ἔνδον ἀρχηγὸς χθονός.

V. 1268. Marklandus malebat *μέτεστι χὐμῖν*, Seidlerus, *μέτεστιν ὑμῖν.* Quod Matthiae ait, dicendum fuisse, *ἄπιστόν τέ ἐστι πᾶν γυναικεῖον γένος, μέτεστί θ᾽ ὑμῖν*, sed pro eo in priore membro exclamatione usum esse poetam, ut in Hecuba v. 332.

αἰαῖ, τὸ δοῦλον ὡς κακὸν πεφυκέναι,
τολμᾷ θ᾽ ἃ μὴ χρή, τῇ βίᾳ νικώμενον,

id fateor me qua ratione fieri possit, ut pro sententia per *τε* sequenti sententiae opposita ponere exclamationem liceat, non perspicere. Neque hic neque in Hecuba id factum, sed simpliciter per copulam adnexa est altera pars dicti. Suspicatur fraudem nuncius, quod haesitantes illas dicere animadvertit exiisse regem ex templo. Itaque dicit: *videte, quam perfidum muliebre genus: participesque estis facinoris.*

V. 1269. Ald. *τοῦ ξένων δρασμοῦ.* Par. A. C. Flor. 1. 2. Vict. *τῶν ξένων δρασμοῦ*, recte, non, ut Marklando visum, quod Orestes et Pylades passim *οἱ ξένοι* vocantur, sed quod haec notio finita est, altera autem infinita. Potuerat enim dici, *πῶς αἴτιαί ἐσμεν φυγεῖν τοὺς ξένους.*

V. 1270. Ald. hunc versum nuncio, qui autem sequuntur duo, choro tribuit. Animadvertit errorem Heathius. *Κρατούντων πύλας* regiam dicit.

V. 1271. Ald. *εἴποι.* Coniunctivum reponi iusserunt Porsonus ad Aristoph. Vesp. 349. Elmsleius ad Marklandi Supplices v. 916. Blomfieldius ad Prometh. v. 795. et, qui festinanter inspecto libro haec ut Thoantis verba afferens scribi voluit *πρίν γ᾽ ἂν εἴπῃς, ἑρμηνεύς, τόδε*, Camperus ad Electr. p. 211. Seidlerus *ἑρμηνεὺς* pro simplici *τὶς* dictum putabat. Ne hoc quidem probem, nisi ita ut simul adverbii potestas in eo nomine insit: *diserte quis dicens.*

ὠὴ χαλᾶτε κλῇθρα, τοῖς ἔνδον λέγω,
καὶ δεσπότῃ σημήναθ' οὕνεκ' ἐν πύλαις
πάρειμι, καινῶν φόρτον ἀγγέλλων κακῶν.

ΘΟΑΣ.

τίς ἀμφὶ δῶμα θεᾶς τόδ' ἵστησιν βοήν,
πύλας ἀράξας καὶ φόβον πέμψας ἔσω;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ψευδῶς ἄρ' αἵδε, καί μ' ἀπήλαυνον δόμων,
ὡς ἐκτὸς εἴης· σὺ δὲ κατ' οἶκον ἦσθ' ἄρα.

ΘΟΑΣ.

τί προσδοκῶσαι κέρδος ἢ θηρώμεναι;

V. 1273. Exspectat paullisper nuncius, ecquid responsurae sint. Non respondentibus ipse pultat fores.

V. 1274. Par. A. οὕνεκεν πύλαις.

V. 1275. Schaeferus edidit ἀγγελιῶν. Non dixerim, quod Seidlerus, tolerandum esse praesens, quod iste homo non magis narraturus sit, quam narraverit iam choro, sed dictum esse rectissime et gravissime, quia idem est ac φέρων ἀγγελίαν. Nullo modo comparari potest cum hoc dicto illud quod infra v. 1378 legitur:

κἀγὼ μὲν εὐθὺς πρὸς σὲ δεῦρ' ἀπεστάλην
σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν, ἄναξ, τύχας.

V. 1277. Liber P. i. e. Par. C. Flor. 1. 2. Vict. ψόφον. Recte Ald. φόβον, pro qua voce Par. A. repetit πύλας.

V. 1278. Ald. ψευδῶς ἔλεγον αἵδε· καὶ μ' ἀπήλαυνον δόμων. Nec variant libri, nisi quod Brub. ex mala correctione ψεῦδος. Multae exstant coniecturae: Heathii ψευδῶς λέγουσαι δή μ'; Marklandi ψευδῶς ἔλεγον αἵδ', αἵ μ'; Musgravii ψύδρ' ἔλεγον; Piersoni in Veris. p. 66. ψευδῶς λέγουσαι μ' αἵδ'; Elmsleii ad Heracl. 65. et in Museo cr. VI. p. 305. s. ἀλλ' ἔλεγον αἵδε (καί μ' ἀπήλαυνον δόμων); mea ψευδῶς μὲν αἵδε, in qua Matthiae, qui in editione Piersonum sequutus est, igitur desiderat, scribique mavult ψευδῶς ἄρ' αἵδε. Id ut et veri simillimum et aptissimum recipiendum duxi.

V. 1279. Ald. ὡς ἐκτὸς ἦς. Correxerunt Scaliger et Canterus.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

αὖθις τὰ τῶνδε σημανῶ· τὰ δ' ἐν ποσὶν
παρόντ' ἄκουσον. ἡ νεᾶνις, ἣ 'νθάδε
βωμοῖς παρίστατ', Ἰφιγένει' ἔξω χθονὸς
σὺν τοῖς ξένοισιν οἴχεται, σεμνὸν θεᾶς
ἄγαλμ' ἔχουσα· δόλια δ' ἦν καθάρματα.

ΘΟΑΣ.

πῶς φῄς; τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

σώζουσ' Ὀρέστην· τοῦτο γὰρ σὺ θαυμάσει.

ΘΟΑΣ.

τὸν ποῖον; ἆρ' ὃν Τυνδαρὶς τίκτει κόρη;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὃν τοῖςδε βωμοῖς θεὰ καθωσιώσατο.

V. 1281. Ald. αὖτις et ποσὶ.

V. 1286. Par. B. κεκτημένους. *Quamnam*, inquit, *casus auram nacta?* i. e. quo quasi vento fortunae potita.

V. 1287. Marklandus coniiciebat σώσουσ'. Eo non opus esse ostendit Seidlerus. Quin multo rectius etiam praesente usus est poeta, quod refertur ad οἴχεται v. 1284. Caeterum observandum est artificium, quo effecit Euripides, ut spectatores neque molesta narratione eorum quae ipsi viderant, hospitem illum fratrem esse Iphigeniae, filium Agamemnonis, fatigarentur, neque non ipsi mirarentur quae refert nuncius. Finxit enim Orestis nomen et genus notum esse Tauris, sicut Iphigenia quae esset sciebant. Itaque Oreste nominato statim res omnis patere debuit Thoanti.

V. 1288. Par. B. Ald. τὸ ποῖον; Par. A. C. Flor. 1, 2, Vict. Brub. τὸν ποῖον;

V. 1289. Ox. Par. C. Vict. θεά. Ald. θεᾷ. Marklandus, Seidlerus, Elmsleius ad Heracl. 601. recte praetulerunt nominativum. Nam et verbum medium sic proprie dictum est, et crimen gravius est, servato quem dea sibi victimam destinavit.

ΘΟΑΣ.

ὦ θαῦμα, πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

μὴ ᾿νταῦθα τρέψῃς σὴν φρέν᾿, ἀλλ᾿ ἄκουέ μου·
σαφῶς δ᾿ ἀθρήσας καὶ κλύων ἐκφρόντισον
διωγμόν, ὅςτις τοὺς ξένους θηράσεται.

ΘΟΑΣ.

λέγ᾿· εὖ γὰρ εἶπας· οὐ γὰρ ἀγχίπλουν πόρον
φεύγουσιν, ὥςτε διαφυγεῖν τοὐμὸν δόρυ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἐπεὶ πρὸς ἀκτὰς ἤλθομεν θαλασσίας,
οὗ ναῦς ᾿Ορέστου κρύφιος ἦν ὡρμισμένη,
ἡμᾶς μέν, οὓς σὺ δεσμὰ συμπέμπεις ξένων
ἔχοντας, ἐξένευσ᾿ ἀποστῆναι πρόσω
᾿Αγαμέμνονος παῖς, ὡς ἀπόῤῥητον φλόγα

V. 1290. Similia vide in Blomfieldii glossario Agamemnonis ad v. 1203.

V. 1293. Ald. ἐκφρόντισον διωγμὸς ὅςτις. Nec variare libri videntur. Probarem, si hoc ordine posita essent verba, ὅςτις διωγμός, quia id dictum esset pro διωγμόν, ὅςτις. Nam aut sic dici debebat, aut ἐκφρόντισον τίς διωγμὸς τοὺς ξένους θηράσεται. Itaque accusativum reposui. Sic supra v. 1178. καὶ πόλει πέμψον τίν᾿, ὅςτις σημανεῖ.

V. 1294. Apud Hesychium per errorem scriptum videtur ἀγχίπους, cum hac interpretatione: εὐδιακόμιστος, καὶ ὁ παρεστὼς καὶ σύνεγγυς. Εὐριπίδης ᾿Ιφιγενείᾳ τῇ ἐν Ταύροις. Iter dicit poeta breve, quo vicinus locus petitur. *Non*, inquit, *tam propinqua loca petunt, ut meam hastam effugiant.*

V. 1295. Vide ad Viger. p. 949.

V. 1296. Elegantius dixisset θαλασσίους, ut v. 229. Sed in Hecuba v. 698. est ἐπ᾿ ἀκταῖς νιν κυρῶ θαλασσίαις.

V. 1297. Par. A. ὡρμημένη.

θύσουσα καὶ καθαρμόν, ὃν μετῴχετο.
αὐτὴ δ' ὄπισθε δέσμ' ἔχουσα τοῖν ξένοιν
ἔστειχε χερσί. καὶ τάδ' ἦν ὕποπτα μέν,
ἤρεσκε μέντοι σοῖσι προσπόλοις, ἄναξ.
χρόνῳ δ', ἵν' ἡμῖν δρᾶν τι δὴ δοκοῖ πλέον,
ἀνωλόλυξε καὶ κατῇδε βάρβαρα
μέλη μαγεύουσ', ὡς φόνον νίζουσα δή.
ἐπεὶ δὲ δαρὸν ἧμεν ἥμενοι χρόνον,
εἰσῆλθεν ἡμᾶς μὴ λυθέντες οἱ ξένοι
κτάνοιεν αὐτὴν δραπέται τ' οἰχοίατο.
φόβῳ δ' ἃ μὴ χρῆν εἰσορᾶν καθήμεθα
σιγῇ, τέλος δὲ πᾶσιν ἦν αὐτὸς λόγος,
στείχειν ἵν' ἦσαν, καίπερ οὐκ ἐωμένοις.
κἀνταῦθ' ὁρῶμεν Ἑλλάδος νεὼς σκάφος,

V. 1302. Lobeckius ad Phryn. p. 285. ὄπισθεν scribi velle videtur. In Cyclope tamen v. 542. non dubium est ὄπισθε. Alia vide apud Elmsleium ad Heracl. 583.

V. 1305. Libri δοκῇ, quod etsi defendi potest, tamen non dubitandum puto quin recte Matthiae δοκοῖ reposuerit.

V. 1306. Ald. ἀνολώλυξε, καὶ κατεῖδε. Quod Canterus restituendum vidit κατῇδε, habent Par. C. Flor. 1. 2. Vict. Apte usus est verbo *decantare* significante, quo disertius indicaret simulationem, eamque morandi caussa perlongam.

V. 1307. Libri ματεύουσ'. Emendarunt Reiskius, Valckenarius ad Herodot. VII. 191. Marklandus, Musgravius.

V. 1311. Ald. ἃ μὴ 'χρῆν.

V. 1312. Ald. αὐτός.

V. 1313. Schaeferus Mel. crit. p. 99. legi malebat ἐωμένους. Accusativum si haberent libri, phraseologus aliquis reponi mallet dativum. Elmsleius in Marklandi editionis censura ad v. 719. ἐώμενοι praelaturus erat, si id codex aliquis praebuisset. At nullus praebuit. Velles profecto criticos quae corrupta, non quae sana sunt corrigere.

V. 1313. Flor. 1. 2. Vict. νεῶν.

V. 1314. Hunc versum in libris excipit hic:

ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον.

In eo non sine caussa haesitarunt viri docti. Marklandus κατῆ-

ναύτας τε πεντήκοντ' ἐπὶ σκαλμῶν πλάτας
ἔχοντας, ἐκ δεσμῶν δὲ τοὺς νεανίας
ἐλευθέρους πρύμνηθεν ἑστῶτας νεώς.
κοντοῖς δὲ πρῷραν εἶχον, οἱ δ' ἐπωτίδων
ἄγκυραν ἐξανῆπτον, οἱ δὲ κλίμακας

ρες scribendum putabat, de quo vocabulo disseruit ad Supplices v. 110. Musgravio versus videbatur post eum qui sequitur ponendus esse, ut sic procederet oratio: *ναύτας δὲ πεντήκοντ' ἐπὶ σκαλμῶν πλάτας, ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον, ἔχοντας,* Melior certe haec appositio est, quam qua Seidlerus hunc versum eo quo in libris est loco ad *σκάφος* adiectum esse voluit, *πίτυλον* etiam alibi apud Euripidem significare navem existimans. At quae affert exempla, ex hac fabula v. 1024. et Troad. 1130. nequaquam id probant; in tertio autem exemplo, Heracl. 834. quem locum ne inspexisse quidem videtur, *πίτυλος δορὸς* de pugna terrestri dictum est. Itaque sola relinquitur quam affert glossarii auctoritas, in quo est: *lemunculus, πίτυλος, σκαφίδιον.* Quod si haec explicatio admitti non potest, fatendum est, versum hunc, cuius verba neque inter se apte cohaerent, nec cum praegressis construi possunt, ob ipsam illam vocem *πίτυλον* hic esse ineptissimum. Nam stabat navis adhuc in ancoris, necdum eam conscenderant Iphigenia et Orestes ac Pylades, ut, etiam si *πίτυλον* de remis in mare demissis intelligi velimus, tamen *ἐπτερωμένον* inepte dictum sit, sive id ad *πίτυλον*, sive, quod durissimum est, ad *σκάφος* referatur. Eiecto autem hoc versu et plana sunt omnia et sic ut oportebat dicta. Contra alio loco infra, quod hic alienum est, ita desideratur, ut abesse nequeat. Quare sublatum hinc versum posui post v. 1362.

V. 1317. Recte ostendit Musgravius, non in puppi, sed ad puppim in littore stetisse iuvenes captivos.

V. 1318. Ald. *πρῴροις*. Codd. omnes *πρῷραν*. Recte monuit Musgravius, haec non de Oreste et Pylade dicta esse, sed sic accipi debere, ac si scriptum esset, *οἱ μὲν κοντοῖς πρῷραν εἶχον.* *Ἐπωτίδες* ligna sunt in prora utrimque prominentia, de quibus praeter scholiastam Thucydidis ad VII. 34. et Schefferum de militia navali p. 128. quos Seidlerus memoravit, conferri possunt Etym. M. p. 369, 23. consentiens ibi cum scholiasta Thucydidis, et p. 811, 23. ubi alii ea etiam puppi tribuere dicuntur, et, qui obiter mentionem fecit, Pollux II. 83. In prora memorat etiam Diodorus Siculus XVII. 115.

V. 1319. Ald. Flor. 1. 2. Vict. *ἀγκύρας*. Emendavit Scaliger.

σπεύδοντες, ἦγον διὰ χερῶν πρυμνήσια,
πόντῳ δὲ δόντες τοῖν ξένοιν καθίεσαν.
ἡμεῖς δ' ἀφειδήσαντες, ὡς ἐσείδομεν
δόλια τεχνήμαθ', εἰχόμεσθα τῆς ξένης
πρυμνησίων τε, καὶ δι' εὐθυντηρίας
οἴακας ἐξῃροῦμεν εὐπρύμνου νεώς.
λόγοι δ' ἐχώρουν, τίνι λόγῳ πορθμεύετε
κλέπτοντες ἐκ γῆς ξόανα καὶ θυηπόλους;
τίνος τίς ὢν σὺ τήνδ' ἀπεμπολᾷς χθονός;
ὁ δ' εἶπ', Ὀρέστης, τῆσδ' ὅμαιμος, ὡς μάθῃς,
Ἀγαμέμνονος παῖς τήνδ' ἐμὴν κομίζομαι

V. 1320. Seidlerus *ἦγον διὰ χερῶν πρυμνήσια* sic dictum putabat, ut rudentes, quibus non fuerit in littore religata navis, proiecerint, quo eos prehenderent qui in littore erant, navemque propius ad se attraherent. At neque id *ἦγον διὰ χερῶν* dici commode potuit, nec prehendisse rudentes videmus Orestem et Pyladem, nec, si prehendissent, duo viri navem quinquaginta remigum pertrahere ad littus potuerunt. Immo navis etsi ancoris firmata, tamen alligata fuerat etiam in littore: itaque solutos nautae rudentes per manus trahebant, quo eos in navi reponerent. Aptissime rem declarant verba Polyaeni IV. 6. p. 374. ex Hemsterhusii adnotatione ad Luciani dial. mort. X. 10. T. I. p. 374. ab Seidlero repetita: *ἄλλοι μὲν ἀνέσπων τὰ πρυμνήσια, ἄλλοι δὲ ἀνεῖλκον τὰς ἀποβάθρας, ἄλλοι δὲ ἀγκύρας ἀνιμῶντο.*

V. 1321. Libri *τὴν ξένην*. Emendavit Seidlerus.

V. 1324. *Εὐθυντηρία* Hesychio est *μέρος τι τῆς νεώς*. Patet locum dici eum, quem tenet gubernator, et in quo moventur gubernacula. Multa de his, quae ad navium structuram pertinent, docte disputavit Seidlerus.

V. 1326. Par. B. C. Flor. 1. 2. Vict. *πορθμεύεις*.

V. 1327. Libri *ξόανον καὶ θυηπόλον*. Seidlerus et Elmsleius ad Oed. R. 322. *ξόανα καὶ θυηπόλον*. Acute Matthiae vidit etiam *θυηπόλους* scribendum esse, sententia invidiosius universe enunciata.

V. 1328. Deest in libris *σύ*, quod restituerunt Marklandus et Musgravius.

V. 1329. Ald. *ὡς μάθοις*. Codd. omnes coniunctivum praebuerunt.

λαβὼν ἀδελφήν, ἣν ἀπώλεσ' ἐκ δόμων.
ἀλλ' οὐδὲν ἧσσον εἰχόμεσθα τῆς ξένης,
καὶ πρός σ' ἕπεσθαι διεβιαζόμεσθά νιν·
ὅθεν τὰ δεινὰ πλήγματ' ἦν γενειάδων.
κεῖνοί τε γὰρ σίδηρον οὐκ εἶχον χεροῖν
ἡμεῖς τε· πυγμαὶ δ' ἦσαν ἐγκροτούμεναι,
καὶ κῶλ' ἀπ' ἀμφοῖν τοῖν νεανίαιν ἅμα
εἰς πλευρὰ καὶ πρὸς ἧπαρ ἠκοντίζετο,
ὡς τῷ ξυνάπτειν καὶ συναποκαμεῖν μέλη.
δεινοῖς δὲ σημάντροισιν ἐσφραγισμένοι
ἐφεύγομεν πρὸς κρημνόν, οἱ μὲν ἐν κάρᾳ
κάθαιμ' ἔχοντες τραύμαθ', οἱ δ' ἐν ὄμμασιν·
ὄχθοις δ' ἐπισταθέντες εὐλαβεστέρως
ἐμαρνάμεσθα καὶ πέτρους ἐβάλλομεν.
ἀλλ' εἶργον ἡμᾶς τοξόται πρύμνης ἔπι
σταθέντες ἰοῖς, ὥστ' ἀναστεῖλαι πρόσω.
κἂν τῷδε, δεινὸς γὰρ κλύδων ὤκειλε ναῦν

V. 1335. Rarum est *τε οὐ — τε* pro *οὔτε — οὔτε*. Matthiae affert v. 1446. recte monens, quae Marklandus comparavit exempla, diversi generis esse. Aliud exemplum restitui in Alcestide v. 101. nec dissimile est, quod nostra in fabula reponendum ostendi v. 366.

V. 1336. Flor. 1. 2. *πυγμαί τ'*. Hoc dicit: sed pugni erant, qui impingebantur, pedesque ab utroque iuvene latera et hepar petebant.

V. 1339. Libri: *ὥς τε ξυνάπτειν καὶ συναποκαμεῖν μέλη.* Seidlerus quod ego conieceram edidit: *ὥστε ξυναλγεῖν.* Matthiae Marklandi coniecturam recepit, *ὡς ξύν τ' ἀπειπεῖν καὶ ξυναποκαμεῖν μέλη*, ex qua simul originem vitii melius perspici ait. Neutrum verum. Utrumque enim sic dictum, ut *ξὺν* utroque in verbo et ad Tauros et ad Graecos referatur. Sic vero aequo Marte pugnatum esset, atque utrique fatigati desissent pugnare. At victi sunt barbari, superioresque fuerunt Graeci. Ex quo patet multo leniore mutatione scribendum esse *ὡς τῷ ξυνάπτειν καὶ συναποκαμεῖν μέλη*. De barbarorum membris loquitur nuncius, quae hoc genere pugnae simul fatigata fuerint.

πρὸς γῆν, φόβος δ' ἦν ὥστε μὴ τέγξαι πόδα,
λαβὼν Ὀρέστης ὦμον εἰς ἀριστερόν,
βὰς εἰς θάλασσαν κἀπὶ κλίμακος θορών,
ἔθηκ' ἀδελφήν τ' ἐντὸς εὐσέλμου νεώς,
τό τ' οὐρανοῦ πέσημα, τῆς Διὸς κόρης
ἄγαλμα. νηὸς δ' ἐκ μέσης ἐφθέγξατο
βοή τις, ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται νεώς,

V. 1348. Ald. φόβος δ' ἦν ναυάταις τέγξαι πόδα. Par. A. B. C. Flor. 1. 2. Vict. φόβος δ' ἦν ὥςτε μὴ τέγξαι πόδα. Comparavit Musgravius Orestis v. 705.

καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ
ἔβαψεν· ἔστη δ' αὖθις, ἢν χαλᾷ πόδα.

Quae ibi uberius explicat scholiastes. Receperunt librorum scripturam, quam propter ὥςτε tetigi ad Viger. p. 949. Marklandus, Seidlerus, Matthiae, aliique. Facile est dicere, quod dixit Marklandus, redundare μὴ post verba negationem continentia. Rectius rem perspexit Matthiae in grammatica Graeca p. 1048. ubi haec verba afferens monet, metuendi verbis adiici μή, quatenus, qui metuat etiam caveat. Nam si solus eventus, qui non ex actione verbi significatu comprehensa pendet, sed aliunde exspectatur, indicandus est, non potest adiici μή, quod ad effectionem actionis, quae consequutura sit, refertur. Apertius scripsisset poeta πόνος δ' ἦν ὥςτε μὴ τέγξαι πόδα.

V. 1351. Ald. ἔθηκ' ἀδελφὴν ἐντὸς εὐσήμου νεώς. τὸ δ' οὐρανοῦ πέσημα τῆς Διὸς κόρης ἄγαλμα, νηὸς ἐκ μέσης ἐφθέγξατο βοήν τιν'. Par. B. εὐσέλμου, ut scribendum coniecerat Piersonus Veris. p. 25. In caeteris consentire cum Aldina videntur codices, nisi quod omnes habent βοή τις. Conf. etiam Elmsl. ad Bacch. 1076. Unde Marklandus mutatis interpunctionibus, τό τ' οὐρανοῦ πέσημα, τῆς Διὸς κόρης ἄγαλμα. νηὸς δ' ἐκ μέσης ἐφθέγξατο βοή τις. Apertum est enim Aldinae scripturam a correctore esse profectam. Non debebant autem in Marklandi emendatione acquiescere editores. Imperitissime enim τό τ' οὐρανοῦ πέσημα, τῆς Διὸς κόρης ἄγαλμα, addidisset poeta non aut novo verbo adiecto, ex quo haec verba penderent: ut v. 1410. aut ita iis ad praecedentia adiunctis, ut non requireretur novum verbum, praesertim quum statuae in navem receptio in rebus sit principalibus. Hinc plane necessaria est adiectio copulae, ἀδελφήν τ'.

V. 1354. Libri ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται νεώς, quod permirum est quomodo Matthiae durissimum sibi videri atque inanem turbam verborum habere dixerit. Displicuerat tamen etiam Marklando, qui ὦ τῆσδ' Ἑλλάδος ναῦται νεὼς coniecit, et Bernesio,

λάβεσθε κώπης, ῥόθιά τ' ἐκλευκαίνετε·
ἔχομεν γὰρ ὧνπερ οὕνεκ' Εὔξεναν πόρον

---

qui ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται ab sequentibus verbis separavit, quo fecit etiam Porsonus in Advers. p. 263. Multo peius Piersoi inventum in Veris. p. 25. et Reiskii, ὦ τῆς Ἑλλάδος ναῦται νεώς, receptum est ab Dindorfiis: quod in libris si legeretur, qui vis poeticae orationi adsuetus γῆς restitueret.

V. 1355. Ald. λάβεσθε κωπαῖς, ῥόθιά τε λευκαίνετε. Barnesius interpunxit, νεὼς λάβεσθε κώπαις, ῥόθιά τε λευκαίνετε melius, quam Piersonus l. c. νεὼς λάβεσθε, κώπαις ῥόθι' ἁλὸς λευκαίνετε, ut ῥοθί' ἁλὸς tueretur, afferens Electr. 992. et Nicand. Ther. 822. Scaliger ῥόθιά τ' ἐκλευκαίνετε. Marklandus λάβεσθε κώπας, quum iam Barnesio κώπας in mentem venisset, pessime; deinde ῥόθιά τ' ἐπιλευκαίνετε, vel ἐλλευκαίνετε, vel cum Scaligero ἐκλευκαίνετε. Musgravius, more suo audacior, ὦ γῆς Ἑλλάδος λεώς, ἁλὸς λάβεσθε κώπαις, ῥόθιά τ' ἐκλευκαίνετε. Piersonus, pessimis numeris, λάβεσθε, κώπαισί τε ῥόθια λευκαίνετε; nec melioribus Matthiae coniecit, κώπαισι ῥόθιά τε λευκαίνετε. Reiskius λάβεσθε κώπης, quod merito receperunt Dindorfii, sed Ludovicus adscito ἐλλευκαίνετε, quod verbum nullum est, Guilielmus servato λευκαίνετε. Seidlerus, si quaeratur quid possit legi, posse etiam ῥόθιά τ' εὖ λευκαίνετε ait. Commemoravi haec, etsi pleraque indigna commemoratu, quod hic versus in iis est, qui emendatione quae omni dubitatione vacua sit restitui non potest, sed librorum indiget auxilio. Comparari potest, quod in Cyclope v. 16. sic scribendum videtur:

παῖδές τ' ἐπ' ἐρετμοῖς ἥμενοι γλαυκὴν ἅλα
ῥοθίοισι λευκαίνοντες ἐζήτουν σ', ἄναξ.

Non est ibi in libris ἐπ'. Eo de loco accurate disputavit in Specimine commentationum I. de Cyclope Fr. Fankius, cui tamen ἐρετμοῖς ῥοθίοισι iungenti non assentior. In Iphigenia Reiskii emendatio quin vera sit, dubitari non potest; Scaligeri ἐκλευκαίνετε certe veri est simillimum. Quare haec recepi.

V. 1356. Non variat scriptura in ἔχομεν γάρ, quem anapaestum addere debebam exemplis in praefatione Baccharum p. 42. allatis. Elegantiore numero scribere potuerat poeta ἔχοντες, si displiceret ἔχω γάρ, quod credo displicuisse. Videretur enim, si ἔχω legeretur, Orestes haec dicere: at neque huius, neque omnino hominis illa vox fuit, sed divino quodam miraculo editam esse indicat illud βοή τις. Itaque ἔχω qui diceret quis ille esset? Non simulacrum deae: id enim εἰςεπλεύσατε, non εἰςεπλεύσαμεν dicere debebat. Reliquum est, ut navis loqui putetur. At id neque aptum est, nec facile audienti in mentem veniat. Hinc accommodatissimus iudicatus est pluralis, ut nullam certam designans personam.

Συμπληγάδων ἔσωθεν εἰςεπλεύσαμεν.
οἱ δὲ στεναγμὸν ἡδὺν ἐκβρυχώμενοι
ἔπαισαν ἅλμην. ναῦς δ', ἕως μὲν ἐντὸς ἦν
λιμένος, ἐχώρει· στόμια διαπερῶσα δὲ
λάβρῳ κλύδωνι συμπεσοῦσ' ἠπείγετο·
δεινὸς γὰρ ἐλθὼν ἄνεμος ἐξαίφνης νεὼς

V. 1359. Haec verba, ἔπαισαν ἅλμην, etiam in Persis Aeschyli v. 397. legi, atque alia quoque, quae ibi scripta sunt, imitatum esse Euripidem ostendit Seidlerus.

V. 1361. Vitiose Par. A. συμπεσοῦ δηπήγετο.

V. 1362. Libri: δεινὸς γὰρ ἐλθὼν ἄνεμος ἐξαίφνης νεὼς ὠθεῖ πάλιν πρυμνήσι'. Id nimis mire dictum quam ut probari posse videatur. Incredibilius etiam, quod Seidlerus putabat, ob festinationem, quum remigandi operi cuncti incumbere ab Oreste subito iuberentur, retinacula eos in navem non retraxisse. Nam quis de rudentibus, quos navis non collectos traheret, hic loqui poetam potuisse credat, ubi navem potius ipsam retro actam esse dicendum erat? At non scripsit hoc Euripides, sed παλιμπρυμνηδόν. Hesychius: παλιμπρυμνηδόν, οἷον παλίμπρυμνον χώρησιν προῆλθεν εἰς τοὔμπροσθεν, ἀνακάμπτουσα, ὡς ἐπὶ πρύμναν κρούσαι. Sic igitur ille explicat, ut procedere quidem navis eo quo coeperat cursu dicatur, sed ita ut anteeat puppis, prora autem sequatur. Apud Euripidem vel simpliciter retrorsum significat, vel, quod magis cum Hesychii explicatione congruit, identidem aversa retro agi navis dicitur. Nunc quia ita scripta verba intelligi non poterant, παλιμπρυμνηδόν, quoniam accusativo aliquo opus erat, in πάλιν πρυμνήσια a correctoribus mutatum. Expedita vero omnia fiunt, versu, quem supra post v. 1314. male collocatum indicavimus, suum in locum reposito, post v. 1362. Ut v. 1024. dixit,

καὶ μὴν νεώς γε πίτυλος εὐήρης πάρα,

sic hic quoque νεὼς πίτυλον posuit, quem dubitari potest dixeritne ταρσῷ κατήρη, ut Bothius scripsit, an, ut in libris est, ταρσῷ κατήρει ἐπτερωμένον. Κατήρης proprie *aptatum*, *instructum* significat, quo verbo in rebus diversissimis usus est Euripides. De Adrasto caput veste tegente in Suppl. 110.

σὲ τὸν κατήρη χλανιδίοις ἀνιστορῶ.

Et de vino ἀνθοσμίᾳ in Electra v. 497.

πάλαι τε θησαύρισμα Διονύσου τόδε
ὀσμῇ κατῆρες.

Quod Herodotus scribit, VIII. 21. καὶ εἶχε πλοῖον κατῆρες ἑτοῖμον, in eo vereor ne ἑτοῖμον sit interpretatio. Nam quod apud

ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον
ὤθει παλιμπρυμνηδόν· οἱ δ' ἐκαρτέρουν
πρὸς κῦμα λακτίζοντες· εἰς γῆν δ' ἔμπαλιν
κλύδων παλίῤῥους ἦγε ναῦν. σταθεῖσα δὲ
Ἀγαμέμνονος παῖς εὔξατ', ὦ Λητοῦς κόρη,
σῶσόν με, τὴν σὴν ἱερίαν, πρὸς Ἑλλάδα
ἐκ βαρβάρου γῆς, καὶ κλοπαῖς σύγγνωθ' ἐμαῖς.
φιλεῖς δὲ καὶ σὺ σὸν κασίγνητον, θεά·
φιλεῖν δὲ κἀμὲ τοὺς ὁμαίμονας δόκει.
ναῦται δ' ἐπευφήμησαν εὐχαῖσιν κόρης
παιᾶνα, γυμνὰς ἐξ ἐπωμίδων χέρας
κώπῃ προσαρμόσαντες ἐκ κελεύσματος.

Hesychium post κατείρει legitur, κατῆρες, (in codice est κατεῖρες) κατηρτισμένον ἐν ἐρήμῳ, scribendum videtur κατηρτισμένον, εὐήρετμον. Quare in versu isto non opus est κατήρη scribi, sed rectissime dictus est πίτυλος νεὼς ἐπτερωμένος ταρσῷ κατήρει. Alioqui remus in mare demissus intelligi posset, si quis sequeretur aliam Hesychii glossam: κατήρη, κρεμαμένην. Hemsterhusius hanc non tritam vocem se aliis in locis restituere posse significavit ad Aristoph. Plut. p. 369.

V. 1365. Ald. εἰς γῆν δὲ πάλιν. Codd. tres Paris. Vict. εἰς γῆν δὴ πάλιν. Canterus volebat, ut est in Brub. εἰς δὲ γῆν πάλιν. Porsonus Adv. p. 263. εἰς γῆν δ' αὖ πάλιν. Musgravius εἰς γῆν δ' ἔμπαλιν, quem recte sequutus est Seidlerus.

V. 1368. Ald. ἱερείαν. Emendavit Barnesius. Videndus Elmsleius ad Bacch. 1112.

V. 1374. Ald. γυμνὰς ἐκ χερῶν ἐπωμίδας. Inde scite Musgravius coniecit γυμνὰς ἐξ ἐπωμίδων χέρας, quod recepit Seidlerus. Matthiae quae contra hanc scripturam attulit, oblitum eum esse arguunt, χέρας saepe non solas manus, sed brachia significare. Si vera est Musgravii coniectura, ἐπωμὶς non corporis, sed vestis pars intelligenda est ea, quae in humero est, partemque vestis qua pectus tegitur cum illa quae in dorso est coniungit. Sic in Hecuba v. 558. ἐξ ἄκρας ἐπωμίδος dictum, et apud Plutarchum in Eumene c. 7. περιῤῥηγνύντες ἐκ τῶν ἐπωμίδων τοὺς θώρακας. Plane ab his diversa est ἐπωμὶς ea, quae genus vestimenti muliebris est. Mirum vero quod codd. omnes prorsus diversam ab Aldina scripturam habent, γυμνὰς ἐκβαλόντες ἐπωμίδας. Unde quaerit Matthiae an fuerit γυμνὰς

μᾶλλον δὲ μᾶλλον πρὸς πέτρας ᾔει σκάφος·
χὼ μέν τις εἰς θάλασσαν ὡρμήθη ποδίν,
ἄλλος δὲ πλεκτὰς ἐξανῆπτεν ἀγκύλας.
κἀγὼ μὲν εὐθὺς πρὸς σὲ δεῦρ' ἀπεστάλην,
σοὶ τὰς ἐκεῖθεν σημανῶν, ἄναξ, τύχας.
ἀλλ' ἕρπε, δεσμὰ καὶ βρόχους λαβὼν χεροῖν.
εἰ μὴ γὰρ οἶδμα νήνεμον γενήσεται,
οὐκ ἔστιν ἐλπὶς τοῖς ξένοις σωτηρίας.
πόντου δ' ἀνάκτωρ Ἴλιόν τ' ἐπισκοπεῖ
σεμνὸς Ποσειδῶν, Πελοπίδαις δ' ἐναντίος.

ἐκβαλόντες ὠλένας. Speciosa est haec suspicio: quae si vera est, credam γυμνὰς δ' ἐκβαλόντες ὠλένας scriptum fuisse, tum autem versum unum excidisse. Non enim placent illa duo sic iuncta participia ἐκβαλόντες et προςαρμόσαντες, praesertim quum aptius scribere potuerit poeta: γυμνὰς δ' ἐξέβαλλον ὠλένας. Seidlero ἐκβαλόντες per errorem pro ἐμβαλόντες scriptum videbatur, quod explicandi caussa ad προςαρμόσαντες adiectum fuerit. Mihi probandum videtur, quod Musgravius coniecit, ἐκβαλόντες autem ad ipsum illud ἐξ ἐπωμίδων ab interprete esse adscriptum.

V. 1377. Ald. ἄλλοι δὲ πλεκτὰς ἐξανῆπτον ἀγκύρας. Paris. A. ἐξανῆπτεν, sed servans ἄλλοι. Boissonadus eum librum ἐξανῆπτ' ἐν ἀγκύραις habere dicit. Ἀγκύλας scribendum esse vidit Musgravius. In explicando mireris vel errari vel titubari, quum res sit planissima. Ἀγκύλαι proprie sunt laquei, Germanice *schlingen*. Seidlerus intellexit, laqueos demitti, ut religari navis in littore possit, eoque consilio alios dici descendisse in mare. Id vix veri simile putat Matthiae, quod sic barbari facilius invadere navem et capere potuerint. At illi, si aggrederentur navem, sagittis confoderentur: accedit, ut, quum videant tanta in fluctuatione maris vela dare Orestem non posse, id quod ipse statim nuncius aperit, consultius ducant regi rem indicare, quo is cum armatis adveniat, certo stantem adhuc in vado navem inventurus. Nautae autem quid facerent? Num in saxa et scopulos illidi navem paterentur, perireque in undis mallent, aut amissa navi trucidari in littore, quam salutem quaerere eam, quae unica superesset, ut alligata navi ad saxa neque reditum in patriam sibi intercluderent, neque in hostium tela inciderent, neque in maris essent potestate, sed utrumque, si fieri posset, effugerent?

V. 1383. Deest τ' in Flor. 1.

V. 1384. Aptius libri Πελοπίδαις δ' quam quod Marklando reponendum videbatur Πελοπίδαις τ'. Faverat enim Graecis

καὶ νῦν παρέξει τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον
σοὶ καὶ πολίταις, ὡς ἔοικεν, ἐν χεροῖν
λαβεῖν ἀδελφήν θ', ἢ φόνον τὸν Αὐλίδι
ἀμνημόνευτον θεᾷ προδοῦσ' ἁλίσκεται.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ τλῆμον Ἰφιγένεια, συγγόνου μέτα
θανεῖ πάλιν μολοῦσα δεσποτῶν χέρας.

ΘΟΑΣ.

ὦ πάντες ἀστοὶ τῆςδε βαρβάρου χθονός,
οὐκ εἶα πώλοις ἐμβαλόντες ἡνίας
παράκτιοι δραμεῖσθε, κἀκβολὰς νεως
Ἑλληνίδος δέξεσθε, σὺν δὲ τῇ θεῷ
σπεύδοντες ἄνδρας δυςσεβεῖς θηράσετε;
οἱ δ' ὠκυπομποὺς ἕλξετ' εἰς πόντον πλάτας;
ὡς ἐκ θαλάσσης ἔκ τε γῆς ἱππεύμασιν
λαβόντες αὐτοὺς ἢ κατὰ στυφλοῦ πέτρας
ῥίψωμεν, ἢ σκόλοψι πήξωμεν δέμας.

Neptunus in bello Troiano, quem nuncius nunc dicit iam respicere Ilium, (moenia enim urbis ipse cum Apolline condiderat: v. Iliad. VII. 452. s.) Pelopidis autem esse infestum.

V. 1387. Ald. ἐν χεροῖν, λαβεῖν τ' ἀδελφήν, quod recte defendit Seidlerus. Matthiae ἐν χεροῖν λαβεῖν τ' ἀδελφὴν iungi volebat. At nihil caussae est, cur παρέξει σοι τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον ἐν χεροῖν repudietur. Musgravius coniecit ἐν χεροῖν λαβεῖν, ἀδελφήν θ'. Id receperunt Dindorfii. Gravior est oratio in librorum scriptura, aptaque indignationi, qua nuncius ingratum in Dianam animum Iphigeniae vituperat.

V. 1390. Ald. πόλιν. Codd. omnes, Brub. Cant. πάλιν.

V. 1394. Par. A. δέξασθε.

V. 1397. Ald. ἱππεύμασι.

V. 1398. Ald. καταστύφλου. Par. A. Vict. Brub. κατὰ στύφλου.

ὑμᾶς δὲ τὰς τῶνδ' ἴστορας βουλευμάτων
γυναῖκας αὖθις, ἡνίκ' ἂν σχολὴν λάβω,
ποινασόμεσθα· νῦν δὲ τὴν προκειμένην
σπουδὴν ἔχοντες οὐ μενοῦμεν ἥσυχοι.

ΑΘΗΝΑ.

ποῖ ποῖ διωγμὸν τόνδε πορθμεύεις, ἄναξ
Θόας; ἄκουσον τῆσδ' Ἀθηναίας λόγους.
παῦσαι διώκων ῥεῦμά τ' ἐξορμῶν στρατοῦ·
πεπρωμένος γὰρ θεσφάτοισι Λοξίου
δεῦρ' ἦλθ' Ὀρέστης, τόν τ' Ἐρινύων χόλον
φεύγων, ἀδελφῆς τ' Ἄργος εἰςπέμψων δέμας,
ἄγαλμά θ' ἱερὸν εἰς ἐμὴν ἄξων χθόνα,
τῶν νῦν παρόντων πημάτων ἀναψυχάς.
πρὸς μὲν σ' ὅδ' ἡμῖν μῦθος· ὃν δ' ἀποκτενεῖν
δοκεῖς Ὀρέστην ποντίῳ λαβὼν σάλῳ,
ἤδη Ποσειδῶν χάριν ἐμὴν ἀκύμονα
πόντου τίθησι νῶτα πορθμεύων πλάτῃ.
μαθὼν δ', Ὀρέστα, τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς,
κλύεις γὰρ αὐδὴν καίπερ οὐ παρὼν θεᾶς,
χώρει λαβὼν ἄγαλμα σύγγονόν τε σήν.
ὅταν δ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς,

V. 1400. Ald. Herv. 2. *ἴστορας* cum spiritu leni: de quo dixit Seidlerus.

V. 1402. Ald. et codd. *τὴν προκειμένην*. Edd. quaedam *τῶν προκειμένην*, unde Barnesius *τῶν προκειμένων*.

V. 1407. Legebatur *πεπρωμένοις*. At *τὰ πεπρωμένα* vaticinatur Apollo, non oracula sunt *πεπρωμένα*. Itaque *πεπρωμένος* reposui.

V. 1408. Par. A. *ἦχθ'*. Ald. *τῶν τ' Ἐριννύων*. Emendavit Marklandus.

V. 1411. Non est hic versus in impressis. Praebuerunt eum tres codd. Parisini amboque Florentini.

χῶρός τίς ἐστιν Ἀτθίδος πρὸς ἐσχάτοις
ὅροισι, γείτων δειράδος Καρυστίας,
ἱερός, Ἁλάς νιν οὑμὸς ὀνομάζει λεώς·
ἐνταῦθα τεύξας ναὸν ἵδρυσαι βρέτας,
ἐπώνυμον γῆς Ταυρικῆς πόνων τε σῶν,
οὓς ἐξεμόχθεις περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα
οἴστροις Ἐρινύων. Ἄρτεμιν δέ νιν βροτοὶ
τὸ λοιπὸν ὑμνήσουσι Ταυροπόλον θεάν.
νόμον τε θὲς τόνδ'· ὅταν ἑορτάζῃ λεὼς
τῆς σῆς σφαγῆς ἄποιν', ἐπισχέτω ξίφος
δέρῃ πρὸς ἀνδρός, αἷμά τ' ἐξανιέτω
ὁσίας ἕκατι θεᾶς, ὅπως τιμὰς ἔχῃ.
σὲ δ' ἀμφὶ σεμνάς, Ἰφιγένεια, κλίμακας

V. 1421. Ἁλὰς spiritu aspero scripsit Seidlerus auctore Stephano Byzantino, afferens qui de hoc pago scripserunt auctores.

V. 1422. Ald. τάξας. Emendavit Piersonus Veris. p. 28.

V. 1423. Ald. τῆς Ταυρικῆς. Seidlerus aliique ex mea emendatione γῆς Ταυρικῆς. Sic etiam Elmsleius.

V. 1426. Documento hic locus est, quam ipsi Graeci ignoraverint cur Ταυροπόλος dicta esset Diana, quum et a Tauris et ab Orestis περιπολήσει appellatam tradat Euripides. Aliae huiuscemodi derivationes congestae in Etymol. M. p. 747, 52.

V. 1427. Ald. νόμον τε θέσθε τόνδ' ὅθ' ἑορτάζῃ λεώς. Par. A. θέσθαι. Sic etiam Florentini superscripto ε. Deinde Par. B. C. Flor. 1. 2. Vict. ὅταν. Porsonus Adv. p. 263. et Seidlerus genuinam scripturam invenerunt.

V. 1428. Quod dicit τῆς σῆς σφαγῆς ἄποινα sic intelligendum, ut sit pretium quo redemptus sit ne mactaretur victima Dianae a Tauris.

V. 1429. Ald. ἐξαννέτω. Emendarunt multi.

V. 1430. Nam aliquid tantum sanguinis conspici satis erat. Similis ὁσία erat in eiusdem deae sacris apud Spartanos flagellatio puerorum, de qua accurate exposuit Pausanias III. 16, extr.

V. 1431. Piersonus teste Valckenario ad Hippol. 73. scribendum coniiciebat λείμακας. Temerarium est descriptiones tentare locorum, quos quis non ipse viderit. Bene factum, quod

ραυρωνίας δεῖ τῆςδε κληδουχεῖν θεᾶς·
ῦ καὶ τεθάψει κατθανοῦσα, καὶ πέπλων
γαλμά σοι θήσουσιν εὐπήνους ὑφάς,
ς ἂν γυναῖκες ἐν τόκοις ψυχοῤῥαγεῖς
είπωσ' ἐν οἴκοις. τάςδε δ' ἐκπέμπειν χθονὸς
Ελληνίδας γυναῖκας ἐξεφίεμαι
νώμης δικαίας οὕνεκ', ἐκσώσασά σε

Musgravius, ipse quoque prodigus coniecturarum, tandem acquie- it in eo, ut *κλίμακας* **de montibus adscensu difficilibus dici a Wesselingio ad Diod. Sic. XIX. 21. indicatum memoraret. Nihil de loci natura rettulit Brauroniae Dianae mentionem faciens Pau- anias I. 33, 1.**

V. 1432. Non fuit Seidlerus, ut ait Matthiae, in iis, qui n *κληδουχεῖν* **laborarunt, sed refutavit laborantes.**

V. 1434. Ald. *θήσουσ'*.

V. 1438. Haec in editione Aldina sic scripta sunt:

τάςδε δ' ἐκπέμπειν χθονὸς
Ἑλληνίδας γυναῖκας ἐξεφίεμαι
γνώμης δικαίας οὕνεκ' ἐκσώσασά σε
καὶ πρίν γ' Ἀρείοις ἐν πάγοις ψήφους ἴσας
κρίνασ' Ὀρέστα, καὶ νόμισμ' εἰς ταυτό γε
νικᾶν ἰσήρεις, ὅςτις ἂν ψήφους λάβῃ.

Nihil e codicibus diversitatis adnotatum praeter *εἰς ταὐτό με* **ex Par. A. Haec quum non cohaereant, Brodaeus, cui assensus est Marklandus, ante** *γνώμης δικαίας* **nonnulla excidisse putabat. Scholiastes Aristophanis ad Ran. 697. (684. ed. Bekkeri) ex hoc loco haec attulit:** *ἐξέσωσά σε καὶ πρίν γ' Ἀρείοις ἐν πάγοις ψήφους ἴσας κρίνασ', Ὀρέστα.* **Id, etsi adnotatum ab interpretibus, non memoravit Matthiae, succensens Seidlero, stultissimamque esse dicens Minervam, si haec, ut ille voluerit, non Thoanti, sed Oresti, ad quem nullo modo pertinerent, sic diceret, ut Thoas audiret, ideoque quae ad se pertinerent inde sumere sibi posset. Cupidius haec quam verius dicta videntur. Nam omni hac postrema orationis suae parte Minerva Orestem et Iphigeniam alloquitur, praesente quidem Thoante, quem, quia dea est quae loquitur, consentaneum est, quidquid illa dicit, ut ab diis decretum, non soli Oresti, sed sibi quoque ac Tauris omnibus dictum existimare. Multo minus concedi potest, quod addit Matthiae,** *ἐκσώσασά σε* **et quae sequuntur ad solum Orestem spectare nec ullo vinculo cohaerere cum praecedentibus: quare post** *γνώμης δικαίας* **aliquid excidisse suspicatur. Prorsus enim aliena**

καὶ πρίν γ' Ἀρείοις ἐν πάγοις ψήφους ἴσας
κρίνασ', Ὀρέστα· καὶ νόμισμ' εἰς ταὐτό γε
* * * * * * * * * * * *

---

loqueretur Minerva, si hic insereret quae pridem in Areopagi iudicio constituta nihil pertinerent ad rem praesentem. Apte illi dicta sunt in Electra, ubi de Areopagi iudicio Dioscuri vaticinantur his verbis v. 1265.

ἴσαι δέ σ' ἐκσώζουσι μὴ θανεῖν δίκῃ
ψῆφοι τεθεῖσαι. Λοξίας γὰρ αἰτίαν
εἰς αὑτὸν οἴσει, μητέρος χρήσας φόνον.
καὶ τοῖσι λοίποις ὅδε νόμος τεθήσεται,
νικᾶν ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί.

Pene credam alios quoque in eadem in qua Matthiae sententia fuisse, ut Minervam non de mulieribus Iphigeniae pedisequis loqui putarent. Nihil certe quod ad illas referatur in emendationibus eorum est. Nam Marklandus coniiciebat καὶ νόμισμ' ἔσται τόδε, Burgesius ad Aeschyli Eum. 731. κἂν νόμοις ἔσται τόδε, Dupuis in Hist. Acad. Inscriptt. vol. XXX. p. 188. καὶ νόμισμ' ἔστω τόδε. Rectissime vero Seidlerus vidit, de mulieribus istis sermonem esse, quas ipsas quoque, sicuti prius Orestem, paribus suffragiis vincere velit Minerva, ut, quum ipsa eas absolvat, Thoas autem condemnaverit, mitior probetur sententia. Sed tamen ut id eo modo, quo in libris hi versus scripti sunt, dixerit Euripides, vereor ut ullis machinis possit effici. Interpretatus est Seidlerus sic: *hasce vero Graecas mulieres dimitti iubeo, bonae earum voluntatis caussa, quum te prius quoque, calculis aequalibus in Areopago iudicatum, Oresta, servarim, et quidem* (scilicet dimitti eas iubeo) *ad illam ipsam regulam, ut vincat, qui pares calculos nactus sit.* At nullo pacto illud καί, quod ante νόμισμα est, *et quidem* significare potest: immo plane inutile est, omninoque, etiam si abesset, molesta esset atque impedita oratio, quia nihil est, unde quis cognoscat νόμισμ' εἰς ταὐτό γε ad ἐκπέμπειν χθονὸς ἐξεφίεμαι referenda esse cum illisque verbis construenda. Neque vero καὶ illud cum νικᾶν coniunctum ex verbo praegresso ἐξεφίεμαι pendere potest, ut procedat oratio hoc modo ἐξεφίεμαι τάςδε γυναῖκας ἐκπέμπειν καὶ νικᾶν. Nam, ne inconcinnitatem attingam quae est in infinitivis ad diversas personas spectantibus, locus, quo positum est illud καί, obstat dupliciter, primo quod tam remotus est ab ἐκπέμπειν, ut non appareat coniungendos esse illos infinitivos, deinde quod καὶ illud saltem ante ἐκσώσασά σε poni debebat, quum illud participium quaeque cum eo cohaerent verba, sic conformata oratione, non ad praecedentia, sed ad sequentia spectent. Harum perversitatum altera, quam posteriorem commemoravi, tolli potest, si, scriptura quae apud scholiastam Aristophanis est leni-

νικᾶν, ἰσήρεις ὅςτις ἂν ψήφους λάβῃ.
ἀλλ' ἐκκομίζου σὴν κασιγνήτην χθονὸς,
Ἀγαμέμνονος παῖ, καὶ σὺ μὴ θυμοῦ, Θόας.

ΘΟΑΣ.

ἄνασσ' Ἀθάνα, τοῖσι τῶν θεῶν λόγοις
ὅςτις κλύων ἄπιστος, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ.
ἐγὼ δ' Ὀρέστῃ τ', εἰ φέρων βρέτας θεᾶς
βέβηκ', ἀδελφῇ τ' οὐχὶ θυμοῦμαι· τί γὰρ
πρὸς τοὺς σθένοντας θεοὺς ἁμιλλᾶσθαι καλόν;
ἴτωσαν εἰς σὴν σὺν θεᾶς ἀγάλματι
γαῖαν, καθιδρύσαιντό τ' εὐτυχῶς βρέτας.
πέμψω δὲ καὶ τάςδ' Ἑλλάδ' εἰς εὐδαίμονα
γυναῖκας, ὥςπερ σὸν κέλευσμ' ἐφίεται.

---

ter mutata, ut parenthesis haec ponuntur: *ἐκ δ' ἔσωσά σε καὶ πρίν γ' Ἀρείοις ἐν πάγοις ψήφους ἴσας κρίνασ', Ὀρέστα*: sed manet altera, ut inconcinna, difficilis, molesta sit coniunctio horum verborum, *καὶ νικᾶν*, cum illis, *τάςδε δ' ἐκπέμπειν χθονὸς Ἑλληνίδας γυναῖκας ἐξεφίεμαι.* Quod si quis quae in libris scripta sunt attentius consideraverit, facile, credo, animadvertet omnia plana, apta, concinna fore, si participium aliquod sequatur cum isto *καὶ* coniungendum, nominenturque quas similiter ut Orestem iudicari Minerva vult mulieres. Hinc veri simillimum est versum excidisse ante illum qui in his quos posui postremus est: qui quomodo excidere potuerit in promptu est, si illud participium fuit *κρίνουσα.* Tali enim quodam modo scripta haec fuisse arbitror:

τάςδε δ' ἐκπέμπειν χθονὸς
Ἑλληνίδας γυναῖκας ἐξεφίεμαι
γνώμης δικαίας οὕνεκ', ἐκσώσασά σε
καὶ πρίν γ' Ἀρείοις ἐν πάγοις ψήφους ἴσας
κρίνασ', Ὀρέστα, καὶ νόμισμ' εἰς ταὐτό γε
κρίνουσα τάςδε πάντα τ' εἰςέπειτ' ἀεὶ
νικᾶν, ἰσήρεις ὅςτις ἂν ψήφους λάβῃ.

V. 1443. Ald. *σὴν κασίγνητον.* Emendavit Elmsleius.

V. 1444. Flor. 1. *παῖς.*

V. 1447. Par. A. *εἰς φέρων.*

παύσω δὲ λόγχην, ἣν ἐπαίρομαι ξένοις,
νεῶν τ' ἐρετμά, σοὶ τάδ' ὡς δοκεῖ, θεά.

ΑΘΗΝΑ.

αἰνῶ· τὸ γὰρ χρεὼν σοῦ τε καὶ θεῶν κρατεῖ·
ἴτ', ὦ πνοαί, ναυσθλοῦσθε τὸν Ἀγαμέμνονος
παῖδ' εἰς Ἀθήνας· συμπορεύσομαι δ' ἐγώ,
σῴζουσ' ἀδελφῆς τῆς ἐμῆς σεμνὸν βρέτας.

ΧΟΡΟΣ.

ἴτ' ἐπ' εὐτυχίᾳ τῆς σωζομένης
μοίρας εὐδαίμονες ὄντες.
ἀλλ', ὦ σεμνὴ παρά τ' ἀθανάτοις
καὶ παρὰ θνητοῖς, Παλλὰς Ἀθάνα,

V. 1455. Libri νηῶν. Boissonadus νεῶν. In fine versus Par. A. θεᾷ.

V. 1456. Huic versui in Par. B. Minervae, sequenti Apollinis nomen adscriptum est. Etiam in Par. A. C. Flor. 1. 2. Vict. Apollinis persona versui 1457. praefixa. In Aldina versus 1456. Thoanti continuatus est, 1457 — 1459. autem tribuit Minervae, cuius nomen iterum adscriptum versui 1460. tum versus 1462. et qui reliqui sunt, chori notam habent. Versu 1456. Ald. ναυσθλοῦσαι. Quod Scaliger restitui iussit ναυσθλοῖσθε, dederunt Par. A. C. Flor. 1. 2. Vict. Deinde τὸν Ἀγαμέμνονος Ald. et, ut videtur, codices. Seidlerus, Marklandi sententiam sequutus, τἀγαμέμνονος edidit. Singularem recte praeferre videtur Matthiae, quod Orestis partes hic praecipuae sint.

V. 1460. Hunc et sequentem versum, qui Minervae in libris sunt, choro restituit Seidlerus. Dicit haec chorus ad portum conversus, bonis votis prosequens vela dantes. Deinde se ad Minervam convertens alterum systema recitat. Opportune Musgravius commemoravit Aristidem, qui T. III. p. 728. Cant. (II. p. 424. Iebb. II. 581. Dind.) scripsit: ἐπειδὴ τοιαῦτ' ἀφέστηκεν, ἀπολαῦσαι τοῦ βίου τὰ κάλλιστα, ἵν' εἰ μὲν τῆς σωζομένης μοίρας εἴημεν, ἐν τοῖς καλλίστοις σωζοίμεθα. Ex quo apparet, τὴν σωζομένην μοῖραν eos ex aliquo numero dici, qui caeteris pereuntibus salvi evadunt.

V. 1461. Ald. recte εὐδαίμονες. Sed Par. C. Flor. 1. 2. Vict. εὐδαίμονος.

δράσομεν οὕτως ὡς σὺ κελεύεις.
μάλα γὰρ τερπνὴν κἀνέλπιστον
φήμην ἀκοαῖσι δέδεγμαι.
ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη, τὸν ἐμὸν
βίοτον κατέχοις
καὶ μὴ λήγοις στεφανοῦσα.

V. 1465. Ald. *τερπνόν*. Nec videtur variari. Femininam formam restituit L. Dindorfius, quod masculina pro feminina barbara sit. Certe etiam si non sit barbara, non potest intelligi cur hic ea utendum putaverit Euripides, ubi vel sono suavior est altera.

V. 1467—1469. Hos versus qui etiam in Orestis et Phoenissarum fine leguntur, Matthiae ex docti cuiusdam Britanni sententia uncis inclusit, ut a grammatico adiectos. At ut tragicos affert Lucianus in Piscatore c. 39. vol. I. p. 608. Ego quid sentiam de versibus, qui iidem in aliquot Euripidis tragoediis a choro, dum exibant spectatores, recitabantur, ad finem Baccharum declaravi. Precationem poetae pro victoria fabulae esse putabat Marklandus. Adsignificari hoc eatenus, quatenus aliquid ominis haec verba continent, non negaverim: sed proprie ad argumentum fabulae referuntur. Aliter coryphaeus hic partibus suis excideret, et poetae susciperet personam: quod alienum videtur a tragoedia. Caeterum Ald. et, ut videtur, codices *σεμνὴ Νίκη*. Alii *σεμνὰ Νίκα* ediderunt. Variatur in Oreste et apud Lucianum. Praestat, mea sententia, in his anapaestis communis dialectus.

INDEX GRAECUS.

Numeri paginas indicant.

INDEX LATINUS.

O.

Π.

Σ.

T.

Y.

Φ.

X.

Ψ.

Ω.

INDEX LATINUS.

INDEX SCRIPTORUM.

CORRIGENDA.

Adnotationum ad v. 964. 965. 966. numeri mutandi in 965. 966. *967*.
V. 969. lege *σώσαιμι δ' οἴκους*.